Digitized by Google

Digitized by Google

# THESSALONICA.

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE
# THESSALONICA
## EIUSQUE AGRO
## DISSERTATIO GEOGRAPHICA.

---

SCRIPSIT

Gottlieb

THEOPHILUS LUCAS FRID. TAFEL

PHIL. DR. LITERARUM ANTIQUARUM IN REGIA UNIVERSITATE TUBINGENSI P. P. O.
ACADEMIAE MONACENSIS SOCIUS.

---

BEROLINI
APUD GEORGIUM ANDREAM REIMERUM.

1839.

Digitized by Google

AH 6140.2
1257.49

HARVARD COLLEGE LIBRARY
15 2 June 18

Bought 94 cents

TUBINGAE, typis Hopferi de l'Orme.

Digitized by Google

# PRAEFATIO.

Thessalonica, Macedoniae metropolis, cujus antiquitates post Belleii Observationes, de eodem argumento a. 1772 scriptas, *) ampliori narratione illustramus, insigni exemplo docere videtur, quantum momenti una haud raro urbs, licet imperii sede non ornata, in rebus fatisque totius regni moderandis habeat, si quidem non solo locorum situ, verum etiam incolarum ingenio excellit. Ea enim civitas, Graeciae et Macedoniae adversus barbarorum septentrionalium invasiones iterum atque iterum sospitatrix, longo medii aevi decursu fax quaedam humanitatis extitit fideique Christianae promotrix.

*) *Observations sur l'histoire et sur les monumens de la ville Thessalonique*, par M. l'abbé Belley. Inserta est haec commentatio Memoriis litt. atque inscriptt. Francic. Vol. XXXVIII. Sect. histor. p. 121—146. Recudendam curavimus in Appendice.

Digitized by Google

Res Thessalonicae antiquiores, tenebris admodum pressas, quantum licuit, e veteris historiae monumentis illustravimus. Floris initium eo tempore habuisse videtur, quo Macedoniae ipsius flos marcebat, scilicet Cassandri reliquorumque regno. Multum debet Romanorum imperio. Isto enim toto tempore nisi nomine semper, tamen reapse Illyrici, Macedoniae, Graeciae metropolis fuit, mercaturae beneficio mirifice aucta, quum aliae illarum terrarum urbes ad extremam obscuritatem delaberentur.

Bellicam Thessalonicae laudem seculo post Christum tertio non antiquiorem video. Docuit vero tribus Gothorum invasionibus repulsis, quid incolarum virtus, quid ducum prudentia valeret. Quanquam Gothica bella non aliud fuere nisi praeludium certaminum multo maiorum, Slavicorum, inquam, quibus inde a Mauritii imperio per unius seculi spatium continuo vexatam esse docuimus. In his bellis urbs haec Christiana, cujus incolae diu ante, si qui alii, Diocletiani et Maximiani Galerii saevitiae circa sacra Christiana strenue restiterant, aevum suum quasi heroicum agens, nunquam inferior evasit; immo Thessalonicensium maximopere constantia et virtute factum est, ut fine seculi septimi Graecorum imperator cum exercitu usque ad Thessalonicam progredi, Sclavinosque inter Constantinopolin et

sinum Thermaicum habitantes regno suo subjicere posset.

Est haec ea Thessalonicensis, immo Byzantinae historiae pars, ubi rerum illarum coaevi scriptores Graeci, typis dudum evulgati, praeter Byzantium suum nihil admirantes, ceterum futili molestaque breviloquentia laborantes, tandem aliquando nostrae urbis nomen et memoriam recolunt; cujus fortitudo tantum effecerat, ut imperator Graecus extra cancellos muri Anastasiani limites regni Europaeos promoveret, atque oram maris Aegaei proximam, nisi alia, recuperaret.

Insequenti aevo (seculo VIII) evenit rebellio Sclavinorum Macedonicorum, Graecis parentium. Sed fuit ea brevi repressa; unde factum est, ut Graeci, Stauracio duce, Thessaliam quoque cum reliqua Graecia intrare ausi, Sclavinos, illarum terrarum dominos, debellarent.

Macedonia Slavica, circa annum Christi 688 a Graecis recuperata, quando imperium ecclesiae Graecae subierit, nondum inveni. Vestigia quaedam et semina fidei Christianae, in animis illorum barbarorum pullulantis, nostra bellorum Slavicorum, sec. VI. VII. gestorum, historia monstrat.

Sclavinorum Macedonicorum ad fidem Christianam conversio multum contulisse videtur ad regni Graeci salutem. Ita fine seculi IX. factum est, ut

ad gentem Bulgarorum vicinam validamque clerici Byzantini, maximopere Thessalonicenses, *) sacra Christiana transferre possent. Bulgari tamen, licet Christiani, satis diu post Graecorum imperio parere coeperunt.

Prolegomena historica, libro nostro praeludentia, anno 1835 per alius officii opportunitatem edidimus. Ea repetimus emendata et contracta, passim quoque aucta.

Tubingae calendis Maiis 1839.

---

*) Cyrill und Method, der Slawen Apostel, ein historisch-kritischer Versuch von Ioseph Dobrowsky (Abhandlungen der kön. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften. Vol. VIII. Pragae 1824). Adde Eundem Dobrowskium in nova earundem commentationum serie Vol. I. Pragae 1827. (Mährische Legende von Cyrill und Method etc.).

TOTIUS LIBRI

# ARGUMENTUM.

## I. PROLEGOMENA HISTORICA.

(p. I—CIX.)

A. INTRODUCTIO (p. I—XIX.).

Thessalonicensis historiae momentum. Eam Lucillus et Christodorus peculiariter illustrarunt. Graeci urbis conditores (p. III. IV.).

CAP. I. Urbis nomina. Emathia, nomen Thessalonicae poeticum; item Halia. Antiquissimum nomen Therma, coll. Aeschinis oratoris loco. Scriptorum superstitum primus eam memorat Hecataeus in fragmentis. Thermae nominis usus apud Laonicum Chalcondylam, antiqua affectantem. Therma a thermis dicta (p. IV—VI.).

Thessalonicae nominis scriptio (p. VII.). An altera Thessalonica? Saltus Thessalici. Acta concilii Chalcedonensis emendantur. Thessalonica, Thessalia, al. confusa. Stephanus Byz. emendatur (p. VII—VIII.)

Thessalonicae conditor. Veterum dissensio. Auctor Thessalonicae non Philippus, Alexandri M. pater, sed Cassander, Philippi per Thessalonicam, eius filiam, gener (p. VIII—XII.)

CAP. II. Incolae urbis, potissimum Graeci. Thessalonicae numi omnes Graeci. Cassandri numus Thessalonicensis (p. XII. XIII.).

Alii urbis incolae. Latini. Mercatores Italici medio aevo, burgesiorum nomine. Iudaei. Memoria eorum sec. VII et XII. Christianae fidei conditio quaenam inter D. Pauli et S. Demetrii tempora fuerit, non constat. Quando Thessalonica omnis ad Christi signa transierit. Aëtius, episcopus Thessalonicensis, concilio Sardicensi a. 342. interest. Iudaei inquilini sec. XII.; eorum memoria cum Armeniis iungitur. De sedibus genti Iudaicae inter Christianos concessis: Eustathii Thessalonicensis de ea re testimonium. Graecorum odium adversus Iudaeos, Latinos, Muhammedanos: eius odii ordo. Muhammedanos inquilinos Thessalonica sec. XII. non habuit. Armenii. Ii Graecos in obsidione Normannica a. 1185. pessime tractant; neque aliter in Friderici Suevi imp. expeditione cruciata. Armeniorum Thessalonicensium episcopus a. 1370. concilio Armeniorum Sisensi interest (p. XIV—XIX.).

B. Narratio. (p. XIX—CIX.)

CAP. III. Therma urbs a. 480. Xerxis, Persarum regis, stativum Thracia cum Macedonia Dario subjecta. Therma num Xerxis aevo Macedonica fuerit. Cameniatae locus de aggere Thessalonicensi ad tempora Xerxis relato (XIX—XXI.).

Therma, bello Peloponnesiaco Macedonica. Eam Athenienses capiunt (a. 432.); reddunt Macedonibus. Urbis illo aevo momentum (p. XXI.).

Pausanias, regnum Macedonum affectans, Thermam capit a. 360. (p. XXI.).

Thermae nomen in Thessalonicam mutat Cassander Macedo. Thessalonica, Cassandri conjux. Oppidorum finitimorum incolae Thessalonicam a Cassandro transpositi. Chalastra (Chalestra); Aenea; Cissus. Scriptorum de his quidam dissensus. Thermae renovatae, s. in Thessalonicam mutatae, momentum; eiusdem rei tempus. Videtur esse annus ante Chr. 315. vel 314. Cassandri numus Thessalonicensis. Dionysii Halicarnassensis testimonium de Cassandro, Thessalonicae urbis auctore. Doctorum recentiorum de Thessalonicae conditore dissensio (p. XXII—XXV.).

Macedonia Romanis subiicitur. Thessalonica Romanis, apud Pydnam victoribus, se dedit: fit Macedoniae secundae caput. Tempore Macedonum eius momentum haud parvum. Portus Thessalonicensis; eum Constantinus M. a. post Chr. 322. condidisse fertur (p. XXV. XXVI.)

Thessalonica sub Christi natalia Macedoniae urbs primaria. Cicero exul ibi moratur ante Chr. a. 58. Thessalonica (ante Chr. 49. 48.) Pompeianarum partium senatusque Romani sedes in bello Caesaris Pompeiique. Sequitur partes Antonii atque Octaviani ante Chr. a. 42. Thessalonicam Brutus militibus suis in proelio Philippensi diripiendam pollicetur. Appiani et Plutarchi de ea re loci comparantur (p. XXVII. XXVIII.).

Thessalonica, liberae conditionis civitas: cui hoc beneficium debeat. Numi ludique Thessalonicenses, eius rei mentionem facientes. Liberae civitatis eo tempore notio. Cohortes Romanae ibi stationem habentes. Quamdiu liberum statum tenuerit Thessalonica (p. XXVIII. XXIX.).

Forma civitatis Thessalonicensis post Macedonum imperium. Livius de libertate Macedonum. Populus Thessalonicensis. Politarchae, summi Thessalonicensium magistratus; eorum numerus. Quaestor urbis. Magistratus Thessalonicensis a. 1328 (p. XXIX—XXXI.).

Thessalonicae tria decora: D. Paulus apostolus; S. Demetrius; nomen orthodoxae. Cameniatae de ea re locus. D. Paulus apostolus Thessalonicae commoratur. Nomen orthodoxae quare et quando urbi inditum (XXXI—XXXIII.).

Sacra ethnica, mores, instituta Thessalonicensium. Deus Cabirus. Ludi et certamina publica. Morum labes; ea num e Luciani quodam loco recte consequatur. De Luciani Lucio atque Appuleii me-

tamorphosibus disputatur (p. XXXIII—XXXVI.).

Bellorum Thessalonicensium series. Urbis Romanorum ac Byzantinorum aevo summum momentum militare. Ciceronis aevo Thracum invasiones Thessalonicae molestae sunt. Anno post Chr. 253. initium facit gravissimorum bellorum. Gothi eo anno Thessalonicam primum obsident. Coloniam quando Romani Thessalonicam deduxerint. Coloniae causa et momentum. Colonia deducta num statum civitatis liberum mutaverit. Iuliani imp. locus de Thessalonica urbe vere Graeca (XXXVII—XL.).

Thessalonica, mater totius Macedoniae. Metropolis dicitur non ante seculum Christi tertium. Numi Thessalonicenses nomina coloniae et metropoleos iungunt, item nomina neocoratus et metropoleos (XL.).

Gothi Thessalonicam iterum hostili agmine petunt imperante Claudio II. (a. 268—270). Belli huius partes quaedam examinantur (XL. XLI.).

Fidei Christianae status apud Thessalonicenses incognitus toto aevo, quod inter D. Paulum et S. Demetrium intercedit. S. Demetrii martyrium; eius in rebus Macedoniae sacris magnum momentum. Quo anno ille passus sit. Octobris dies VIII passionis Demetriacae festum apud Latinos; eiusdem mensis dies XXVI apud Graecos et Hungaros. Sirmii S. Demetrius tempore perquam vetusto cultus. S. Demetrii vita. Eius accuratissima cognitio sacrorum Christianorum; studium in iisdem propagandis. Quare a Maximiano Galerio imp., Christianorum persecutore, interfectus sit. Quando in patria sua Thessalonicensi ut Sanctus coli coeperit. Reliquias Sanctorum Thessalonicenses anxie venerantur. S. Demetrii reliquiae. Orthodoxae nomen, Thessalonicae inditum, res iconoclasticas spectare videtur. S. Demetrii cultus Iustiniani aevo (527—565) in omni Graecorum regno invaluit; diu ante in urbe Thessalonica (XLI—XLVII.).

Constantinus M. paganis sacra publica interdicit. Thessalonicae delicias clerici extranei eodem aevo appetunt (XLVII. XLVIII.).

Theodosius M. magnam stragem Thessalonicae infligit. Numerus occisorum; culpa Thessalonicensium. Theodosii M. ingenium. Rem istam soli scriptores ecclesiastici narrant. Theodosii M. facinus cum Caracallae simili facinore comparatur. Theodoreti locus emendatur. Cladis Thessalonicensis tempus definitur (XLVIII—LIII.).

Gothi Thessalonicam hostili agmine denuo petunt a. 479. Episcopi Thessalonicensis in eo periculo virtus (LIII. LIV.).

Prima Sclavinorum adversus Thessalonicam proficiscentium mentio a. 550. Iter suum abrumpunt (LIV. LV.). Anno 552. gens quaedam Hunnica (Slavica?) Cassandriam, Thessalonicae vicinam, evertit; Cassandriae moenia reficit Iustinianus imp. (LV. LVI.). Sclavini, pessimi Graecorum hostes aevo Iustinianeo. Eorum bella Macedonica aperit historia S. Demetrii. Thessalonica cum S. Demetrio regni Byzantini non semel tantum sospitatrix (LVI. LVII.).

Sclavini Avaris subjecti. Bella Sclavinorum Macedonica imperante Mauritio (582—602) initium capiunt. Horum bellorum conspectus quidam apud Cameniatam (p. LVII. LVIII.).

CAP. IV. Bellum Sclavinorum Thessalonicense primum. Adoriuntur urbem per opportunitatem festi S. Demetrii (die XXVI Octobris). Monumentum Sancti igne absumitur. Hostium parvus numerus; sed fuit flos Sclavinorum. A civibus repelluntur. Num iam tum sedes in Macedonia fixas habuerint? Annus 584 huic bello male assignatur. Fuit aliquis annorum proximorum ante annum 597. Pestis Avaros vexat. Brevi post hoc bellum pestis Thessalonicam quoque et Macedoniam vastat (LVIII—LXI.).

Bellum Sclavinorum Thessalonicense secundum. Fuit antecedenti multo gravius. Hostium numerus. Septembris die XXIII ad urbem accedunt; tum nondum prope Thessalonicam sedebant. S. Demetrii miracula. Urbis status. Eusebii, episcopi Thessalonicensis, virtus. Terrae motus. Hostium permulti ad Graecos transfugiunt. Visio civi Thessalonicensi in templo S. Demetrii oblata. Septimo die obsidionem abrumpunt Sclavini, peste attriti et visione quadam territi. De peste Iustinianea. Annus huius belli est 597 (LXI—LXVII.).

Fames brevi post Thessalonicam premit; mirificam opem fert S. Demetrius. Alia deinde fames non solum Thessalonicam, verum etiam imperium Graecum atterit. Thessalonicenses a tumultu prope absunt. S. Demetrius ut antea naves frumentarias mirifice adducit. Sanctus cum Dioscuris comparatur; eius opes tum hoc bello, tum bello Normannico (a. 1185) liberaliter erogatae. Phocae imperium (602—610). Num eo regnante pars quaedam Actorum S. Demetrii scripta sit? Turbae civiles in regno Graecorum. Thessalonicensium dissensio. Eam viri cuiusdam visio in templo S. Demetrii oblata avertit. Thessalonicae Graecique imperii historia sub Phoca imperatore manca et obscura. S. Demetrii cum S. Eutaxia convictus mysticus. Sanctus cum Apolline medico Horisque comparatur. Eius monumentum ciborium dictum (p. LXVII—LXXII.).

Bellum Sclavinorum Thessalonicense tertium. Ioannes II., episcopus Thessalonicensis, bellorum antecedentium scriptor. Eius narratio deperdita. Tenuit ille Thessalonicae thronum fine seculi VII. Eo tempore Drugubitae, Sagudatae, Belegezitae, Baiunitae, Berzitae, cum aliis gentibus barbaris, magno exercitu Thessalonicam terra marique oppugnant. Classis hostilis. Cellarium, sinus Thermaici particula quaedam. Portus Thessalonicensis. S. Demetrius Sclavinis terrorem incutit. Inquilini Iudaici. Naves hostium perturbat ventus insolitus. Dux eorum capitur: huic oraculum antea editum. Thessalonicae lapidibus interimitur. Scriptor huius belli satis diu post res gestas vixit. Sclavini eo tempore in Macedonia et Thessalia sedes suas iam fixerant. Drugubitae et Sagudatae, inter Thessalonicam et Ber-

roeam positi. Nomen Drugubitarum. Belegezitae: sunt Thessali, ubi urbs Velestinum. Sclavini Berzitae; Thessali sunt et hi. Baiunitae. Tempus belli (p. LXXII—LXXIX.).

Bellum Sclavinorum Thessalonicense quartum. Brevi spatio post tertium accidit hoc bellum. Avarorum principem Sclavini ad societatem belli instigant. Magnitudo exercitus hostilis. Naisum et Sardicam barbari capiunt. Horum in oppugnandis urbibus solertia; eorundem tormenta bellica. Messis tempus in agro Thessalonicensi. Quando vindemiam ibi egerint? Ioannes II., episcopus Thessalonicensis, civium animos roborat; ei visio S. Demetrii oblata. Miraculum in lapide funditoris Graeci patratum. Terrae motus. Naves frumentarias S. Demetrius urbi mirifice submittit. Charias praefectus e Cpoli venit. Tormentis hostilibus eventus non respondet. Barbari de discessu agunt, cum donis dimitti volentes. Renuunt Thessalonicenses. Avarus minatur. Fit postremo pax. Obsidionis dies fuere xxx. Barbari S. Demetrii numen praedicant; prima fidei Christianae in animis Sclavinorum pullulantis semina. Huius belli tempus Constantino IV. Pogonato (a. 668—685) assignandum videtur. Per biennium praeparatum fuerat, imprudenter vero a barbaris gestum (LXXX—LXXXIV.).

Terrae motus plurium dierum post hoc bellum Thessalonicam vexat. S. Demetrii illis diebus miracula. Sclavini contermini, ad urbem accedentes, ostentis territi recedunt. S. Demetrii templum brevi post igne absumitur. Restituitur, intercedente Sancto (LXXXIV. LXXXV.).

Bellum Sclavinorum Thessalonicense quintum, omnium maxime diuturnum. Incidit in regnum Constantini IV. Pogonati (668—685) et Iustiniani II. Rhinotmeti (a. 685—695. 705—711). Prima obsidio. Sclavini Thessalonicae contermini pacem agunt. Sclavinorum Runchinorum regulus Perbundus, rerum novarum falso accusatus, dolose corripitur et Cpolin mittitur. Sclavini Runchini et Strymonii pro regulo suo Cpoli intercedunt. Perbundus aufugit; retractus interficitur. Hinc bellum Sclavinorum. Obsidio Thessalonicae diuturna. Fames. Naves aliquot frumentarias Cpolitanus imperator Thessalonicensibus mittit. Hi aliud frumentum a Sclavinis Thessaliae Belegezitis, pacem agentibus, requirunt. Thebae Phthioticae ac Demetrias Magnesiae, sedes Belegezitarum, re frumentaria medio quoque aevo insignes. Demetrias initio seculi decimi a Sarazenis capta. Sclavini Thessalici, non Dalmatici, episcopum quendam Africanum capiunt. Obsidionem Sclavini (Drugubitae, Sagudatae, Runchini) magna vi continuant. Sclavini Strymonii prodigiis a societate belli deterrentur. S. Demetrii visiones salutares. Sclavinorum principes in ea obsidione occiduntur; barbari absistunt, S. Demetrium admirantes. Sclavini Runchini qui fuerint? Cum Strymoniis iungi in Actis S. Demetrii solent. Runchini inter-

Amphipolin et Thessalonicam sedebant. Mari fuere vicini (p. LXXX—XCI.). Secunda obsidio, brevi post primam secuta. Sclavinus quidam, tormentorum bellicorum artifex, visione S. Demetrii oblata ad fidem Christianam convertitur. Seculi septimi fini atque octavo, i. e. aevo post victoriam Iustiniani II. Rhinotmeti (a. 688) insecuto, Sclavinorum Macedonicorum ad Christum conversio assignanda videtur. Obsidio irrita. S. Demetrii prodigia (XCI. XCII.). Tertia obsidio. Sclavini Runchini et Strymonii mare Aegaeum cum Propontide infestant, item Thessalonicam. Contra eos Graecus imperator, Iustinianus II. Rhinotmetus, circa annum 688. exercitum mittit. Clisuras Macedonicas barbari occupant. Graeci victores. Sclavini Thessalonicam obsidentes re infecta dilabuntur. Sclavini Macedonici (mari proximi) se dedunt. Graecorum imperator alios eorum in Asiam transponit, alios in montibus Strymoniis collocat. Ubi Iustinianus imp. Sclavinos proelio vicerit? Graecorum cum Sarazenis bellum (XCII—XCVI.).

Bellum Sclavinorum Thessalonicense sextum s. Bulgarico-Slavicum. Originem traxit e sede Avarorum, Sirmio. De Actorum S. Demetrii quibusdam partibus. Huius belli duo duces Maurus et Cuber, Bulgari. Avari, Graecos ultimis seculis impugnantes, captivorum multitudinem in suam terram abduxerunt; qui cum Avaris, Bulgaris reliquisque gentilibus connubio mixti, ibi novam quasi nationem procreabant, studiis et moribus Graecorum, item fide orthodoxa imbutam. His Avarorum princeps ducem imponit, nomine Cuber. Iidem, patriam majorum desiderantes, rebelles fiunt. Proelia eorum cum Avaris commissa. Avari fusi. Victores Macedoniam intrant, ibique campum Ceramesianum, Drugubitis conterminum, occupant; inde in suam quisque patriam redire conantur. Cuberus, ne sui dilaberentur, ad imperatorem Graecum mittit, ut terra militibus suis assignetur. Multi tamen dilabuntur. Novae Cuberi fraudes. Instruit Maurum, ut se profugum simulet, Thessalonicam cum comitibus intret, imperatori Graecorum se subditum fingat; denique, bello civili moto, civitatem opprimat, ipsumque recipiat. Maurus, Thessalonicae receptus, a civitate opprimenda parum abest. Honores ei ab imperatore Graeco collati. S. Demetrius patriam suam Thessalonicensem servat, visione monens Sisinnium, navibus imperialibus praepositum, ut relicta Thessaliae ora sinum Thermaicum petat, hinc Thessalonicam. Sciathus insula. Acta S. Demetrii emendantur. Sisinnius Thessalonicam cum navibus venit. Maurus, spe frustratus, cum suis ad eos transportatur, qui campum Ceramesianum tenebant. Ceramesiani jussu Graeci imperatoris alio transponuntur. Maurus, Cpolin profectus, honoribus et libertate privatur. Quare hoc quoque bellum dicendum sit Slavicum? Tempus ejus in Constantini V Copronymi (a. 741—775) incidit. Momentum huius belli. Alius nationis subditae ab Avaris defectio (XCVI—CIV.).

CAP. V. Bellum Graecorum Slavo - Macedonicum a. 758. Serbia, Macedoniae urbs. Superior Macedonia Graecis tum vix paruit. Bellum Sclavinis, Thessaliam cum reliqua Graecia tenentibus, infert Constantinus VII. imperator a. 782. Dux belli Stauracius. Sclavini debellantur. Irene imperatrix imperii sui fines visitat. Thessalonicae ac Macedoniae seculo nono status pacificus. Sclavini Macedonici quando ad Christum conversi sint? Mercatura Bulgarorum Cpolitana, cum terris Istrianis exercita, Thessalonicam transfertur a. 888 (CIV—CIX.).

---

## II. DISSERTATIO.

(p. 1—317.)

CAP. I. Situs urbis. Doctorum testimonia recensentur et examinantur (p. 1—7).

CAP. II. Antiquitas urbis atque opulentia. Graeci, urbis antiqui incolae. Conon, Lucillus Tarraeus et Christodorus de rebus Thessalonicensium scripsere. Thracia Macedonica. Therma urbs, non Therme. Troiani profugi istorum quondam locorum incolae. De Cononis loco. Thermae nominis vera origo. Thessalonicae et Thessaliae in scriptoribus confusio. Therme Pliniana. Macedonicae thermae. Thessalonice, Thessalonicea, cum aliis formis novitiis. Thessalici saltus etc. Thessalonicae urbis antiquitas. Terrae motus Thessalonicenses et Macedonici (p. 7—28).

CAP. III. Magnitudo urbis atque opulentia. Iura Thessalonicensium provincialia. Megalopolis, Constantinopoleos, non Thessalonicae, nomen honorarium. Aedificia urbis; eius ambitus et forma (p. 28—34).

CAP. IV. Dignitas urbis politica. Macedoniae divisio Romana in IV regiones. Regionis secundae caput Thessalonica. Amphaxitis. Thessalonicae momentum politicum. Orthographica. Thessalia i. q. Macedonia. Thessalonica i. q. Thessalia (Macedonia). Thessalonicensis provinciae fines aevo medio. Thessalonica ut exilii locus nobilibus quibusdam assignata (p. 35—45).

CAP. V. Dignitas urbis ecclesiastica. Primi Thessalonicensium episcopi. Eorum magna auctoritas. Commercium ecclesiasticum Romae et Cpoleos. Patriarcha num dictus fuerit metropolita Thessalonicensis. Iustiniani mutatio metropoleos Thessalonicensis. Secula barbarorum. Thessalonica *orthodoxa* dicta (p. 45—55).

CAP. VI. Diöcesis. De antiquitate indicum episcopalium Thessalonicensis diöceseos. Diöcesis Thessalonicensis sec. IX. X (Citrus, Berröa, Drugubitia, Serbia, Cassandria, Campania, Petra, Herculia, Hierissus, Lite et Rentine, Bardariotae). Diöcesis Thessalonicensis secundum Innocentii III. epistolas (Citrus, Berröa, Campania, Bardariotae, Serbia, Pe-

tra, Platamo, Langada, Ardamerium, Hierissus). Secula recentiora. Metropolitae Thessalonicensis dignitas et titulus. Clerus Thessalonicensis; mons Athos. Melenicus. Dium (p. 55—98).

CAP. VII. Portae urbis. Orientales portae (Romana, Cassandreotica). Latus urbis orientale. Occidentales portae (aurea, Vardariana). Septentrionales (angelica, porta arcis). Maritimae: Litaea (p. 98—107).

CAP. VIII. Aedes partesque urbis potiores. Ecclesiae et monasteria. Ecclesiae principales (Sophiana, Mariae deiparae, S. Demetrii, metropolitana) S. Demetrii domus. Numi Demetriaci. Aliae Ecclesiae. Sancti et Martyres. Domus archiepiscopalis. Nosocomium. Diversoria et cauponae. Aliae urbis aedes partesque, aevum gentilitium et christianum spectantes (p. 107—176).

CAP. IX. Munimenta. Historia eorum ante Zenonis imperium. Zenoniana inscriptio. Gothi Thessalonicam petentes. Iustiniani refectio urbium Macedonicarum. Munimentorum Thessalonicensium uberior historia (p. 176—200).

CAP. X. Suburbia. Stylitica Thessalonicensia (p. 200—202).

CAP. XI. Arx. Aevum Ciceroneanum. Historia arcis per medium aevum. Ambitus, carcer, cisterna, nomen (p. 202—207).

CAP. XII. Aquaeductus, putei, cisternae, cloacae. Fontes urbis. Tzerempulum (p. 207. 208).

CAP. XIII. Portus. Eius conditor, forma et laudes apud scriptores aevi medii. Sedes eius (p. 208—211).

CAP. XIV. Sinus. Nomina. Eius ambitus secundum scriptores Graecos et Latinos. Promontoria eius et partes. Ventus istius maris (p. 211—221).

CAP. XV. Mercatura. Augetur tempore Leonis Sapientis. Aevum Comnenorum (p. 221—227).

CAP. XVI. Nundinae Demetriacae. Tempus earum et momentum. Sericorum textores apud Graecos (p. 227—231).

CAP. XVII. Demetria. Eorum tempus. Descriptio (p. 231 232).

CAP. XVIII. Ager. Praemonita de geographia Macedoniae medii aevi. Amphaxitis et Mygdonia: quantum Mygdonia patuerit. Urbes eius, imprimis Apollonia. Athenaeus illustratur. Crestonia, Edonia. Strymon fluvius. Ager Thessalonicae meridionalis. Mons Chortaetus. Anthemus. Aenea. Ager orientalis (de lacubus Macedonicis, imprimis Cercine, Bolbe, Prasiade). Metalla Macedonica. Rechius flumen. Melissurgus. Artemisium. Ager septentrionalis et occidentalis. Chalastra. Lacus Chalastraeus. Gynaecocastrum. Aquilae castellum. Planities Thessalonicensis. Echedorus. Axius. Edessa urbs. Ludias. Haliacmon. Astraeus. Agricultura Macedonica. Epimetrum de ecclesiis Thessalonicensibus etc. (p. 232—317).

## III. APPENDIX.

(pag. 319—530.)

CAP. I. Belleii Thessalonicensia. 1. La situation de Thessalonique. 2. L'ancienneté et les différens noms de cette ville. 3. Les revolutions qu'elle éprouva sous les rois et sous les Romains. 4. Le culte religieux, les temples, les fêtes. 5. La dignité. 6. Les médailles et les monuments. 7. Les revolutions depuis le règne de Constantin. 8. Etat actuel (p. 319—349).

CAP. II. Eustathius Thessalonicensis. A. Epistolae Eustathio datae. I. Michaelis Nicetae. II. Michaelis Pselli. B. Monodiae in obitum Eustathii. I. Michaelis Nicetae. II. Euthymii. C. Inedita Eustathiana: I. Emanuelis Comneni imp. allocutio, cum esset Myrorum metropolita electus. II. Supplicatio, Manueli Comneno imperatori nomine civitatis Constantinopoleos oblata, quum siccitate laboraret (p. 350—433).

CAP. III. Marmor viride veterum (p. 433—456).

CAP. IV. Tributa Atticorum seculo XII praestita (p. 457—463).

CAP. V. Beniamini Tudelitani itinerarium. Specimen novae editionis (p. 464—520).

CAP. VI. Codex Baroccianus CXXXI (p. 521—530).

Digitized by Google

# ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. XV. l. 17. loco 342 lege 347.
— LIX. Ibi numerus marginalis esse debet LIX., non LXIX., ut editum video.
— LXVIII. l. 2. infr. loco *Isidoris* lege *Isidori.*
— LXXIX. l. 16. loco *Sclawen* lege *Slawen.*
— 10. not. 16. parte sinistra l. 3. infr. lege παρενεχθέντος).
— 20. not. 27. parte sinistra l. 13. loco *op* lege *od.*
— 21. l. 2. 3. lege *videndus.*
— 26. not. parte sinistra l. 5. post *Macedoniae* adde: *Berröa quoque Macedonica brevi ante annum Christi* 904 *gravem terrae motum passa est, referente Ioanne Cameniata in narratione Sarazenica cap.* 14.
— 37. l. 5. lege *complectens.*
— 44. not. 46. parte dextra l. 2. inf. lege *Fallmerayero.*
— 59. l. 9. lege *A mari.*
— 65. l. 1. — *Chalcidensium.*
— 73. not. 61. parte dextra l. 4. lege 29).
— 80. l. 10. loco *das* lege *dans.*
— 84. l. 5. infr. lege *Bardariotarum.*
— 101. l. 4. lege *agam.*
— 104. l. 2. infr. lege σύναξιν.
— 105. not. 88. l. 2. lege *Thessalonicensi.*
— 119. l. 15. lege *barbari isti.*
— 121. l. 1. — II, 5.
— 131. l. 10. — p. 128).
— 136. l. 5. infr. lege „*Potiores.*
— 153. l. 13. lege Σαρωιχίου.
— 155. l. 10. — *archiepiscopalibus.*
— 159. l. 19. — *quos.*
— 176. l. 3. pone comma post *consilio.*
— 187. l. 7. lege *Locum.*
— 195. l. 6. — *proverbialis.*
— 215. l. 11. infr. pone comma post *Dicaea* (?).
— 216. not. 44. parte sinistra l. 4. infra lege *conspirasse.*
— ibid. parte dextra l. 7. inf. lege *d'Italie.*
— 221. l. 11. lege (*Thessaliae*).
— 222. l. 14. — *cogitasse vel scripsisse.*

Pag. 228. not. 52. parte sinistra l. 1. 2. lege *Boeotiis.*
— Ibid. parte dextra l. 6. loco 20 lege 26.
— 235. l. 18. lege *an alii.*
— 241. l. 2. — (*ed.*
— 246. l. 4. — (*s. Serbiam*).
— — l. 6. infr. loco *ou* lege *on.*
— 248. l. 2. dele signum interrogandi.
— 265. not. 84. l. 4. 5. lege *difficillimum.*
— 267. l. 8. lege *Megabazus.*
— 268. not. 8. parte sinistra l. 1. 2. infr. lege *inviserit.*
— 270. l. 11. lege *lacum urbis.*
— 273. not. 92. parte dextra l. 5. lege *Melissurgi.*
— 283. l. 9. lege *modo littera.*
— 289. l. 14. — *difficultatem.*
— 293. l. 19. — *inundationibus.*
— 297. not. 11. parte dextra l. 9. lege (XI).
— 305. l. 4. infr. pro πήχει lege διπήχει vel similiter.
— 308. not. 22. parte sinistra l. 7. lege *Bandurium.*
— 311. not. 23. l. 6. lege *Ptolemaei.*
— 314. l. 1. infr. post *illabitur* adde: *Aeliani tamen Astraeum tueri videtur Nonnus Dionys.* 41, 212 sq., *ubi occurrit Astraea nympha, Beroen heroinam, quam Berroeae Syriae praesedisse putes, nutriens. Nihilominus vel sic aliquid inepti restat in Aeliani descriptione, qui Astraeum Berröae vicinum dicere debebat, non medio spatio labentem inter Berröam et Thessalonicam.*
— 353. l. 11. lege *Lessus in.*
— 384. l. 14. — τι συώδης.
— 393. dele ultima (*in fine .. caret*).
— 447. l. 11. lege *Athonitae.*
— 459. l. 5. infr. lege πολιτῶν pro πολλῶν.
— 492. l. 4. lege *Henri de.*
— 499. not. ** parte dextra l. 1. lege Βολτροῦ.
— 500. l. 9. 10. lege *popularium.*
— 520. l. 10. loco *mmo* lege *immo.*
— Ibid. l. 11. loco *ta* lege *ita.*

# PROLEGOMENA.

Digitized by Google

# HISTORIA
# THESSALONICAE
## RES GESTAS USQUE AD ANNUM CHRISTI 904 COMPLECTENS.

Thessalonicam, hodiernae Macedoniae caput, Xerxis ad- 1
versus Graecos proficiscentis stationem, veteris regni Macedonici navale, D. Pauli hospitium, S. Demetrii patriam, Illyricianae Romanorum provinciae metropolin, Byzantini imperii ut paucae ocellum ejusdemque ultimum fere propugnaculum, qui mortalium condiderint, minus jam liquet, immo satis controversum est, cum Lucilli Tarraei libro careamus, quem Stephanus Byzantius (de urbibus s. v. *Θεσσαλονίκη*) his verbis laudat: *Λούκιλλος δὲ ὁ Ταῤῥαῖος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν.* Intercidit quoque Christodori libellus, quem attuli in parte geographica p. 7. not. 11. Graecos urbis pristinae auctores fuisse putamus. Thracas [1]) enim Paeonasque [2]) accolas, quorum illum tractum antea fuisse puto, ur-

1) Stephanus Byzant. s. v.: *Θέρμη, πόλις Θράκης. Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας φησὶ καὶ Θουκυδίδης.* Utrumque recte. Primi Thraces ea loca tenuerunt; his successere Graeci (Macedones). Strabo ep. lib. 7. fin. §. 10.: *Ἐν Θρᾴκῃ, ἣ νῦν Μακεδονία καλεῖται.* Sermo ibi est de Cisso prope Thermam. Idem libro 9, 5.: *Τῆς Θρᾳκίας Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος.* Adde Popponem ad Thuc. Parte 1. Vol. 2. p. 344—348. Cousinéry voyage dans la Macédoine. Vol. 2. pag. 133. Vide quoque Nos in parte geographica p. 8. Adde Bodium in Orphicis ed. 2. p. 113 sq.

2) Axio, flumini propinquo, Paeonas jam Homerus accolas assignat Il. 2, 848 sqq. De nomine fluminis hodierno (*Vardar*) v. Nos pag. 287—312.

bes isti mari adposuisse, memoriae proditum non est; propius vero, Graecos conditores autumare, qui conterminae Chalcidices sinusque Thermaici litora coloniis suis implerunt. Mythicam urbis historiam attigimus in parte geographica pag. 9. sq. [3])

## CAP. I.

### URBIS NOMINA.

Urbis Thessalonicae ne nomen quidem primitivum in aperto positum est. Aliis *Emathia* audit, aliis *Halia*, aliis *Therma*.

Primi nominis auctorem non antiquiorem Zonara invenio, qui hist. 12, 26. *Θεσσαλονίκην*, ait, . . *ἣ πάλαι μὲν Ἡαθία καλεῖσθαι λέγεται*. Idem repetitur in schedis ms. Angeli Aprotii apud Wassium ad Thucyd. I, 61.: *Θέρμη, ἡ Θεσσαλονίκη, καὶ Ἡμαθία*. Quod ultimum quis sibi persuadebit? Macedoniam antiquitus *Emathiam* dictam (Iustin. 7, 1. all.), Alexandrum Magnum adjectivo gentilitio nominari passim *Emathium* (Ovid. trist. 3, 5, 39), Alexandriam Aegypti *Emathiam* (Lucan. phars. 10, 58.), satis quidem notum est: sed illam Macedonici regni partem *Emathiam* non aliter nisi improprie apud seriorem aliquem scriptorem dictam puto, ut Alexandrum M., Alexandriam, rell., apposito vel subintellecto urbis Thessalonicae vel Thermae nomine substantivo.

2 In secundo (*Haliae*) nomine majorem difficultatem video, quanquam adjectivo *ἅλιος* veteres uti solent de locis

---

5) De his coloniis videndus omnino *Raoul Rochette* in histoire crit. de l'établissement des colonies Grecques Vol. 3. p. 198 sqq. p. 204. Adde Adolphi Ziemanni in Demosthenem de bello Philippi Olynthico commentationem. Quedlinburgi a. 1832. p. 5—8.

quibuscunque maritimis. Hujus nominis primum testem invenio Stephanum Byzantium de urbb. l. c.: *Θεσσαλονίκη, πόλις Μακεδονίας, ἥτις ἄρα ἐκαλεῖτο Ἁλία, Κασσάνδρου κτίσμα.* Idem repetit Etymologicum M. p. 447, 33. ed. Sylb. Verum urbs a Philippo vel Cassandro instaurata *Therme* dicebatur, historia teste, non *Halia*. Ergo urbem nostram aut duplex nomen habuisse putabis (quod non rarum apud veteres); aut *Halia* primo dicta est, deinde *Therme*. Omnino autem, si *Halia* dicta est Thessalonica, obscura id ipsum urbis initia significabit. Namque *Halia* erit *pagus a piscatoribus habitatus*, idemque spectat Tzetza p. VIII. allatus, qui Thessalonicam *κώμην* antea fuisse narrat, incertum, quo nisus antiquitatis testimonio. Aliis *Halia* idem sonabit quod *maritima*, et fieri potuit, ut e poetae veteris loco secus intellecto commentum de *Halia* nasceretur.

Ultimum urbis clarissimae nomen, antequam in Thessalonicam abiret, est *Θέρμα*, quam formam apud Aeschinem oratorem invenio, qui oratione de falsa legatione 31, 36 (211 sq. Reisk.), *εἰληφότος δὲ*, ait, *Ἀνθεμοῦντα καὶ Θέρμαν καὶ Στρέψαν καὶ ἄλλ' ἄττα χωρία* (sermo est de Pausania Macedone, qui mortuo Perdicca, Philippi, Alexandri Perdiccaeque patre, regnum Macedonum affectavit). [4]) *Thermen* vero (*Θέρμην*) dicit Herodotus lib. 7, 121. 123. 124. 127. 128. 183. Sequitur Thucydides I, 61. 2, 29. et Scylax p. 26. ed. Hudson. Et hi quidem auctores suum loci nomen, quod vere aliquamdiu obtinuit, attestantur, non Laonicus Chalcondylas, Atheniensis, qui in historia sua Turcica, post captam a Turcis Constantinopolin scripta, non eo nomine utitur, quod dudum invaluerat, *Thessalonica*, sed antiquiori *Therma*. [5]) Cete-

4) De hoc Aeschinis loco v. Nos pag. 8. not. 13. Bekkerus formam Aeschinis *Θέρμαν* trium codicum auctoritate ejecit, qui habent *Θέρμην*.

5) Eu Laonici loca. Lib. 1. (ed. Paris. p. 23., ed. Ven. p. 18.): *Θέρμην τὴν ἐν Μακεδονίᾳ, Θεσσαλονίκην.* Idem ibid. pag. 24 = 19): *Τήν τε Θέρμην παρα-*

rum *Thermae* nomen, ut veteris Thermae Siculae aliarum-
3 que || Thermarum (coll. Steph. Byz. s. v. *Θέρμα*), *thermis* sic dictis deberi, non temere quis contendet. Suntque etiamnunc ibi thermae, in meridionali sc. urbis agro. Vide tabulam geographicam partis Macedoniae, annexam itinerario Cousineriano, quae thermas illas (*bains minéraux*), flumini cuidam vicinas, trium fere leucarum Gallicarum spatio ab urbe Thessalonica remotas esse docet. Accedat alius testis satis locuples, Plinius major N. H. 4, 10=17 (si lectio sana): *In ora sinus Macedonici oppida Chalastra, et intus Phileros, Lete: medioque flexu litoris Thessalonica, liberae conditionis. Ad hanc a Dyrrhachio CXIV* (?) *millia passuum. Therme.* De his v. Nos uberius agentes p. 12 sq.

Venio ad novissimum (*Thessalonicae*) nomen, quod primus

---

λαβών. Idem ibid. (p. 14=11): *Καὶ ἐπὶ Μακεδονίαν ἐλάσας, πλὴν Θέρμης τὰ ἄλλα ὑφ' αὑτῷ ποιησάμενος.* Idem ibid. (p. 25=20): *Ὅσα ἐπορίσατο κατὰ τὴν Θέρμην.* Idem ib. (p. 26=21): *Ἐγένετο ἐν τῇ Θέρμῃ.* Idem lib. 2. (p. 52=41): *Ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, ἥ περὶ Θέρμην, καὶ ἐν τῇ παρὰ Ἀξιὸν ποταμὸν χώρᾳ.* Idem lib. 4. (p. 93=73): *Τήν τε Θέρμην τοῖς Ἕλλησιν ἀπέδωκε.* Idem ibid. (p. 94=74): *Καὶ τῇ τε Θέρμῃ πόλεμον ἐπήνεγκε.* Id. ib.: *Καὶ Θέρμην, ἣν ἐπολιόρκει.* Id. ibid. (p. 108=85): *Ἐπὶ τὴν Θέρμην Ἑλλησίδα.* Id. ib.: *Ἐς τὴν Θέρμην.* Id. ibid.: *Ἐς τὴν Θέρμην.* Idem ib.: *Ὁ μέντοι τῆς Θέρμης ἄρχων.* Id. ibid. (p. 109=86): *Ἀνδρονίκῳ μὲν τήν τε Θέρμην ἐπέτρεψεν οἰκεῖν.* Id. ibid.: *Καὶ τὴν Θέρμην ἀπέδοτο τοῖς Οὐενετοῖς.* Idem lib. 5. (p. 125=98): *Τὴν μέντοι Θέρμην τῆς Μακεδονίας ἀπέδοντο Ἑνετοῖς.* Id. ibid.: *Ἀμουράτης μὲν δὴ ἐπὶ Θέρμην μετὰ ταῦτα ἐστρατεύετο.* Idem p. 171=134: *Ἀπὸ Θέρμης τε καὶ Αἴμιης τῆς Περῥαιβῶν.* Idem Laonicus Epidamni, Byzantii, Hellenum nomine utitur, nunquam Dyrrachii, Constantinopoleos, Romanorum (i. e. Graecorum). Sunt archaismi hominis docti, capta perditaque patria ad nominum incunabula recurrentis. Antiquiorum regni Byzantini scriptorum aliquem ita locutum nondum ego inveni praeter epitomatorem Strabonis lib. VII. fin. §. 9. (*μεταξὺ Χαλάστρας καὶ Θέρμης*).

Graecorum, quorum scripta habemus, Polybius memorat XXIII, 4, 4. 11, 2. XXIX, 3, 7. Adde Liv. 39, 27. 40, 24. Duravit haec denominutio apud scriptores utriusque linguae, nisi quod Strabo geogr. lib. 7, 7. forma utitur *Θεσσαλονικεία*, quam ego damnarem, nisi Stephani Byzantii (s. v. *Θεσσαλονίκη*) auctoritate niteretur, qui eam affert ut Strabonianam. Straboque ipse ter eam eodem capite habet (*μέχρι Θεσσαλονικείας .. ἀπὸ Θεσσαλονικείας . . Θεσσαλονικείας, Μακεδονικῆς πόλεως*). Habet etiam Strabonianus epitomator finis libri VII (*ἕως Θεσσαλονικείας*); sed formam vulga‖rem idem doctus paulo post 4
repetit (*ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶν πόλις*). Formam depravatam *Salonichi* cum similibus rerum Italicarum medii aevi scriptores praebent. Anonymi chronicon Fossae Novae ad annum 1185. (Muratori script. rer. Itall. Vol. 7. pag. 875. D.): *In festo S. Bartholomaei* (24. Aug. 1185.) *adepti sunt* (Normanni) *Saloniciam cum multis civitatibus et castellis et roccis de Romania.* Eae formae num Italis, Graecis, Bulgaris debeantur, melius nobis alii definient. Eodem dicendi compendio poetis Germanicis seculi XIII nomen urbis audit *Salneck*, cujus vocis ultimam syllabam (*Eck*) in nominibus arcium Germanicarum non raram esse, vix est, quod moneam. Nomine igitur *Salneck* non semel tantum utitur auctor poematis: *Hugdieterich's Brautfahrt und Hochzeit.* Herausgegeben von Oechsle. Oehringae 1834. Uberiora de his dedimus p. 17 – 22. [6])

---

6) Aliam Thessalonicam tu noli quaerere, quanquam in Latina Rustici, S. R. E. diaconi, circa annum 547 facta versione Actorum concilii Chalcedonensis, anno Chr. 451. habiti (Mansi concil. T. 7. p. 702. B.), haec subscriptio viri sancti legitur: *Perrebius, episcopus Thessalonicensium Sardanorum: subscripsi.* In his *Sardanorum* insanum esse, cuivis patet; Rusticusque ipse admonet, in codice Acunitensi scriptum esse *Saltuum;* quos *Saltus* Thessalica Tempe spectare puto. Admissa hac lectione, antecedentis vocis (*Thessalonicensium*)

Thermae urbis instauratio nominis que *Thessalonicae* inventio utri debeatur, Philippo, an Cassandro, ejusdem genero, Macedonibus, de eo jam veteres quaesivisse, e Stephani Byzantii loco plenius infra proferendo non immerito suspicari possemihi videor. Varias narrationes junctim tradit seculi XII scriptor Tzetza chil. X, 174 sqq. hist. 316. pag. 369. ed. Kiessling. (coll. eodem Tzetza chil. XIII, 305 sqq. hist. 486. pag. 490. ed. cit.):

*Ἡ νῦν Θεσσαλονίκη μὲν, πόλις ἡ λαμπροτάτη,*
*Ὑπῆρχε κώμη, Θέρμη δὲ τὴν κλῆσιν ἐκαλεῖτο.*
*Καὶ μέχρι νῦν τὸ πέλαγος τὸ τῆς Θεσσαλονίκης*
*Θερμαῖος κόλπος λέγεται, ἀπὸ τῆς Θέρμης κώμης.*
*Ἣν πόλιν κτίσας Κάσσανδρος, γαμβρὸς ὢν τοῦ Φιλίππου,*
*Θεσσαλονίκην κέκληκεν εἰς ὄνομα συζύγου*
*Θεσσαλονίκης, θυγατρὸς τελούσης τοῦ Φιλίππου.*
*Κτίζει καὶ τὴν Κασσάνδρειαν, εἰς ὄνομα οἰκεῖον.*
*Ἄλλοι τὸν Φίλιππόν φασι κτίσαι Θεσσαλονίκην*
*Στοργῇ παιδὸς, ἧς ἔφημεν ἄρτι Θεσσαλονίκης·*
*Ἄλλοι δ', ὅτι ἐνίκησε τοὺς Θετταλοὺς πολέμῳ.*

---

corruptela nemini dubia erit. Lege *Thessalicorum*, quae emendatio unicuique se probabit, qui de Graeco nomine *Θεσσαλικῶν* cogitaverit, quod facile in *Θεσσαλονικέων* mutavit librarius, cui Thessalonica, nobilis civitas, magis nota erat, quam Thessalia, jam tum fere ad barbariem Slavicam redacta. Thessaliae vero et Thessalonicae nomina apud librarios confundi, Stephani Byzantii de urbibus locus docet s. v. *Θεστίδειον: Θεστίδειον* (immo *Θετίδιον*, quod fuit Pharsalis Thessalicis vicinum, coll. Polyb. 18, 3, 6. 4, 1. Strab. 9, 5.), *πόλις Θεσσαλονίκης*. Ultima velut sana legunt docti. Tu confidenter repone *Θεσσαλίας*. Urbs enim Thessalonica nunquam oppidum s. pagum Testidii (Thetidii) nomine in sua ditione habuit. De alia Thessaliae nominis apud librarios depravatione v. Nos in parte geogr. p. 22 sqq. et in Dilucidatt. Pindarr. Vol. I. p. 672. not. 21.

Harum narrationum secundam, quae Philippum e Thessalonica filia urbi nomen imposuisse refert, claris verbis in Etymologico M. s. v. inveni, minus aperte apud Stephanum Byzantium l. c. Sed Philippum, Alexandri Magni patrem, Philippos, Thraciae urbem, Crenidas (ut volunt) ante dictam, ex se cognominasse, nota quidem res est: nondum tamen audivi, liberorum quoque nominibus, quos e variis mulieribus suscepisse constat, ad eandem rem usum. Deinde Nicasipolis Pheraea, e qua Thessalonicam susceperat, nobili quidem loco nata erat: sed principem conjugum locum obtinuit Olympias, Neoptolemi Molossorum regis filia, Alexandri magni mater, non mediocrem posthac nominis sui famam in rebus Macedonicis adepta (Diodorus Siculus 19, 51.).

Majorem veri speciem tertia Tzetzae narratio prae se fert, tum per se spectata, tum propter eorum, qui diu ante chiliadum concinnatorem eam tuiti sunt, auctoritatem. Imperatores dico Romanorum, Iulianum et Constantinum Porphyrogenitum. Thessalonicam urbem a victoria quadam Macedonum Thessalica dictam, tam verisimile videtur, ut Graecorum equidem ingenium valde mirarer, si ea s. narratione s. opinatione prorsus abstinuissent. Nihilominus tamen scrutandum, verene narratio sit ista, an etymologia? Audiamus primum eorum testem, Iulianum imperatorem, qui oratione tertia, post annum puto Christi 356 scripta, haec habet (Opp. ed. Ez. Spanhem. p. 107. C.): *Ἆρ' οὖν ἔτι χρὴ διὰ μειζόνων τεκμηρίων δηλοῦν, ὡς ἔνδοξος μὲν ἡ Μακεδόνων καὶ μεγάλη τὸ πρόσθεν γένοιτο, ταύτης δὲ αὐτῆς τὸ κράτιστον ἡ πόλις ἐκείνη, ἣν ἀνέστησαν, πεσόντων οἶμαι Θετταλῶν, τῆς κατ' ἐκείνων ἐπώνυμον νίκης;* Quae quid sibi velint, pronum videtur et apertum. Imperator Romanus non famam aliquam obscuram refert de Thessalonicensis nominis origine, sed suam opinionem expromit, ut orator grammaticusve. Iam audiamus sequentis aevi scriptorem, Stephanum Byzantium, qui s. v. *Θεσσαλονίκη* haec habet: 6

*Θεσσαλονίκη, πόλις Μακεδονίας, ἥτις ἄρα ἐκαλεῖτο Ἁλία, Κασσάνδρου κτίσμα· ἢ ὅτι Φίλιππος τοῦ Ἀμύντου, ἐκεῖ Θετταλοὺς νικήσας, ἐκάλεσε.* Vides, quaesitum a Graecis quibusdam fuisse, utri nomen urbis novum debeatur, Philippo, an Cassandro ejus genero, Macedonibus? Ceterum Stephanus, vel qui opus ejus ante nostrum tempus locupletavit mutavitve, litem non dirimit, sed partes adversas juxta ponit. Stephani vero locum quicunque diligentius inspexerit, me non monente originem totius commenti de Philippo, Thessalonicensis nominis inventore, sponte deprehendet. Urbs dicebatur *Thessalonica*. Quamnam quaeso ob causam? Ob Thessalos devictos. Sed ubi terrarum? *Ibi locorum*. Iulianus hoc imperator nondum ausus erat pro certo habere, vel adeo publice affirmare. Verba facit de Thessalis devictis, atque inde urbis nomen manasse suspicatur, Philippi nomine non addito. Aliter posterioris aevi homines docti, qui opinationibus suis locum et tempus commodum assignantes, veritatem insuper habuerunt. Quonam enim Macedoniae loco Thessalos debellavit Philippus? Num ad Thermam urbem? Tacet historia. Thessali a Philippo in Thessalia non semel tantum victi sunt, in Macedonia nunquam. Sed operae pretium videtur, vocis istius (*ἐκεῖ*), immo depravationis historicae vestigia apud sequentium seculorum scriptores sectari. Constantinus Porphyrogenitus imperator de thematibus sive provinciis imperii Graecorum (2, 4.), qui liber seculo X scriptus est: *Ἔχει δὲ ὀνομασίαν ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας. Φιλιππος, ὁ Ἀμύντου, Θεσσαλοὺς ἐκεῖ νικήσας, τῇ θυγατρὶ καὶ τῇ πόλει ὁμωνύμως τὸ ὄνομα ἔθετο.*

Explosis secunda tertiaque Tzetzae narrationibus, de prima denique videndum erit, quae Cassandrum, Philippi in Thessalonica filia generum, novi nominis inventorem urbisque instauratorem fuisse tradit. Eam chiliadum auctor aperte ut veram adoptat; nec tamen multum id momenti haberet, ni alii testes accederent. Taceo de Zonara, ejusdem, cujus

Tzetza, scil. duodecimi seculi auctore, qui hist. libro 12, 26 (ad Claudii II imperium) haec habet: *Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκουν* (Gothi, *ἣ πάλαι μὲν Ἡμαθία καλεῖσθαι λέγεται, Θεσσαλονίκη δὲ μετονομασθῆναι ἐκ τῆς Φιλίππου μὲν θυγατρὸς, Κασάνδρου δὲ γυναικὸς, Θεσσαλονίκης.* Sed videndus antiquior scriptor anonymus apud Stephanum Byzantium (s. v. *Θεσσαλονίκη*): *Θ., πόλις Μακεδονίας, Κασσάνδρου κτίσμα.* Strabo deinde afferendus num is sit, nec ne, pro certo equidem habere non ausim, quamquam ejusdem nomen paulo inferius apud Stephanum Byzantium l. c. occurrit. Iam ‖ vero ipse 7
prodeat Strabo, qui libro VII. fin., sive ejus epitomator §. 10., *ὅτι*, ait, *μετὰ τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶν πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο. Κτίσμα δ' ἐστὶν Κασσάνδρου, ὃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, παιδὸς δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, ὠνόμασεν. Μετῴκισεν δὲ τὰ πέριξ πολίχνια εἰς αὐτὴν, οἷον Χαλέστραν, Αἰνείαν, Κισσὸν καί τινα καὶ ἄλλα.* Hujus narrationis fidei quid adversetur, ego nondum inveni. Taceo de antiquitatis momento, cui tamen in hac quaestione, ni alia succurrant, non tantum equidem tribuerim, quantum Eichhornius (Introduct. in libros N. T. Vol. 3. Parte I. pag. 54. not.); magis ea movent, quae idem locus de historia urbis instauratae singularia subjungit, quaeque fingendi probabilem rationem nemo facile inveniet. Accedit reliquarum narrationum fides dubia; quod ego ut primus monstravi, ita veniam intelligentium precor, si alia non ad liquidum perduxero, alia secus judicavero. Veteris Macedoniae historia monumentorum raritate ita laborat, ut vix alia antiquae historiae provincia; dein imperii alicujus particula, licet ea postmodum imperii ejusdem locum occupavit, raro primum memoratur, frequentius deinde. Quod ipsum maxime in Thessalonicam cadit. Ea enim urbs, ante Avarorum, Bulgarorum, Gothorum, Hunnorum, Normannorum, Sarazenorum, Sclavinorum incursiones, i. e. ante seculum Christi tertium, parcius audita,

eam deinde celebritatem suis sive opibus sive calamitatibus nacta est, ut postremo, capta per Francos Constantinopoli a. Chr. p. 1204., secundum, haud raro primum illorum regnorum locum obtineret.

## CAP. II.

### URBIS INCOLAE.

Graecos potissimum ab antiquissimis temporibus Thessalonicam incoluisse, ipsa nomina urbis Graeca docent. Accedunt numi civitatis imperatorii, qui ne tum quidem, quum colonia Romana eo deducta esset (sunt tempora Decii), lingua Graeca rejecta Latinam adoptarunt. Philipporum quoque numi linguam Graecam nunquam deposuerunt, quum reliquae Romanorum coloniae Graecae pridem Latino sermone in numis suis uterentur, coll. Eckhelio D. V. N. T. 2. pag. 80. Thessalonicensium vero vel adeo Thermaeorum numos sub Macedonum imperio non magis anquires, quam aliarum ejus-
8 dem regni urbium, coll. Tittmanni libro: Darstellung der griechischen Staatsverfassungen. Lipsiae 1822. pag. 395. Extat quidem numus, cujus altera pars inscriptum habet *ΚΑΣΑΝΔΡΟΥ* cum capite Minervae galeato, altera *ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ* cum equo decurrente et clava in area, coll. Eckhelio l. c. Tom. 2. pag. 115. Verum *Θεσσαλονίκης* nomen Cassandri regis conjugem spectabit, non urbem ejusve Nympham. Alios urbis numos (si vere sunt urbis nostrae), imperatorum quorundam Byzantinorum Sanctique Demetrii, qui est Thessalonicensium Rossorumque patronus, imagines et nomina habentes, in parte geographica pag. 135. exposui. Nunc videndum de Graecae linguae fatis apud Thessalonicenses per medii aevi decursum. Taceo de seculis Christi tertio et quarto, quae paulo inferius illustrabo, ubi ad Decii imperatoris tempora descendero. Taceo de

seculo sexto et sequentibus, quae tum in censum nostrum venient, cum Avarorum et Sclavinorum res Thessalonicenses trademus. Graecos vero urbis primarios incolas vel seculo post Chr. duodecimo fuisse, ejus rei documentum est Eustathius metropolita, cujus homiliae graece scriptae ibique habitae non solum linguae veteris usum, verum elegantiora ejus studia inter urbis illius incolas evidentissime testantur. Thessalonica, ut nunquam destructa est, ita ne sub Turcis quidem urbs Graeca esse desiit, licet minuto incolarum numero vel aucto pro temporum aliarumque rerum ratione. Eadem conterminae Chalcidices, terrae spatiosae, conditio, quae ipsa quoque Graecorum reliquias habere fertur (Cousinéry l. c. Vol. II. p. 134.), cum Thessalonicae latus boreale, sive Macedoniam primitivam stricteque sic dictam, item terram Strymoniam, i. e. latus orientale, per ultima decem secula Slavi, Bulgari aliique barbari tenuerint, coll. Cameniata in narratione Sarazenica cap. 7. Tzetz. chil. X. hist. 316, 185 sqq. Cousinéry l. c. Vol. I. p. 52.

Latini nominis homines, quum Macedonia post Andrisci Alexandrique rebellionem ante Chr. a. 149 Romanis plenius parere coepisset, numero magno istas terras ut alias provincias petiisse, nemo infitias ibit, qui vel Ciceronis orationes non inspexerit. Experiebatur Macedonia, ut aliae orbis R. partes, publicanos Romanorum, mercatores, item comites proconsulum Romanorum in provincias abeuntium. Et vexatam fuisse Macedoniam ipsamque Thessalonicam a Romanorum magistratibus, Ciceronis oratio adversus L. Pisonem, Macedoniae proconsulem, habita docet c. 17. 34. 35.; testatur anno post Christum decimo quinto senatus decretum, quod Tacitus affert annal. 1, 76.: *Achaiam et Macedoniam, onera deprecantes, levari in praesens proconsulari imperio tradique Caesari placuit.* Colonia Romana, seculo tertio eo deducta, quomodo urbem affecerit, deinceps videbimus.

Pergimus ad alios urbis incolas, licet non pleno civium jure per medium aevum quandam urbis partem tenentes. Sunt hi mercatores Italici, quorum cum Graecis istius temporis commercia, ex aliis scriptoribus nota (Cinnamus hist. libro 6, 10. p. 282. ed. Bonn.), aliquanto nunc plenius illustrabo. Ac primum quidem numerus eorum, qui Comne‖-
9 norum aevo Peram, Constantinopoleos partem, habitavere, nunc patefiet. Fuere amplius sexaginta millia, quum Andronicus Comnenus, imperium affectans, magnum eorum, scilicet Alexii sociorum, stragem, funestam imperio Graecorum futuram, a. p. Chr. 1182 ederet. Vide Eustathii Thessalonicensis narrationem de capta a Normannis Thessalonica cap. 28 sq. (Opuscc. p. 275, 29 sqq.). Habitabant ibi *burgesiorum* (bourgeois) nomine, quod jus eorum non plenum significat (Cinnamus l. c. Du Cang. in Glossariis s. v.). Iamque singularem mercatorum extraneorum, et quidem Italicorum, classem Thessalonicae quoque fuisse, eodem nomine insignem, nemini quidem dubium esse poterat, mercaturae per medium aevum exercitae non plane ignaro; sed deficiebant historica rei testimonia. Hoc quoque eadem Eustathii narratio prodit l. c. cap 72. p. 290, 25.; unde simul partem urbis singularem, velut hodiedum, illos tenuisse intelliges, coll. iis, quae in parte dissertationis geographica de isto urbis vico exposuimus (p. 168 sq.). Dicit enim metropolita l. c.: *Ἐκ τοῦ κατὰ τοὺς βουργεσίους πύργου.* Alium ejusdem locum de his Latinis inquilinis v. infra.

Mercatorum genti modo memoratae accedat aliud, Iudaeorum, inquam; deinde Armeniorum. Et illos quidem seculo primo post Servatorem natum intra urbis Thessalonicae moenia numero haud exiguo habitasse, sacraque sua in synagoga ibidem extructa exercuisse, D. Lucae Acta Apostolorum cap. 17, 1. 17. docent; qui liber (16, 13.) alios itidem Iudaeos in Philippensium urbe domicilia cum aediculis sacris, extra muros positis, habuisse testatur. Thes-

salonicensium Iudaeorum fata quaenam proximis post Christum natum seculis fuerint, fere tacet historia; quod non mirabitur, qui nec Thessalonicae christianae prorsus rudis extiterit. Hujus autem ipsius memoria ante seculum quartum non clare repetitur, cujus annum fere tertium (303) S. Demetrii martyrium insigne fecit, non contemnendum historiae testimonium, quae tum fuerit sacrorum nostrorum per Macedoniam conditio. Graecos enim Thessalonicenses non tantum ludorum suorum, quibus non ultimum locum in rebus veterum gentilium aestimandis assigno, admodum studiosos, verum etiam sacrorum suorum valde curiosos fuisse, persuasum ex quibusdam habeo; neque omnino exploratum videtur, quo seculi quarti anno civitas illa, Graecarum urbium si non princeps, tamen secunda vel tertia, incolarum opibus ac luxurie, verum etiam rerum suarum defendendarum constantia et fortitudine nunquam non clara, ad Christi signa omnis transierit. Quod post annum 342 factum, non credibile videtur. Eo enim anno Thessalonicensis episcopus Aëtius concilio Sardicensi interfuit, coll. ejus concilii actis can. 16. (apud Mansium concil. Vol. 3. p. 17. 18.). Anno vero 337 Constantinus Magnus paganis sacrificia publica interdixerat, coll. Euseb. in vita Constantini 4, 23. Theodos. cod. 16, 10, 1. Sed Iudaeorum Thessalonicensium prima post D. Lucam mentio non antiquior videtur seculo quarto, coll. testimonio in parte geogr. pag. 157. allato. Tempore intermedio qui status eorum fuerit, ego quidem ut alia quaedam nescire ingenue fateor; aevo tamen ‖ imperatorum Byzantinorum humilio- 10
rem eorum conditionem fuisse, is non addubitabit, qui ecclesiae orientalis circa sacra sua constantiam s. tenacitatem noverit, cujus laudis non ultimum testimonium *orthodoxae urbis* cognomen esse videtur, quod Thessalonicae nostrae datum e solo Cameniata cap. 3. intellexi. Iudaeorum itaque Thessalonicensium memoria seculis VII. XII. reviviscit; accedunt Armenii. Utrorumque meminit Eustathius oratione de

capta a Normannis Thessalonica cap. 113 (Opuscc. p. 298, 82 sq.), ubi de extrema civium miseria et fame loquitur: *Ἰουδαίῳ μὲν γὰρ καὶ Ἀρμενίῳ, οὓς ἡ ἀγχιτέρμων Κρανία καὶ Ζεμενίκος φέρβουσιν, ἐπεμέτρει* (barbarus Normannus), *ἐς ὅσον τε καθῆκον ἦν, καί τι καὶ εἰς ὑπέρμετρον· ἑαλωκότι δὲ πολίτῃ ἐλάχιστον, εἴ που καὶ ἐπιστραφείη αὐτοῦ.* Idem epistolâ XXXIII., quam officii causa ut metropolita oecumenico misit, i. e. patriarchae Constantinopolitano (Opuscc. p. 339. 340.): *Ἐγὼ δὲ καὶ ἔτι τολμῶν* [7]) *δέομαι. Ἐπί τινων πρὸ ἐμοῦ τοῦ ἀχρειοτάτου ἁγίων ἀρχιερέων παρεχωρήθησαν Ἑβραῖοι πλατυνθῆναι· οὐκ οἶδ', εἴτε κατὰ λήθην, εἴτε καὶ κατὰ εἴδησιν ἐκείνων, εἴτε καὶ κατὰ θείαν τινὰ κέλευσιν. Καὶ ᾤκησαν οἱ μὲν ἐν ἐρειποτοπίοις χριστιανικοῖς, ἀνοικισθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν· οἱ δὲ καὶ ἐν οἰκήμασιν, ἐν οἷς ᾤκουν χριστιανοὶ, ὧν οἰκημάτων τινὰ καὶ θείοις εἰκονίσμασιν ἠγλαΐζοντο καὶ ἐψάλλοντο· καὶ οὐδεὶς ἦν ἕως καὶ χθὲς ὁ λαλῶν. Ἄρτι δὲ ἔκ τινος ἐριθείας ἐλαλήθη τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐμοῦ τὸ ἐντεῦθεν ἀναγκαίως ὑποκινήσαντος, ἐδόθη πρός τινων καὶ κατάστιχον* (census). *Καὶ ἔχουσι τοιαῦτα οὐ μόνον ἡ μητρόπολις, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πρόσωπα. Ὅτι γοῦν ἐμοὶ οὐκ ἐκγενήσεται εἰς τὸ πᾶν κατορθῶσαι, εἰ μὴ ἐκ τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου συνετισθῶ, ἵνα καὶ ὑπακούωμαι, τολμῶ καὶ ἐρωτῶ, τί ὀφείλω*

---

7) Formulam *τολμῶν δέομαι, τολμῶ καὶ ἐρωτῶ* etc., in libris Byzantinorum supplicibus, ad majores magistratus vel ad imperatores missis, vulgarem fuisse, praeter nostram epistolam docet Atticorum ejusdem aevi ineditus supplicationum libellus (*ὑπομνηστικὸν*, *pro memoria* dixeris), contra tributorum acerbitatem ad Alexium imperatorem fine seculi XII missus; qui cum ad illustrandam imperii Graeci oeconomiam publicam aliquid conferre videatur, alio h. libri loco, ut primum talium supplicationum editum exemplar, evulgabitur. Ceterum metropolis epistolae Eustathianae est eccelesia metropolitana, de qua egi pag. 129—131.

ποιῆσαι· ἵνα προσκυνήσας ἐγχειρήσω καὶ τελειώσω εἰς ‖ ἀγαθόν. His addo locum eiusdem scriptoris non minus me- 11
morabilem (Opuscc. p. 66, 78 sqq.), quem ex homilia sumtum esse praemonendum videtur: Ἢ τί ἄλλο τὸ Ἑβραϊκὸν φῦλον ἀφῆκε τῇ Χριστιανικῇ πολιτείᾳ καὶ συμπαροικεῖν, καὶ ἐλέους τυγχάνειν, καὶ τρόπον τινὰ συζῆν; Οἷς θρησκεύειν ἀφίεται, ὡς αὐτῷ φίλον, καὶ τῶν ἀναγκαίων πάντων μετέχειν, τῶν μὲν ἀφθόνως· τῶν δ', ἐφ' ὅσον ἔξεστι. Καὶ μὴν διακρίσεως μὴ προϋπαρχούσης, μηδὲ συγγνώμης ἐφεπομένης, οὐκ ἂν ἦσαν παρ' ἡμῖν οὔτε Ἰουδαϊκὰ φῦλα, οὐδὲ μὴν τὰ τῶν κακῶν Χριστιανῶν, τὸ δὲ μεῖζον οὐδὲ τὰ τῶν ἀθέων. Inter hos mali Christiani sunt Latini, Armenii, alii; athei sunt Muhammedani, quibus pridem synagoga concessa erat in urbe Constantinopoli, coll. Du Cangio in Constantinopoli christiana 2, 15, 2. Et vides, qui Graecorum tum temporis animus odiique quasi ordo fuerit in varias istas gentes. Minima odii pars in Judaeos cadebat; major in Christianos, ecclesiae orthodoxae non parentes; maxima in Muhammedanos. Ceterum Muhammedanos in agro Thessalonicensi habitasse, neque proditum omnino est, neque docet Eustathii locus modo allatus. Estque alia quoque causa, qua motus Muhammedanos seculo duodecimo vel paucissimos vel nullos Thessalonicae fuisse crediderim. Magnae Normannorum copiae quum anno 1185 Thessalonicam cepissent, nullam nationum, quibus hostilis exercitus constitit, immitius in Graecos grassatam esse scio, quam Sarazenos, coll. Eustathii narratione de capta a Normannis Thessalonica cap. 123 (Opp. p. 301, 87 sq.); qui locus cum alio Ejusdem loco conferendus erit, sc. oratione anno auspicando habita cap. 28 (Opp. p. 157, 84.), ubi illos Sarazenos non Thessalonicenses, sed Siculos, immo Afros fuisse luculenter edocemur. At vero, si duplex Muhammedanorum genus, Thessalonicensium et Siculorum, in vexatione Graecorum conspirasset, ejus rei mentionem metropolita vix omisisset.

12 Venio ad Armenios, quos agri Thessalonicensis incolas seculo duodecimo fuisse, Eustathii locus supra allatus testatur. Et memorabilis ibi juncta Judaeorum Armeniorumque mentio, quam in hodierna quoque Turcarum historia frequentem esse, non est quod moneam. Quodsi vero (ut supra docuimus) Thessalonicenses Graeci Armenios, ut alios homines ritus non Graeci, odio habebant, non soli hoc ecclesiae orthodoxae tribuendum erit, sed ipsis quoque Armeniis, quos in ista Normannorum obsidione ac deinceps, cum victores urbem jam tenerent, nefanda adversum Graecos patrasse, ego primus ex eodem Eustathio monstrabo, qui doctus narrationis citatae capite 114 (Opuscc. p. 298, 90 sqq. 299, 1 sqq.) haec habet: *Ἀλλ' ἅμα ὑπεκρουσάμην Ἀρμενίους, καὶ ζεσιν ἔπαθον περικάρδιον, ἐννοησάμενος, ὁποῖα κακὰ καὶ αὐτοὺς ὁ βάσκανος δαίμων ἡμῖν προσέθετο, ἔξω μὲν πρὸ τῆς ἁλώσεως ἓν ὄντας τοῖς πολεμίοις, καὶ θερμοτέρους ἐκείνων εἰς τὰ καθ' ἡμῶν ἀποδεικνυμένους κακὰ, ἐν ἐφόδοις, ἐν λόχοις, ἐν προόδοις ταῖς εἰς λείαν, ἐν μηχαναῖς, ἐν ἐκφάνσεσι τῶν λανθανόντων· ἔσω δὲ δεσπόζοντας ἡμῶν καὶ αὐτοὺς, ἀπειλουμένους, ἐπιτάσσοντας, ἀποστεροῦντας, τύπτοντας, ἄγχοντας τοῖς ὠνίοις. Ἄρτισκον γὰρ παλάμῃ περιληπτὸν, ὃν ὀβολοῦ ἄν τις τιμήσαιτο, πολλοῦ αὐτοὶ ἐσταθμῶντο, καὶ Λατινικῶς καὶ αὐτοὶ ἡμᾶς ἀπέπνιγον . . . Οἱ δὲ ἐξώλεις Ἀρμένιοι λέγονται καὶ καταμιαίνειν ἡμῖν τοὺς ἄρτους . . Τοιοῦτον δέ τινα μιασμὸν διαῤῥέει φήμη καὶ ἐκ τῶν Λατίνων πάσχειν ἡμᾶς. Ἔλαιον γαρ πιμελαῖς καὶ στέασιν ἐγκατακεραννύντες, ἐγίνοντο τοῖς ἀγαθοῖς Χριστιανοῖς αἴτιοι τοῦ παρανομεῖν τὴν νηστείαν τὴν κατὰ τὰς τετράδας καὶ παρασκευὰς κ. τ. λ.* Ubi monendum est, hos Armenios eosdem esse videri cum illis, qui Craniae ac Zemenici habitabant, et capta demum urbe in hac ipsa grassatos ut saevos rerum necessariarum venditores; Latinos vero habitasse intra moenia urbis ut inquilinos. Eosdem Armenios, odio puto adversus Graecos, alienorum sacrorum impatientissimos, paucis annis

post Philippopoli cum Friderici I. Suevi exercitu cruciato non honestius conspirasse, testis est Nicetas in Isaacio Angelo II, 3. Armeniorum Thessalonicensium proximo aevo fata equidem ignoro. Magnam vero omnium ibi rerum mutationem post modum factam esse, inde jure meritoque conjicies, quod 13
in actis concilii Armeniorum Sisensis (Mansi concil. T. 25. p. 140.), anno 1370 habiti, Thessalonicensium Armeniorum episcopi nomen legitur, Jesaiae.

His praemonitis historiam, immo fragmenta historiae Thessalonicensis trademus.

## CAP. III.

### HISTORIA THESSALONICAE USQUE AD BELLA SLAVICA.

Thermae pristinae s. Thessalonicae res primus tradit Herodotus libro VII, 121 sqq. 188., in enarranda Xerxis contra Graecos expeditione; qui aestate anni ante Chr. 480. cum exercitu suo in istas regiones delatus, Therma ut stativis utens, aliquamdiu ibi commoratus est. Iis ipsis diebus copiae Persarum pedestres amplam planitiem inter Thermam fluviumque Axium et Ludiam cum Haliacmone; naves, Chalcidices promontoria legere sinumque Thermaicum ingredi jussae, ut exercitum comitarentur, Axii fluminis ostia et mare urbi Thermae reliquisque urbibus proximum tenebant. Tali hospitio ut par esset Therma, jam tum non infimae sortis oppidum sive κωμόπολις esse debebat; id quod Herodoti quoque narratio innuit. Omnis autem ille Europae tractus, Hellesponto Thessaliaeque interiacens, Persis jam ante Xerxis adventum parebat, Megabazi primum (ante Chr. a. 514 sqq.), deinde Mardonii armis (a. 492) subactus (Herodot. 7, 108., coll. 4, 143 sq. 5, 1—22.

6, 45 sqq.). Eadem fuit Macedoniae conditio, cujus partem jam tum Thermam fuisse, in tanto veterum silentio ego neque affirmaverim, neque negaverim; quamvis Joannes Cameniata, seculi post Christum natum decimi scriptor, in libello suo de capta a. 904. per Sarazenos Syriae Tripolitanos Thessalonica Macedonibus tum temporis Thermam assignare videtur: scripsit autem Cameniata librum suum exeunte a. Chr. 904., vel insequenti. En ejus viri verba (c. 8.): *Τὸ δὲ πρὸς νότον αὐτοῦ* (muri) *χθαμαλόν τέ ἐστι παντελῶς καὶ πρὸς πόλεμον ἀπαράσκευον* (moeniorum pars). *Οἶμαι γὰρ, τῷ μηδεμίαν ἰφορᾶσθαι προσβολὴν βλάβης ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν, ὁ τεχνίτης πάλαι τῆς οἰκοδομῆς κατημέλησε. Φέρεται δέ τις καὶ παλαιὸς λόγος, μέχρις ἡμῶν φθάσας, ὡς ἀτείχιστος ἦν ἐξ ἐκείνου τοῦ μέρους ἡ πόλις χρόνους πολλοὺς, εἰ μὴ τῷ δέει ποτὲ τοῦ Μήδων Ξέρξου, πλωτὴν γῆν τεκτηναμένου, καὶ κατὰ τῆς Ἑλλάδος στρατοπεδεύσαντος, καὶ πολλὴν πληθὺν ἐπιφερομένου, ὁ τῶν Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα κατὰ ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἰθύνων, μικρόν τινα καὶ ὡς ἐκ τοῦ παρατυχόντος φραγμὸν τῷ τῆδε παρέθηκε μέρει. Ἀφ' οὗ δὴ χρόνου καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο τὸ αὐτὸ τοῦτο διαμεμένηκεν, οὐδέποτε τῆς ἐκεῖθεν βλάβης, ὡς ᾤετο,* 14 *καὶ ἐν ὑπονοίᾳ τισὶν ἐσομένης.* ‖ Observandum de hoc Cameniatae loco, Romanorum imperatorem e posteriorum sensu dicendique usu Graecum fuisse (s. Macedonem s. regem urbis ipsius); deinde parte urbis meridionali non portum ejusque litus spectari, sed latus urbis vere meridionale, quod ad Chalcidicen pelagusque Aegaeum vergit, coll. iis, quae de munimentis urbis p. 176—200. narravi. Ceterum claris verbis auctor narrationis perhibet, ad suum usque tempus famam de aggeris illius contra Xerxem facti exstructione durasse.

Darii Xerxisque aevo Therma (Thessalonica) num libe[illegible]e conditionis fuerit, an Macedonibus jam paruerit, nemo [illegible]acile in tanta Macedonicarum antiquitatum obscuritate expu-

tabit. Utut tamen statueris, omnis ista regio tum temporis sui juris non erat, cum ea, quae Hellesponto Thessaliaeque interiacent, Macedonibus non exclusis, Persarum imperio subjecta fuerint, coll. Herodoto 7, 108.

Proximo tempore urbis nomen in Graecorum annalibus tacetur, nec antea ejus mentio recurrit, quam paulo ante bellum Peloponnesiacum, cujus initium in Olymp. 87, 1. incidit, sive a. 431 ante Christum natum. Ad annum igitur 432 haec habet Thucydides 1, 61.: *Οἱ ἀφικόμενοι ἐς Μακεδονίαν πρῶτον, καταλαμβάνουσι τοὺς προτέρους χιλίους Θέρμην ἄρτι ἡρηκότας, καὶ Πύδναν πολιορκοῦντας: qui* (Atheniensium duces in Chalcidicen propter Potidaeae defectionem missi) *delati primum in Macedoniam, inveniunt mille priores* (popularium suorum), *qui Thermam modo ceperant, et Pydnam obsidebant.* Ea tempestate Thermam Macedonum fuisse, Thucydidis locus claris verbis non docet, sed alius ejusdem scriptoris, scil. 2, 29: *Ξυνεβίβασε δὲ καὶ τὸν Περδίκκαν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ Θέρμην αὐτῷ ἔπεισεν ἀποδοῦναι* (Nymphodorus Abderita, Sitalcae, Thracum regis, ad Athenienses legatus). Factum hoc anno belli Peloponnesiaci, ut videtur, tertio, ante Chr. 429. Urbem vero alicujus momenti fuisse, id ipsum docet, quod in ista pace cum Atheniensibus facta mentio illius disertis verbis injicitur.

Anno a. Chr. 360 factum est, ut in regno Macedonum maximae turbae orirentur, et Pausanias Macedo regnum affectaret; quod Aeschines narrat oratione de falsa legat. 31, 36. (pag. 211 sq. Reisk.): *Παυσανίου δ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν* (filiorum Amyntae, sc. Alexandri, Perdiccae, Philippi) *κατιόντος, φυγάδος μὲν ὄντος, τῷ καιρῷ δ' ἰσχύοντος, πολλῶν δ' αὐτῷ συμπραττόντων, ἔχοντος δὲ Ἑλληνικὴν δύναμιν, εἰληφότος δὲ* ‖ *Ἀνθεμοῦντα καὶ Θέρμαν καὶ Στρέψαν καὶ ἀλλ' ἄττα χωρία, Μακεδόνων δὲ οὐχ ὁμονοούντων, ἀλλὰ τῶν πλείστων τὰ Παυσανίου φρονούντων· ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐχειροτόνησαν στρατηγὸν Ἀθηναῖοι ἐπ'* 15

*Ἀμφίπολιν Ἰφικράτην.* Eas turbas Philippus, Thebis ut obses habitus, deinde in patriam redux, quomodo composuerit regnumque adeptus sit, rerum Macedonicarum scriptores fusius narrant.

Venio ad aevum aliquanto posterius, quo Therma, nomine suo deposito, *Thessalonica* dici coepit; quod per neminem alium, quam Cassandrum Macedonem factum, supra docuimus p. XI. Adde p. XXIV. Nomen e Cassandri conjuge Thessalonica urbi inditum, ibidem monstravimus. Extat de hac femina memorabilis locus apud Steph. Byzantium (s. v. *Θεσσαλονίκη*, coll. Diodor. Sic. 19, 52.), quem nunc afferam: *Λούκιλλος δὲ ὁ Ταῦραιος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν, ὅς φησιν, ὅτι Φίλιππος, θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ καὶ εὐγενῆ (Ἰάσονος γὰρ ἦν ἀδελφιδῆ), ἔγημε, καὶ τεκοῦσα τῇ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς λοχείας τέθνηκεν. Ἀναλαβὼν οὖν ὁ Φίλιππος τὸ παιδίον, ἔδωκε Νίκῃ τρέφων* (l. *τρέφειν*), *καὶ ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην· ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ παιδίου Νικασίπολις ἐκέκλητο.* Ubi moneo, nutricem, Nicae nomine, electam videri non solum in conjugis memoriam, similiter vocatae; verum etiam ut omen victoriae, de Thessalis reportandae: vel hos jam devicerat.

Oppidorum in urbem Thermam a Cassandro Macedone transpositorum primum est Chalestra, quod inter Axii ostia Thermamque situm fuisse, excerpta e fine libri septimi Strabonis §. 9. aperiunt his verbis: *Ἄξιησι* (Axius) *μεταξὺ Χαλέστρας καὶ Θέρμης.* Adde Plinii locum supra allatum p. VI. Idem vero Strabonianus epitomator §. 10., ut Plinius l. c., oppidum illud *Chalastram* vocat. Ceterum post civium transpositionem non prorsus evanuisse, epitomatoris locus ante al-
16 latus, item Plinius l. c. non recte docere mihi viden||tur. Sequitur Aenea urbs, in altera sinus Thermaici ora, sc. orientali, posita, quam Crossaeam Herodotus I, 123 dicit, Crusida Thucydides 2, 79. A Therma quindecim millia passuum abest (Liv. 44, 15.), adversus Pydnam posita (Liv. ibid.), Corin-

thiorum colonia (Scymnus v. 627.), ex incolarum opinione Aeneae Trojani (Liv. 40, 4.); cui ut conditori sacrificium quotannis cum magna cerimonia faciebant, ut Livii verbis utar (40, 4.). Tertium oppidorum est Cissus, eidem sinus orae fere apposita, propius Thessalonicae quam Aenea, si fides habenda tabulis recentiorum geographicis. Alia quoque oppida vicina Cassandrum in novam urbem transposuisse, Strabonianus epitomator loco supra allato testatur: quaenam ea fuerint, equidem nescio. Totum vero orae illius tractum diu ante, sc. jam Xerxis tempore, Macedonibus paruisse, inde non temere aliquis conjiciet, quod Anthemuntem, prope Aeneam Cissumque sitam (Plin. N. H. 4, 10 = 17.), Perdiccas Macedo Olymp. 68, 4. (a. Chr. 505.) Hippiae Pisistratidae exuli habitandam obtulit, teste Herodoto 5, 94.

Age tempus Thermae renovatae s. *Thessalonicae* conditae diligentius jam definiamus, quod Diodori Siculi ope non improspere successurum, persuasum habeo. Is scriptor libro 19, 52. haec habet: *Κάσσανδρος δὲ, κατὰ νοῦν αὐτῷ τῶν πραγμάτων προχωρούντων, περιελάμβανε ταῖς ἐλπίσι τὴν Μακεδόνων βασιλείαν. Διὸ καὶ Θεσσαλονίκην ἔγημε, τὴν Φιλίππου μὲν θυγατέρα, Ἀλεξάνδρου δὲ ἀδελφὴν ὁμομάτριον, σπεύδων οἰκεῖον αὑτὸν ἀποδεῖξαι τῆς βασιλικῆς συγγενείας. Ἔκτισε δὲ καὶ πόλιν ἐπὶ τῆς Παλλήνης, ὁμώνυμον αὐτοῦ, Κασσάνδρειαν.* Eo Diodori loco Thessalonicae urbis ab eodem Cassandro, tum nondum rege, conditae mentio omittitur; quod tu nolis cum Mannerto (Geogr. der Gr. u. Römer. T. 7. Landish. 1812. p. 471.) ita interpretari, ut istius temporis homines parum ad eam rem attendisse putes, scilicet exiguam. Graecus enim auctor duas res de Cassandro narrat, quae ipsius nomen spectabant, cognationem ejus cum familia Philippi regis, dein Cassandriae, urbis instauratae, ex se petitam denominationem. Praetermittit, quod conjugis honorem attinebat, Thessalonicae urbis nomen ex illa tractum. Neque equidem urbis hujus instaurationem minoris momenti

fuisse crediderim, quam ipsius Potidaeae (Cassandriae), immo majoris; quod mihi Thessalonicae situs luculenter persuadet. Sed videndum de anno *Thessalonicae* urbis natali. Olympiadis, Philippi viduae, Alexandri M. matris, caedes incidit in Olymp. 116, 1. (a. Chr. 315.). Jam vero cum Diodorus Siculus Thessalonicae Cassandrique nuptias, item Potidaeae instaurationem, nulla alia re interjecta, post Olympiadis statim supplicium narret, non est, quod dubites, eodem anno, vel proxime insequenti, conditam esse cum Cassandria
17 Thessalonicam; cujus rei honor conjugi recens nuptae ‖ optime conferebatur. Et vide, ne Thessalonicensis numus, supra allatus p. XII., idem Cassandri filiaeque Philippi matrimonium spectet. De Nicasipoli vero v. quoque Pausaniam 9, 7, 3.

Hac dissertationis nostrae parte profligata, jam ad reliqua transeundum esset, ni testimonium veteris scriptoris subjungendum videretur, quo omnem doctorum dubitationem de vero Thessalonicae conditore exemtum iri confido. [8]) Est ille Strabone paulo antiquior Dionysius Haliacarnassensis, qui Ant. Rom. I, 49. haec habet: *Αὕτη* (Aenea urbs) *διέμεινεν ἕως τῆς Μακεδόνων δυναστείας, τῆς κατὰ τοὺς διαδόχους τοῦ Ἀλεξάνδρου γενομένης. Ἐπὶ δὲ τῆς Κασσάνδρου βασιλείας καθηρέθη, ὅτε Θεσσαλονίκη πόλις ἐκτίζετο· καὶ οἱ Αἰνειᾶται σὺν ἄλλοις πολλοῖς εἰς τὴν νεόκτιστον μετῴκησαν.* In oppido autem Aenea, quod ex Dionysii mente potissimum eorum videtur, quorum cives Thessalonicam transponebantur, eandem scriptorum discrepantiam deprehendo, quam in Chalestra. Destructam dicit Aeneam Dionysius, cum Livius (40, 4. 44, 10) Persei aevo durasse dicat. Nimirum

8) Nuperrimi temporis theologi etiamnunc inter Philippum Cassandrumque ambigunt. V. *Pelt.* ad epist. D. Pauli Thessalonicenses (prolegom. p. IX. X.). *Schott.* ad epist. Thessalon. (prolegom. §. 1.). Fluctuavit quoque Eckhelius in D. V. N. T. 2. pag. 77. Confidenter Philippum conditorem dicit Cousinerius l. c. T. I. p. 42.

desolata fuit Cassandri tempore, non vere eversa; postea alios incolas, forsan pristinorum quosdam, sacrorum suorum haud incuriosos (Liv. 40, 4.), adepta est, ut Chalestra; quod posterius oppidum Axio flumini propinquum praeter scriptores supra allatos testatur quoque Herodotus 7, 123.

Seculum ante Christum natum penultimum regno Macedonum fatale fuisse, aliunde constat. Victus a. 168 a Romanis ad Pydnam Perseus, avaritiae perfidiaeque poenas dedit; dein Romam abductus Albae quadriennio post in libera custodia decessit (Vellei. Paterc. 1, 11.). Macedonia in provinciae formam redacta, ita tamen, ut haberent urbes easdem agrosque, utentes legibus suis, annuos creantes magistratus; tributum dimidium ejus, quod pependissent regibus, penderent populo Romano. Dividebatur terra in quatuor regiones, et caput unicuique urbs nobilior imposita. In eas urbes concilia suae cujusque regionis indicere, pecuniam conferre, ibi magistratus creare jubebantur. Secundae regionis caput electa Thessalonica (Liv. 45, 29). Ceterum post proelium ad Pydnam commissum Berroea urbs primum, deinde Thessalonica et Pella, et deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita fuit (Liv. 44, 45.).

Ea tempestate Thessalonicae nomen saepius quam antea auditur; eandem et Cassandriam celeberrimas urbes Livius libro 45, 30. dicit, ubi de Paullo Aemilio loqui‖tur, Macedo- 18
nicas res ordinante. Sed videamus, quid vere momenti nostrae urbi aevo Macedonici regni tribuendum videatur. Jamque illud non in sola civitatis opulentia agrique mira ubertate deprehendo: situs locorum ponderandus, portus, sinus, unde omnis, ni fallor, pendet historia Thessalonicensis; ut errare vix videantur, qui Thessalonicam maris Macedonici dominam a natura constitutam dixerint. Eam rem pars scriptionis geographica diligentius examinavit (p. 208—221.); verum praelibanda quaedam de portu urbis, cujus primam mentionem non in Philippi, Persei patris, historia invenio (Liv. 40, 4.; ubi portus

memoratus Aeneae urbis esse debet, non Thessalonicae), sed in ea Macedonicae historiae parte, quae Perseum, Philippi filium, spectat. Videatur Livius 44, 10.: *Perseus tandem a pavore eo, quo attonitus fuerat, recepto animo, malle imperiis suis non obtemperatum esse, quum trepidans gazam in mare deiici Pellae, Thessalonicae navalia jusserat incendi.* Ex quo Livii loco id saltem sponte intelligitur, navale Macedonum primarium isto aevo Thessalonicam fuisse, cum aliud ejus regni navale nusquam memoretur. Debebant eam rem Macedones portus beneficio, quem seculo demum post Christum natum quarto a Constantino Magno extructum, inter alia narrat Zosimus hist. 2, 22.: *Διανείμας δὲ τούτους* (captivos Gothos) *ταῖς πόλεσιν, ἐπὶ τὴν Θεσσαλονίκην ἐχώρει* (a. 322.), *καὶ τὸν ἐν ταύτῃ λιμένα, πρότερον οὐκ ὄντα, κατασκευάσας, ἐπὶ τὸν πρὸς Λικίννιον αὖθις παρεσκευάζετο πόλεμον. Καὶ τριηκόντοροι μὲν εἰς διακοσίας κατεσκευάσθησαν, ναῦς δὲ φορτίδες συνήχθησαν πλέον᾽ ἢ δισχίλιαι· πεζὸς δὲ στρατὸς εἰς δώδεκα μυριάδας. Ἡ ναῦς καὶ ἵππος μυρία.* Classem, majorem partem e Graecia collectam, in Piraeum, Athenarum portum, primo convenisse, ibidem tradit Zosimus. Eadem, relicto Piraeo, Macedoniam petiit, deinde Hellesponti fauces, coll. eodem l. c. c. 23. In his inauditum sane est, quod portum Thessalonicae antea non extitisse Zosimus narrat, id quod mirum videtur Cellario quoque (Notit. orb. ant. ed. Schwartz. T. I. p. 480. not.). Habuit nullo non tempore urbs opulentissima portum suum natura factum; quem arte emendatum, tacet quidem anterior historia. Sed navale Macedonum Thessalonicense (Liv. 44, 10.) facit, ut portui quoque vetus aevum curam impendisse ego nullus dubitem. Quanquam fieri potuisse fatendum est, ut quinque seculorum inter Perseum Constantinumque decursu portus a Romanis negligeretur, quorum classem Italiae litoribus apponi solitam constat; unde Thessalonicensium res nautica solis mercatoribus ipsique urbi curanda relinquebatur.

Andrisci rebellio, Romanis primo metuenda, deinde a 19
Metello repressa (ante Chr. 149), Macedoniam servitute multavit (Flor. 2, 14). Ereptae populo libertatis reliquiae, missique a senatu Rom. proconsules cum summo imperio, qui ad reliquarum provinciarum formam omnia redigerent. Jam facile evenit, ut inter eas urbes, quas Paullus Aemilius subacto a se regno praefecerat (Liv. 45, 29.), una sensim reliquis excelleret, quod in Thessalonicam cadere, non est quod pluribus demonstrem. Novus rerum ordo urbem nostram, situ aliisque naturae beneficiis mirifice praevalentem, si non caput totius Macedonicae provinciae, tamen nobilissimam omnium atque opulentissimam fecit, quod testatur sub Christi natalia Antipatri Thessalonicensis locus (Anthol. gr. Lips. T. 2. p. 98. epigr. 14.), cui poetae Thessalonica *μήτηρ ἡ πάσης Μακεδονίης* dicitur, quamquam *metropoleos* denominatio, in numis Thessalonicensibus frequentata, tempori posteriori deberi videtur.

Thessalonicam Ciceroni exuli (ante Chr. a. 58.) refugium extitisse, ex ipso oratore cognoscimus (orat. pro Planc. 41.).

Majus urbis momentum fuit initio belli civilis ante Chr. 49. 48. inter Julium Caesarem et Pompejum gesti. Cassius Dio 41, 20.: *Οἵ τε γὰρ ὕπατοι, πρὶν ἐκπλεῖν, καὶ ἐκεῖνος* (Pompejus), *ἅτε ἀντὶ ὑπάτων ἄρχων, πάντας αὐτοὺς ἐκέλευσαν ἐς Θεσσαλονίκην ἀκολουθῆσαι, ὡς τοῦ μὲν ἄστεως πρὸς πολεμίων τινῶν ἐχομένου, αὐτοὶ δὲ ἥ τε γερουσία ὄντες, καὶ τὸ τῆς πολιτείας πρόσχημα, ὅπου ποτ' ὦσιν, ἔχοντες.* Revera isto tempore Thessalonica Pompejanarum partium senatusque Romani sedes extitit, bellumque ex illa urbe (ante Chr. 49. 48.), licet negligentius, praeparatum, coll. Cassio Dione 41, 43 44.

Sequitur bellum civile inter Brutum Cassiumque atque Antonium et Octavianum magna utrimque contentione in Macedonia gestum (ante Chr. 42.). Stetit urbs nostra ut Lacedaemon e partibus Antonii atque Octaviani, quod e Plutarchi

vita Bruti cap. 46. rite conjicies: *Ἐκ τούτου μὲν . . ὑπέσχετο* (Brutus in proelio Philippensi) *καλῶς ἀγωνισαμένοις δύο πόλεις εἰς ἁρπαγὴν καὶ ὠφέλειαν ἀνήσειν, Θεσσαλονίκην καὶ Λακεδαίμονα.* Addit Plutarchus l. c., fuisse hanc solam maculam vitae Bruti integerrimae adspersam inexcusabilem. Sed jure quodam egit Brutus, cujus provincia erat Macedonia (Appian. Illyr. 13.; bell. civ. 3, 2. 63. 4, 57. 58. 75.), licet per Antonium abstracta (Appian. bell. civ. 3, 8. 4, 57.). Ipse vero Appianus (bell. civ. 4, 118.) totam narrationem de Thessalonicae Lacedaemonisque direptione militibus promissa in dubium vocare videtur, vel in medium relinquere, his verbis: *Λοχεῖ δέ τισιν, καὶ Λακεδαίμονα καὶ* ‖ *Θεσσαλονίκην ἐς ἁρπαγὴν αὐτοῖς δώσειν ὑποσχέσθαι.* Quo loco Plutarchum tecte respicere mihi videtur. Ceterum qui hanc narrationem ut alia perpauca suis in D. Pauli epistolas Thessalonicenses prolegomenis praemittere solent, tanquam opum civitatis nostrae testimonium, eos nolim Lacedaemonem oblivisci juxta memoratam, urbem non opulentam valdeque a Philippis remotam. Brutus imperator (si vera narrant historiae Romanae auctores) utramque urbem, non solum utilitati suorum consulens, sed etiam poenae causa diripiendam militibus concessit; qui incolis in servitutem abactis divenditisque si magnum sibi commodum enaturum sperabant, equidem non invideo. Lucrum tamen magnum fuisse negabit, qui misere tum ob bella civilia exhaustam omnem Macedoniam ex Appiano et Plutarcho cognoverit. De tempore his bellis priore v. Ciceronis orationem in L. Pisonem 17. 34. 35.

Anno proelii Philippensis Thessalonica cum Macedonia seculum secundum amissae post Andrisci rebellionem libertatis agebat. Salutaris vero urbi nostrae partium Antonii atque Octaviani assectatio fuit. Eam enim *liberae conditionis* Plinius major dicit N. H. 4, 10 (17): quod beneficium quando urbi evenerit, ubi e numis ejusdem monstravero, novam libertatem apertius exponam. Sunt autem numi Thessalonicensium

Graeci, quibus inscriptum: *ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ*, cum Octaviae (?), Augusti sororis, capite; ibidemque *M. ANT. AYT. I. KAI. AYT.*, cum victoriae gradientis imagine, altera manu coronam, altera palmam tenentis. V. Eckhel. D. N. V. Vol. 2. p. 79. Mionnet. descr. de médaill. ant. Vol. I. p. 495. Factos hos numos ob victoriam Antonii Augustique Philippensem et libertatem civitati donatam, rite statuit Eckhelius l. c. Et vide, ne Octaviae imago ideo apposita sit, quod multum huic mulieri in procuranda libertate Graeci debere putarint. Ludos quoque in eandem rem conditos, alii numi docent (Pellerin. melang. Vol. 2. p. 3. Eckh. et Mionn. l. c.), coll. iis, quae de re Thessalonicensium agonistica alio hujus dissertationis loco monebimus. Sed videndum de ipso libertatis beneficio, Graecis ob fidem Antonio Octavianoque praestitam honorifice concesso. *Libera civitas* facta est Thessalonica, ut justo nomine utar, cujus sensum melius aliis illustravit Dirksenius in: *Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des Röm. Rechts.* Lips. 1823. (Dissert. 4. p. 140 sqq.). Concessa igitur Thessalonicensibus autonomia, i. e. patrii juris usus (Dirks. l. c. pag. 146.); liberum soli dominium (id. ib. p. 148.); immunitas a perpetuo praesidio Romanorum militari (id. ib.); [9]) unde lux oboritur inscriptionibus Thessalonicensibus (Gruter. inscr. pag. 539, 9. 547, 2.), quae de militibus quibusdam cohortium Romanarum ibi degentium agunt. Eae enim cohortes, quo tempore Thessalonica libertate sua gaudebat, perpetuam ibi stationem habere non poterant; quanquam ego nondum inveni, quamdiu sub Romanis statum suum liberum civitas nostra tenuerit.

Verum hoc dissertationis loco commode quaedam de for-

---

9) Haec sunt libertatis, de qua agimus, notiones necessariae, coll. Dirks. l. c. p. 146. Aliae sunt secundariae, coll. Eod. ib. p. 148—151. De causis hujus libertatis donandae v. Eund. ibid. p. 153 sq.

ma civitatis Thessalonicensis post Macedonum imperium ob-
21 ‖servabuntur. Aemilius Paullus, Persei victor, Amphipoli pro concione pronuntiavit, *omnium primum liberos esse jubere Macedones, habentes urbes easdem agrosque, utentes legibus suis, annuos creantes magistratus* (Liv. 45, 29.). Quam ultimam liberae, non aristocraticae civitatis formam esse, quivis concedet, vel non inspectis divi Lucae Actis Apostolorum 17, 5.: *Προσλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς, καὶ ὀχλοποιήσαντες, ἐθορύβουν τὴν πόλιν* (Thessalonicam)· *ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος, ἐζήτουν αὐτοὺς* (D. Paulum et Silam) *ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον.*

His praemissis videndum de variis Thessalonicensium magistratibus. Quorum summos *πολιτάρχας* dictos, divi Lucae Acta Apostolorum testantur cap. 17, 6.: *Μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς, ἔσυρον τὸν Ἰάσονα καί τινας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας.* Eorum politarcharum numerum non aperit D. Lucas l. c.; quod tamen enucleari posse video inscriptionis Thessalonicensis beneficio, quam secus a quibusdam intellectam hoc loco apponam. Muratori nov. thes. inscr. pag. 695, 2. (Böckhii inscriptt. Grr. nr. 1967.): *Πολειταρχούντων Σωσιπάτρου τοῦ Κλεοπάτρας, καὶ Λουκίου Ποντίου Σεκούνδου, τοῦ* (Böckh. *Πουβλίου* pro *τοῦ*, quo concesso septem magistratus summos habebis) *Φλαυΐου Σαβείνου· Δημητρίου τοῦ Φαύστου· Δημητρίου τοῦ Νικοπόλεως· Ζωΐλου τοῦ Παρμενίωνος, τοῦ καὶ Μενίσκου· Γαΐου Ἀγιλληΐου Ποτείτου. Ταμίου τῆς πόλεως Ταύρου τοῦ Ἀμμίας, τοῦ καὶ Ῥήγλου· γυμνασιαρχοῦντος Ταύρου, τοῦ καὶ Ῥήγλου* [reliqua desunt]. Ubi sex urbis magistratus deprehendo, non septem, quod Tittmanno videtur (Darstellung der griechischen Staatsverfassungen. Lips. 1822. pag. 398.), coll. Nobis pag. 103. Accedit quaestor civitatis, item rei agonisticae summus praeses. Marcum Thessalonicae politarcham alia ejus urbis inscriptio memorat apud Belleium in

Memoriis regiae academiae inscriptionum a. 1777. parte hist. p. 125. Magistratus Thessalonicenses memorat quoque anno Christi 1328 Cantacuzenus histor. I, 54. (T. I. pag. 274. ed. Bonn.): *Μετὰ τῶν ἐν τέλει, τῶν τε ἀφιγμένων σὺν αὐτῷ, καὶ οἳ ἦσαν ἐν Θεσσαλονίκῃ.* ‖ Senatus (*βουλὴ*) quin Thes- 22
salonicae, ut in aliis Graecorum liberis civitatibus, Romanorum tempore fuerit, nullus equidem dubito: sed desunt pristini aevi testimonia. Quid quod Byzantinorum imperatorum regno senatum Thessalonicensem deprehendo; sed incertum, quo sensu. Namque idem esse poterit cum politarchis modo allatis. Cantacuzenus igitur ad annum Chr. 1322. (hist. I, 31.): *Συνῆλθον*, ait, *δὲ αὐτοῖς, πρὸς τὸν νέον βασιλέα, τῶν Θεσσαλονικέων καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς στρατιᾶς πολλοί.* Idem Cantacuzenus (hist. I, 56.) *συγκλητικοὺς* Thessalonicenses habet.

Nulla re magis Thessalonica inclaruit, quam primis fidei Christianae seminibus, quae D. Paulus ibi sparsit (d. Lucae Act. Apost. 17., coll. d. Pauli epistolis Thessalonicensibus); deinde S. Demetrii, urbis ejus Rossorumque nunc patroni, martyrio; postremo orthodoxiae gloria. Tria haec ut proprium civitatis et peculiare decus Cameniata jungit in narrationis de expugnata urbe per Sarazenos a. 904. capite tertio: *Ἡμεῖς, ὦ φίλος, πατρίδος ἐσμὲν Θεσσαλονίκης. Αὐτὴν γὰρ πρῶτον γνωριοῦμαί σοι, δι' ἧς ἔγνων ὧν οὔπω ἐγνώκειν πολλά· καὶ σοί γε γνωσθεὶς ἄρτι, τὴν περὶ αὐτῆς ἐκείνης γνῶσιν εἰσπράττομαι, πόλεως μεγάλης καὶ πρώτης τῶν Μακεδόνων· τἄλλα μὲν περιφανοῦς, οἷς σεμνύνεται πόλις, καὶ μηδεμιᾷ τῶν ἔγγιστα παραχωρούσης, μὴ ὅτι κατ' αὐτὴν ὀφθῆναι· περιφανεστέρας δὲ τὴν εὐσέβειαν, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐδέξατο, καὶ δεξαμένη μέχρι τοῦ νῦν διεσώσατο. Αὐτὸν γὰρ αὐχεῖ Θεσσαλονίκη τὸν Παῦλον ἔχειν τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον, τὸ σκεῦος τῆς εὐλογῆς, ὃς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κύκλῳ καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τῷ εὐαγγελικῷ περιλαβὼν τὴν οἰκουμένην κηρύγματι, ἐν αὐτῇ μᾶλλον τὸν τῆς*

θεογνωσίας σπόρον κατέβαλε, καὶ πολύχουν ἀποδίδοσθαι τὸν τῆς πίστεως καρπὸν διεσπούδασε· μετ' αὐτὸν δὲ τὸν μέγαν ἐν μάρτυσι καὶ ἀξιοθαύμαστον ἐν ἀθλοφόροις Δημήτριον τὸν μυροβλύτην, πολὺν ἀγῶνα καὶ αὐτὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καταβαλόμενον (καὶ γὰρ ἦν πρὸς τοῖς ἄλλοις τῆς ἀρετῆς αὐχήμασιν ἔτι καὶ θείοις ἐμπρέπων διδάγμασι, καὶ τῇ περὶ τῶν δογμάτων ἀκριβείᾳ κεκοσμημένος, ἐξ οὗ καὶ μᾶλλον τὸ περὶ αὐτοῦ διεδόθη κλέος τοῖς πέρασιν)· εἶτα τοὺς καθεξῆς ἀρχιερεῖς πάντας, τοῦ σωτηρίου λόγου ἀντεχομένους, ἐξ ὧν ἀεὶ καταρτιζομένη καὶ παιδαγωγουμένη τὴν θειοτέραν παίδευσιν, δαιμονιώδεις καὶ μυσαρὰς πλάνας καὶ δόξας καὶ εἰδωλικὰς εἰκαιοθυσίας τοῖς τιμῶσι τοὺς δαίμονας ἀπεπέμψατο, ὀρθοδόξῳ δὲ διδαχῇ τὴν πίστιν σφραγίσασα, καὶ ζιζανιώδες φυτὸν καὶ αἱρετικὸν καὶ ἀλλόφυλον οὔμενουν οὐδέποτε τῷ θείῳ σπόρῳ συγκαταδέξασα, καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον διεσώσατο τὴν εὐσέβειαν. Ἷις πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα γνωρίσματα, ὧν ἡ φήμη τὰς ἀφορμὰς λαμβάνουσα, λαμπρὸν τὸ περὶ αὐτῆς ἐκήρυττεν ὄνομα· ἓν δὲ τοῦτο πρῶτον καὶ ἰδιαίτατον, τὸ ὀρθόδοξον αὐτὴν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι,
23 καὶ τοῦτο μᾶλλον ἢπερ τοῖς ἄλλοις σεμνύνεσθαι. ‖ Harum laudum tertia quando civitati nostrae obtigerit, ego ut nescire ingenue fateor, ita Michaelem Lequienium miror, qui in suo metropolitarum Thessalonicensium catalogo (Orientis christiani parte II. p. 27—66.) praeter alia illam quoque notam sibi contraxit, quod hoc Cameniatae testimonium, in Thessalonicensi historia nemini praetermittendum, ne digito quidem attigit. Throni ecclesiaeque Thessalonicensis magnum quidem honorem semper fuisse, apud omnes doctiores satis constat, cujus rei documenta quaedam singularia in parte dissertationis geographica exhibui (p. 45 - 98.): velim tamen ab aliis edoceri, quanam occasione honorificum *orthodoxae* nomen civitati sit inditum, a quo s. imperatore s. concilio, quaeque aliae sunt curiosioris doctrinae quaestiones. — Secunda urbis laus, S. Demetrii martyrium, inferius a nobis tangetur, non ipsius Sancti

gratia (is singularem magnique voluminis librum requirit), sed ob novos historiae Thessalonicensis, immo Slavo-Byzantinae fontes, quos in hunc literarum campum deinceps immittam. — Prima secundum Cameniatam urbis laus, sive doctrinae christianae ibi per D. Paulum praeconium, cui anno post Servatorem natum assignanda videatur, de eo ‖ hominum do- 24
ctorum contentionem video, qui dubii haerent inter annos post Christum 49 – 56., coll. Wurmii commentatione: Ueber die Zeitbestimmungen im Leben des Apostels Paulus (Tübinger Zeitschrift für Theologie. 1833. p. 73 sqq. p. 102.). Ea quaestione theologis relicta, pauca de sacrorum ethnicorum morumque et institutorum statu apud Thessalonicenses primis aerae nostrae seculis subjungenda videntur. Testibus numis non alios, quam reliqui Graeci, deos coluere. Comparent in istis monumentis Iupiter, Apollo, Diana, Bacchus, Hercules, Neptunus, Minerva al. V. Eckhel. D. V. N. T. II. p. 70 – 80. Mionnet. descript. de médaill. ant. T. I. pag. 490 – 504. Rami mus. Dan. T. I. p. 121 – 124. Museum Hedervar. T. I. pag. 107 – 109. Occurrere in iisdem et Ianus dicitur (Eckh. l. c. pag. 78., coll. Mionnet. l. c. pag. 492.). Daemonum vero Thessalonicensium famosissimus fuit Cabirus, coll. Firmico Materno de erroribus prof. relig. cap. 12.: *Hunc eundem* (Corybantem) *Macedonum colit stulta persuasio. Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses quondam cruentis manibus supplicabant.* Hujus dei Thessalonicenses numi non infrequentes sunt, coll. libris numismaticis modo citatis. Iam vero si sacra Cabiria in ista urbe non antiquiora imperatore Claudio dicit Cousinerius in itinerario Macedonico (Vol. I. pag. 35 sq.), id quo jure contendi possit, ipse viderit. Talia si numi veterum publici juris faciunt, ea pridem in vulgus nota receptaque esse debebant. Et Philippum, Alexandri Magni dein patrem, in insula Samothrace sacris Cabiriis cum Olympiade, quam adamabat, initiatum, e Plutarchi vita Alexandri cap. 2. satis constat. Ea

sacra ex ista insula in Macedoniam immigrasse, non est, quod dubitem. Templum Cabirium Thessalonicae fuisse, post Firmicum Maternum supra allatum dubitare vix licet; eademque est Cousinerii sententia (l. c. T. I. p. 34. 35.), qui vir doctus vetus aliquod fanum Thessalonicense, etiamnunc superstes, isti cultui assignatum fuisse contendit, coll. Nobis p. 173 sq.

Variis ludis homines civitatis opulentissimae delectatos fuisse, multa vetustatis monumenta testantur. Praeter ludos a Böckhio (inscrr. nr. 1969.) memoratos feruntur in numis ludi s. certamina Cabiria, Olympia, Pythia, Actia, Epinicia (Eckh. l. c. T. II. p. 77 sqq. Mionnet. l. c. T. I. p. 494 sqq.); quibus ego, quum eorum ratio jam in occulto sit, non immorabor. Ludos nescio quos in honorem et memoriam victoriae Philippensis a Thessalonicensibus conditos, numi supra (p. XXVIII sq.) memorati, testantur, coll. Pellerino in collectione T. III. p. XXIX. Eckh. l. c. T. 4. p. 433.; qui doctus posterior l. c. *ἀγωνοθεσίαν* in numis Thessalonicensibus aliisque obviam illustrat. Actia victoriam Augusti Actiacam spectare concederem, ni huic opinioni quaedam adversari viderem. Inter
25 hos autem ludos ‖ curules quoque et equestres floruisse, persuadent numi cum equis gradientibus ac desultantibus (Eckh. l. c. T. II. p. 78. Mionnet. l. c. p. 492. al.). His adde, quae in parte dissertationis geographica de circo urbis hippodromoque exposui (p. 163—166.). Erantque ea studia vel post conditam fidem christianam ardentissima, quod is sibi persuadebit, qui locos de Theodosii caede civibus immissa deinceps allatos inspexerit. Sunt hae superstitionis ethnicae reliquiae satis validae, novae Jesu doctrinae praeter alia, maxime morum labem, in urbe splendida diu puto infestae ac metuendae; quo spectat quoque Juliani imperatoris laus urbi nostrae tributa, cujus ego sensum tum illustrabo, cum ad coloniam Romanorum Thessalonicensem descendero. Morum autem labem, spectaculis obscoenis conspicuam, primus tangit Lucianus asini s. Lucii capite 50 sqq. Quam turpitudinem Divi Pauli aevo, sive seculo

primo, cum theologis [11]) ideo nolim tribuere, quod non satis constat, utrum haec Lucianea narratio ipsi Luciano s. seculo secundo debeatur, an Lucio Patrensi, cujus ille fabulam repetiisse fertur. [12]) Vitam autem Thessalonicensium jam D. Pauli aevo variis maculis conspersam fuisse, per se non mirum videtur, atque ex ipsius apostoli literis eodem missis (I, 4, 3—6. 10. 11. II, 3, 6. 11.) satis apparet; vixque ad eam rem opus erat, asinum Lucianeum in scenam producere: [13]) quae bestiola ne hominibus piis doctisque imposuerit, est quod timeam. Namque Lucianea narratio fabulis Milesiacis accensenda est, quae veritatem historicam in singulis non sectantur. Dein Appulejus, Luciano coaevus, in sua *ejusdem plane rei* narratione non Thessalonicam memorat, sed Corinthum, in cujus urbis theatro mulierem veneficam, a Luciano memoratam, adque bestias damnatam, singulari poenae genere ante ipsum supplicium asinus matrimonio sibi juncturus erat (Appul. metamorph. lib. X. 224 - 237. pag. 712—751. ed. Oudend.). Notam Thessalonicae a theologis impositam ad Corinthum relabi vides. Verum quis tandem, ni fuerit extremae credulitatis homo, a praetore populi Romani talem poenam malefico inflictam esse sibi persuadebit, qualem Lucianus Appulejusque non narrant, sed per lusum fingunt? Immo uterque scriptor ad ultimam, quam dicunt, fabulae *καταστροφὴν* properans, nefastam connubii asinini scenam in una alterave urbe opulenta producit; quod asinum, i. e. hominem in eam bestiam

11) Pelt. proleg. in epistolas Pauli Thessalonicenses p. XI.

12) Quid? quod ipse Photius, e quo solo Lucium Patrensem novimus (biblioth. cod. 129.), dubius haeret, Lucianusne antiquior sit an Lucius? Mihi cum aliis Lucianus majorem fabulam scripsisse videtur, cujus epitomen (quam inter Lucianea scripta ferri puto) serioris aevi auctor anonymus composuit. De alio Luciani scripto notho vel interpolato (Philopatri) v. Niebuhrii praefationem ad Hasii editionem Leonis Diaconi Bonnensem p. IX.

13) Hug. Introd. in libros N. T. ed. 3. T. 2. p. 341. Pelt. l. c. p. XI. not. 2.

mutatum, ita afficit, ut prima occasione arrepta in libertatem se vindicet, formamque humanam recipiat, quod suo uterque modo haud ineleganter exponit.

26 || Relicto seculo post Chr. natum secundo (id Luciani atque Appuleji fabella spectat, non primum), tertium lustrabimus, in historia Thessalonicensi variis nominibus memorabile. Hoc enim seculum agmen ducit bellorum, quae, civitati Thessalonicensi jam Ciceronis aevo molesta, [14]) Romanorum imperatorum regno, deinde per totum Byzantinae aerae decursum grassata, non semel ad internecionem perducere eam videbantur. Toto illo tempore (seculis III—XV) capta quidem non saepius fuit quam ter (annis 904. 1185. 1430); obsessa vero maximis exercitibus toties, ut ego, obsidionum Thessalonicae Slavicarum primus sedulusque investigator atque enarrator, reliquarum diligens scrutator, plures paene urbis obsidiones sileri in annalibus, quam narrari existimem. Id enim momenti in hac regni Romani Graecique parte positum fuit, ut barbari septentrionales (Hunni, Gothi, Sclavini, Avari cett.), sedes suas inter Danubium et mare mediterraneum figentes, securitati suae vix prospexisse sibi ipsi viderentur, nisi antea vel Constantinopolin vel Thessalonicam in suam potestatem redegissent. Et singulare divinae providentiae beneficium in ea re conspicitur, quod tum, cum imperium Graecorum exitio tantum non proximum esset

---

14) Cic. orat. in L. Pis. 17.: *Vexatio Macedoniae* (per Thracas)? *An oppidorum turpis amissio? An sociorum direptio? An agrorum depopulatio? An munitio Thessalonicae?* Idem ibidem 34.: *Vectigalia nostra perturbarunt* (barbari Thraces); *urbes ceperunt; vastarunt agros; socios nostros in servitutem abduxerunt; familias abripuerunt; pecus abegerunt; Thessalonicenses, quum oppido desperassent, munire arcem coegerunt.* De M. Fontejo, Macedoniam eodem tempore a Thracibus defendente, vide Cic. orat. pro M. Font. 16.

(tempora Mauritii dico et sequentium imperatorum), praeter Cpolin Thessalonica hostibus non dedita fuit; quo factum est, ut medio inter urbem regiam ac Peloponnesum spatio propugnaculum maneret, unde Graeci exiguas imperii Europaei reliquias vel tutarentur, vel augerent. De Sarazenis Syriae Tripolitanis, qui anno 904 Thessalonicam cepere, tacendum hoc loco; eorum enim expugnatio rapina dicenda, non occupatio atque possessio. Aliter egere hostes occidentales, utriusque Siciliae Normanni, qui per omne Comnenorum Cpolitanorum aevum (a. 1081—1185) Thessalonicam magnis exercitibus appetere non desierunt, licet eâ non ante ultimum illorum principum, Andronicum tyrannum, a. 1185 potiti; quo demum successu freti, adversus ipsam Constantinopolin profecti, medio fere inter utramque urbem spatio, cum jam Hebro flumini appropinquarent, Alexandri Branae, Graecorum ducis, artibus repressi, adque Strymonem fluvium rejecti, internecina clade extincti sunt. Idem de Turcis dicendum, quos non ante captam a. 1430. Thessalonicam reliquias Byzantini regni ejusdemque caput aggressos constat. Tantum momenti fortissima civitas habere credebatur, ut, qui regni Graecorum partem Europaeam evertere conabantur, vel illa sola 27
‖capta dimidium operis peregisse putarent. Verum istuc, unde oratio nostra deflexit, recurrendum videtur.

Seculum Christi tertium agmen bellorum ducere supra dixi, quibus Thessalonicam indesinenter postmodo petitam fuisse, aliis jam nunc plenius monstrabo.

Primum eorum bellorum anno Chr. 253., vel paulo post, imperantibus Valeriano et Gallieno, accidisse dicitur. Zosimus 1, 29.: *Σκυθῶν* (significantur Gothi) *δὲ ἐξ ἠθῶν ἀναστάντων, καὶ Μαρκομαννῶν πρὸς τούτοις ἐξ ἐφόδου τὰ πρόσοικα τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ χωρία λεηλατούντων, εἰς ἔσχατον μὲν ἡ Θεσσαλονίκη περιέστη κινδύνου· μόλις δὲ καὶ σὺν πόνῳ πολλῷ τῆς πολιορκίας λυθείσης, τῶν ἔνδον καρτερῶς ἀντισχόντων, ταραχαῖς ἡ Ἑλλὰς ἐξητάζετο πᾶσα.* Paulo haec ple-

nius Zonaras narrat annal. 12, 23.: *Οἵ τε γὰρ Σκύθαι, τὸν Ἴστρον διαβάντες, καὶ αὖθις τὴν Θρακῴαν χώραν ἠνδραποδίσαντο, καὶ πόλιν περιφανῆ τὴν Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκησαν μὲν, οὐ μέντοι καὶ εἷλον. Εἰς δέος δὲ τοσοῦτον ἅπαντας περιέστησαν, ὡς Ἀθηναίους μὲν ἀνοικοδομῆσαι τὸ τεῖχος τῆς ἑαυτῶν πόλεως κ. τ. λ.* Damna hujus obsidionis Valerianum imperatorem colonia eo deducta refecisse, rei numismaticae doctores contendunt, coll. Belleio in Memor. Reg. acad. inscript. T. 38. parte historica p. 129 sq. Eckhel. D. V. N. Vol. 2. pag. 80. [15]) Is posterior ibidem addit: *cum exstent ejusdem imperatoris* (Valeriani) *numi absque mentione coloniae, dubium non est, deductam eam Valeriano imperante.* Falluntur viri docti. Iam enim Decii imperatoris (a. Chr. 249—251) numi eandem inscriptionem prae se ferunt, coll. Dominico Sestinio in libro: *Descrizione d'alcune medaglie greche*, rell. *Firenze* 1822. p. 24. tab. II. fig. 1. Legitur in Sestinii numo Thessalonicensi: *AYTO. KAIC. KYIN. TPAIANOC. ΔEKIOC. AYΓ.* Caput Traiani Decii radiatum est, ipse cum paludamento. In altera parte: *ΘECCAΛO... KO. MH. Δ. NEΩKOPOC.* Quatuor ibi urnae, in quadrum dispositae; in unaquaque duo palmae rami. Colonia igitur Romana ante Valerianum et Gallienum imperatores (antiquiora non vidi) Thessalonicam deducta fuit. Quod quare factum sit, urbemque (erat libera civitas) quo-
28 modo affecerit, ego non inveni; quamquam mihi verisimile ‖ videtur, imperatorem Romanorum exspectata populorum septentrionalium invasione Thessalonicam civitatem militari praesidio firmare voluisse: quod priscae reipublicae Romanae co-

---

15) Inscribuntur ii numi: *ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ. ΜΗΤ. ΚΟΛΩ.*, vel *KO*, vel *CO*. etc. Eaedem inscriptiones occurrunt in numis Gallieni, Valerianum secuti, ac Saloninae. V. Mionnetum in Descr. de médaill. antiq. Vol. I. p. 504., coll. Eckh. l. c.

loniis consentaneum fuisse, non est quod pluribus moneam. [16]) Quinam coloni fuerint, Graeci, an alii, e. g. Itali, quis hoc jam definiet? Quanquam de ultimis dubitabit, qui, quae Italiae conditio seculo post Christum tertio fuerit, non indiligenter ponderaverit. Libera vero civitas num vel isto aevo Thessalonica fuerit, de eo nil proditum videtur. [17]) Liberam conditionem si habuit, eam coloniam deducta mutatam vel imminutam non puto, [18]) quod numi quoque Thessalonicenses Graeci, isto Romani imperii aevo facti, tacite innuunt, qui ipsi maxime autonomiam urbis, simul gratum civium animum ob coloniam deductam luculenter significant. Accedit aliud antiquitatis testimonium, non ejusdem quidem seculi, sed proxime sequentis, sc. Iuliani imperatoris. Hic oratione tertia post annum puto 356 scripta (Opp. p. 110. B. ed. Ez. Spanh.), ὅτι δὴ γένος, ait, μὲν αὐτῇ (Eusebiae imperatrici) σφόδρα Ἑλληνικὸν, Ἑλλήνων τῶν πάνυ, καὶ πόλις (Thessalonica) ἡ μητρόπολις τῆς Μακεδονίας κ. τ. λ. Ex ea Eusebiae laude quid civitati nostrae assignandum sit, non admodum difficile intellectu videtur. Laudatur cum imperatrice urbs institutorum atque studiorum veterum titulo; quod minus Christianismi, quam Ethnicismi documentum quoddam esse unusquisque concedet, qui Iuliani imperatoris historiam non summis labiis attigerit. Idem vero orationis locus, cum

---

16) V. Walter, Gesch. des röm. Rechts bis auf Justinian. T. I. Bonn. 1834. c. X. p. 69—77.

17) Iustinus hist. 33, 2.: *Ita, cum in ditionem Romanorum cessisset* (Macedonia), *magistratibus per singulas civitates constitutis, liberâ facta est; legesque, quibus adhuc utitur, a Paulo accepit.* Ea verba, si Trogi Pompeji sunt, quem excerpsit Iustinus, Augusti certe aevo Macedones *suis* saltem *legibus* vivebant, si vel alia libertate non gaudebant; quodsi Iustini, hujus certe, i. e. Antoninorum, tempore Macedones liberi quodammodo erant. Iamque Iul. Caesar (bell. civ. 3, 34.) partem Macedoniae memorat, quae *libera* appellabatur, i. e. quartam, coll. ibi Oudendorp.

18) Walter l. c. cap. XXXI. p. 323 sqq.

ejus auctor ab imperatore Decio toto seculo distet, plus momenti habet, quam si Decii aevo scriptus esset. Vides enim vel seculo quarto Thessalonicam urbem (is Iuliani sensus) dici *vere Graecam*.

Verum hac dissertationis nostrae parte praelibanda quaedam de metropoleos nomine, quod apud veteres isti civitati non semel tribuitur: diligentiorem hujus dignitatis ponderationem parti geographicae (p. 28–45.) reservamus. *Matrem totius Macedoniae* (*μητέρα τῆς πάσης . . Μακεδονίης*) Antipatro, poetae Thessalonicensi sub Christi natalia, urbem nostram audire, supra monuimus p. XXVII. Quod nomen magis opulentiam ejus, quam dignitatem vere civilem ac politicam signi-
29 ficare, non est quod ‖ fusius moneam. Aliter de *metropoleos* nomine judicandum est, quod tamen non ante tertium Christi seculum in Thessalonicensium monumentis occurrere, e Spanhemio constat (Orb. Rom. exercit. II. cap. IX. ed. Lond. p. 289., coll. Eckhel. D. V. N. T. 2. p. 80.). Et memorabile est in hac re, quod iidem imperatorum numi Thessalonicenses, qui civitatem nostram coloniam dicunt, eam simul metropoleos nomine ornant, Valeriani inquam, Gallieni, Saloninae (Eckh. l. c. Mionnet. descript. de médaill. ant. T. I. p. 504.). Sed ante hos imperatores Herennii Thessalonicensis numus (imp. Decio) neocoratum et metropoleos nomen jungit, coll. Eckh. l. c. In numo autem urbis autonomo, qui tamen judice Eckhelio l. c. p. 78. Decii regno vix antiquior est, eadem nomina copulantur.

Gothis Thessalonicenses fortiter restitisse, supra monuimus p. XXXVII; cujus laudis partem coloniae a Decio imperatore, qui cum Gothis deinceps in Moesia decertavit, in urbem deductae deberi, non est quod valde addubitetur. Paucis annis interjectis alia sequitur Gothorum obsidio, breviter memorata Trebellio Pollioni in Claudio cap. 9.: *Pugnatum apud Thessalonicenses, quos Claudio absente obsederant barbari.* Pleniora Zosimus praestat hist. 1, 43.: *Διά τοι*

τοῦτο τοῦ μὲν στενοῦ τῆς Προποντίδος ὑπανεχώρουν οἱ βάρβαροι (Gothi), τὴν δὲ ἐπὶ Κυζικὸν ἔπλεον. Ἄπρακτοι δὲ διεκπεσόντες καὶ παραπλεύσαντες τὸν Ἑλλήσποντον, ἄχρι τε τοῦ Ἄθω παρενεχθέντες, κἀκεῖσε τῶν πλοίων ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι, Κασσάνδρειαν καὶ Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκουν. Μηχανὰς δὲ τοῖς τείχεσι προσαγαγόντες, καὶ παρὰ βραχὺ τοῦ ταύτας ἑλεῖν ἐλθόντες, ἐπειδὴ τὸν βασιλέα προσάγειν ἐπύθοντο, εἰς τὴν μεσόγειαν ἀναβάντες, τὰ περὶ Δοβῆρον καὶ Πελαγονίαν ἐληΐζοντο πάντα χωρία. Imperator hoc loco memoratus est Claudius II., qui, ut Orosii hist. 7, 23. verbis utar, non biennium in imperio explevit (9. Cal. Apr. 268—270). Is vero Gothos, jam per annos XV Illyricum Macedoniamque vastantes (Oros. l. c.), bello tadortus, incredibili strage delevit, coll. Orosio et Zosimo l. c.; qui posterior scriptor quinquaginta millia barbarorum in eo proelio caesa narrat. Adde Zonaram annal. 12, 26. Ceterum classis eorum (Zosimus l. c. dicit μοῖρα, *pars eorum*) Thessaliam et Graeciam praetervecta, terrasque apertas populata, Athenas cepit (Zonar. l. c. 12, 26.). A Thessalonicae obsidione *repulsos* dicit Zonaras l. c. 12, 26. (ἀλλ' ἐκείνης μὲν τῆς πόλεως ἀπεκρούσθησαν). Fecit hoc imprimis Claudii imperatoris adventus supra narratus. Postremo nec hoc praeermittendum, utramque civitatem, Thessalonicam Cassandriamque, ‖ monente Zosimi contextu, non ab ingenti Gotho- 30
rum illo exercitu, qui e Moesia adventabat, oppugnatam videri (ei enim vix restitissent), sed a solis eorum classiariis; quos audito Romanorum adventu aliquam suorum partem in superiorem Macedoniam, ubi terrestres popularium copiae exspectabantur, misisse existimo.

Tempore inter D. Paulum et S. Demetrium intermedio, i. e. seculis quartum Christi antecedentibus, qui status sacrorum nostrorum apud Macedonas fuerit, doctorum neminem scire puto; immo nec quaesitum video. Mihique ipsi, non

indiligenter rem scrutanti, religionis Christianae in illis terris memoriam non ante seculi quarti initia recurrere, supra (pag. XIV.) testatus sum, ubi S. Demetrii martyrium praelibavi. Id ipsum vero ejusque tempus diligentius jam examinandum videtur. Namque Sancti passio non solum historiae genuinum documentum est, quae tum fuerit fidei Christianae in ista orbis Romani parte conditio; sed eadem nova quasi laetioraque religionis illius initia significat, quae non parum contribuisse puto ad viam imperatoribus muniendam, sacra nostra publicae auctoritatis munimine paucis decenniis post armantibus. Annum seculi quarti tertium ibidem S. Demetrii martyrio assignavi, quae vulgaris doctorum opinio est. Non tacendum tamen, aliter de ea re visum piae memoriae viro, Cornelio Byeo, S. I. P.; quem Acta S. Demetrii aliorumque ad diem Octobris VIII. [19]) edidisse, iisque praevium commentarium de Martyre nostro praemisisse, eos, qui post illum res Byzantinas scriptis suis illustrarunt, latuisse et miror et doleo. [20]) Cornelius igitur Byeus praevii commentarii paginis 64. 65. annum inferiorem S. Demetrii martyrio assignat.

---

19) Acta Sanctorum Octobris Tom. IV. Bruxellis 1780. fol.

20) Immunis est hujus notae Byzantinarum literarum summus judex Benedictus Hasius, cujus de ea re doctam observationem vide in Ejusdem editione Leonis Diaconi (ed. Paris. p. 260. C., ed. Bonn. p. 506. sqq.). Actis S. Demetrii post Byeum non usi sunt: Philippus Krugius (Krit. Versuch zur Aufklärung der Byzantischen Chronologie. St. Petersburg. 1810.); Fridericus Schlosserus (Geschichte der bilderstürmenden Kaiser des ström. Reichs. Frankfurt a. M. 1812., quanquam is scriptor p. 34 sq. e Leonis Allatii diatriba de Simeonibus Anonymum affert, res Thessalonicenses narrantem); b. de St. Martin in sua libri editione: Histoire du Bas-Empire par Lebeau. Vol. X. XI. Paris. 1829. 1830.); J. Phil. Fallmerayerus in libro: Geschichte der Halbinsel Morea während des Mittelalters. Stuttgart u. Tübingen. 1830. T. I. cap. 3. p. 143 — 213.

Non posse enim Maximianum, cognomine Herculium, quo imperante S. Demetrium passum Actorum Sancti pars refert, [21]) rite admitti; Gothos sc. et Sarmatas (Scythas), ut Acta volunt, nunquam ab isto imperatore victos, sed a Maximiano Galerio, [22]) qui in Illyrico ut Augustus imperavit a. 305—311., antea vero, sc. a. 292—305., ut Caesar Diocletiani Augusti. Byeo autem non improbabile est, Demetrium non ante annum 306., immo eo ‖ ipso fortasse passum. Festum martyrii sive passionis in utraque ecclesia, orientalem dico et occidentalem, non idem esse constat. Octobris diem octavum martyrologium Romanum habet cum vetus, tum recens (Corn. By. l. c. p. 65. 66.); ejusdem mensis diem XXVI ecclesia orientalis. Praestat ecclesiae Graecae, cujus civis S. Demetrius, ratio, coll. Anonymo in AA. SS. p. 138. (est is seculi VII scriptor), deinde novellâ Emanuelis Comn. imperatoris de feriis, anno 1166 emissa typisque saepius repetita; all. Eundem diem ecclesia Hungarica, licet Romano-catholica, celebrat (Corn. By. l. c. p. 85.), e Sirmio vicino, ubi vetustissima Sancti sacra, hunc (puto) cultum adepta. 31

Sanctus Demetrius prae aliis Sanctis in civitate sua, deinde in regno orientali quando coli coeperit, postmodum exponam; nunc de ejus in sacra nostra meritis, quae magna fuisse puto, diligentius inquiram.

Senatorio genere ortum Anonymus in AA. SS. l. c. p. 90.

---

21) V. Anonymum et Simeonem Metaphrastam in AA. SS. ad VIII Oct. l. c. p. 90. 96. Maximianum simpliciter habet Anonymus Anastasii Bibliothecarii (AA. SS. l. c. p. 88.); item Photius in bibliotheca cod. 255 (p. 469. ed. Bekk.).

22) Orosius hist. 7, 25.: *Postea per eosdem duces* (Diocletianum et Galerium) *strenue adversus Carpos Bastarnasque pugnatum est. Sarmatas deinde vicerunt.* Herculius cum his gentibus non bellavit. Adde Excerpta auctoris inc. de Constantino Chloro rell. ad calcem Ammiani Marcellini (ed. Ernest. p. 545.).

ait, additque, cum primum exceptoris officio militasset, Graeciaeque deinde proconsul creatus esset, consularia etiam insignia ab imperatore Maximiano accepisse.[23]) Eadem repetit Simeon Metaphrasta (ibid. p. 96.), ubi genus Demetrii ad veteres Macedonas relatum legimus. Quod neque addubitantes cum Cornelio Byeo, neque in omnibus pro certo habentes, ad vitae Sancti partes potiores pergimus, quam multo minus miraculis (iis Sancti vita fere caret), quam accuratissima sacrorum Christianorum cognitione magnoque eorum promovendorum studio atque eventu conspicuam fuisse, Acta unanimi consensu testantur. Anonymus Anastasii Bibliothecarii l. c. p. 88.: . . . *Beatus Demetrius, manifestum faciens semet ipsum absque ullo timore, qui a juventute et bona egerat opera, et alios docuerat. Docebat enim, qualiter divina sapientia descenderat ad terram de coelo, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, vivificaret sanguine proprio.* Idem testatur Anonymus Vaticanus, seculi septimi scriptor (ibid. p. 90.), nec non Photius biblioth. cod. 255. Adde Cameniatae locum supra allatum p. XXXII. Fusius vero ornatiusque haec repetit Simeon Metaphrasta, seculo decimo assignandus (ibid. p. 96. 97.). Non minus autem ob studium in sacris Christianis positum, quam ob Lyaeum Vandalum, gladiatorem celeberrimum, a Nestore Demetrii discipulo in amphitheatro Thessalonicensi interfectum, Sanctum nostrum Galerio imperatori, Christianorum saevo persecutori (Zonar. ann. 12, 32.), poenas dedisse, fatendum videtur. Corpus ejus, ut malefici abjectum, amici clanculum sepeliere. Brevi post, cum fides Christiana auctoritatem publicam nacta esset, pro Sancto habitum Demetrium, nullus
32 equidem dubito: quanquam clara ejus rei ‖ testimonia non ex-

---

23) Non alia insignia visiones Sancti, in Actis satis crebrae, prae se ferunt. Paludatus enim, ut vir consularis, equoque militari insidens, civitatem suam obequitare creditur.

tare videntur; quod non mirabitur, qui cultum Sanctorum Martyrumque, apud Thessalonicenses prorsus singularem, e locis sequentibus cognoverit, quos ego jam ad illustrandam hanc historiae ecclesiasticae partem in medium proferam. Ioannes Thessalonicensis, immo Anonymus seculi VII ineuntis, Ioanne Thessalonicensi antiquior (coll. Hasio ad Leonem Diac. ed. Bonn. p. 511.), in Actis Sanctorum tomo citato p. 121. cap. 47.: *Ἐπεὶ γὰρ φιλομάρτυρες ἀκριβεῖς τε καὶ ἀσφαλέστατοι ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ οἱ κατὰ τὸν τῆς εἰδωλομανίας καιρὸν, τὴν θεοφιλῆ ταύτην Θεσσαλονίκην οἰκοῦντες Χριστιανοὶ καθειστήκεσαν, καὶ δέει τοῦ μὴ τὰ τίμια σώματα τῶν μαρτυρούντων ἁγίων τοῖς τῶν εἰδωλολατρῶν προδοῦναι θυμοῖς, ἐχεμύθως ταῦτα καὶ μυστηριώδως ἐν γῇ κατετίθεσαν, ὡς μηδὲ μέχρι νῦν τηλαυγῶς μηδενὸς τῶν ἐν αὐτῇ μαρτυρησάντων ἁγιοδόχους θήκας γνωσθῆναι, ὅποι τυγχάνοιεν ἀποκείμεναι, πλὴν τῆς σεμνοτάτης καὶ παναγίας παρθένου Ματρώνας...* Idem ibid. cap. 48 (p. 121.): *Τὴν τῶν πολιτῶν* (Thessalonicensium) *περὶ τοὺς μάρτυρας βουμένην ἀκρίβειαν.* Idem ibid. cap. 49. (p. 121.) in epistola Eusebii archiepiscopi Thessalonicensis, Mauritio imperatori (a. Chr. 582—602) data: *Τὰ δὲ τῶν μαρτύρων λείψανα κατακρύψαι δεῖν ᾠήθησαν οὕτως, ὡς μηδενὶ τῶν πάντων τὸν τόπον γινώσκεσθαι, πλὴν ἐκείνων αὐτῶν τῶν τῆς ἁγίας κοινωνησάντων ταφῆς.* Idem ibid. cap. 22. (pag. 111.): *Τὸ λεγόμενον κιβώριον τὸ ἀργυροῦν τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, ἔνθα φασίν τινες κεῖσθαι ὑπὸ γῆν τὸ πανάγιον αὐτοῦ λείψανον.* Idem cap. 85. pag. 134.: *Ἐκεῖσε παρὰ τῶν πατέρων ἠκούσαμεν κεῖσθαι θεοπρεπῶς τὸν ὑπερένδοξον ἀθλοφόρον Δημήτριον.* Cum ultimis confer Eund. cap. 50 (p. 122.).[24])

---

24) Clariorem sive confidentiorem de Sancti reliquiis notitiam Graecis seculi XII competiisse video. Adi Eustathii

33 Scripta || autem haec omnia sunt ante imperatorum iconoclastarum aevum (a. Chr. 728 – 842); post illud aevum, sc. a. 904., est scriptus Cameniatae locus de Thessalonica orthodoxa cognominata (p. XXXII.). Iam vides, quid lucis affulgeat quaestioni ibidem motae nondumque solutae. Thessalonicam puto in famosissimo illo iconoclastico bello imperatoribus rerum novarum cupidis fortiter restitisse, atque in Sanctorum cultu ecclesiae militantis partes non deseruisse; unde prae ceteris orthodoxae nomen honorificum nanciscebatur.[25]) Verum de his penes doctiores judicium esto. Cultum Demetrii tempore Iustiniani (a. 527–565) in ecclesia orientali jam validum fuisse, Eusebii, archiepiscopi Thessalonicensis, epistola, Mauritio imperatori, reliquiarum S. Demetrii partem roganti, data, luculenter docet. Ibi enim, sive apud Anonymum Actt. SS. l. c. cap. 51. pag. 121., antistes Thessalonicensis exemplo majorum se excusat, qui, in Iustiniani imperatoris idem petentis gratiam reliquias Sancti tentantes, re infecta de conamine abstitissent. Pronum ex his atque apertum est, in ipsa Thessalonicensium civitate diu ante Iustinianum imperatorem Sancti cultum viguisse; quanquam vel post Cornelii Byei curas (Praev. commentar. cap. 68. p. 66 sqq.) nondum ad liquidum perductum puto, quonam vere tempore Sancti nostri cultus reliquis ibi Sanctis Martyribusque (qui cardo quaestionis) potior haberi coeperit. Factum hoc jam seculo quarto,

---

opuscc. p. 296, 65., ubi Sancto alterum crus abstractum a Normannis narratur. Non igitur integrum ejus corpus ad annum 1430 pervenit (quo Turcae urbem cepere), ut visum Iosepho de Hammer (Gesch. des Osm. Reichs. T. I. p. 434 sq.).

25) Opinioni nostrae favet quoque nomen festi Orthodoxiae, quod cultum imaginum a. 842. a Methodio patriarcha una cum memoria concilii II Nicaeni restitutum spectare, nota res est. Videatur Du Cangius in Gloss. s. v. ὀρθοδοξία. Michael Lequienius in Oriente Christ. I. 256. A. Pagius in crit. IV. 24. A. Hasius ad Leon. Diaconum lib. VI, 7. p. 461. ed. Bonn.

nec ego valde dubito, coll. iis, quae pag. 114. exposui; quamquam mirum mihi semper visum est, quod Malchi historia cap. 1., quae obsidionem Thessalonicae Gothicam anni 479 (est Zenonis imp. annus 6.) narrat, Demetrii opem divinam, in quavis sequentium obsidionum largiter celebratam, penitus praetermittit. Sed tribuendum hoc Photio excerpenti (bibl. cod. 78.) videtur; namque jam tum civium suorum propugnatorem Sanctum nostrum extitisse, unusquisque diligentior rerum Thessalonicensium scrutator concedet. Verum relicto Demetrio, cujus memoriam mirificam sequentes nostrae dissertationis paginae non semel revocabunt, ad historiam civitatis, quam ille vivus aucta per ipsum fide Christiana ornavit, post obitum ut praesens quoddam numen defendit, jamjam recurremus.

Constantini Magni decretum, paganis a. 337. sacra publica interdicens, Macedonibus Christianis, summas vexationes passis, perquam salutare fuisse, non est quod pluribus demonstrem. Thessalonicae vero amoenitates brevi post clericorum extraneorum desidiae libidinique inserviisse, hoc loco non praetermittendum duco. Vide Acta || concilii Sardicensis, 34
primo post Constantini decretum decennio (anno 347.) habiti (Mansi concil. T. 3. p. 17. 18. can. 16.): *Ἄέτιος ἐπίσκοπος* (episc. Thessalonicae) *εἶπεν· οὐκ ἀγνοεῖτε, ὁποία καὶ πηλίκη τυγχάνει ἡ τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολις. Πολλάκις τοιγαροῦν εἰς αὐτὴν ἐξ ἑτέρων ἐπαρχιῶν πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι παραγίνονται, καὶ οὐκ ἀρκούμενοι βραχέος διαγωγῇ χρόνου, ἐναπομένουσι, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αὐτόθι ποιοῦντες διατελοῦσιν, ἢ μόλις μετὰ πλεῖστον χρόνον εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐπανιέναι ἐκκλησίας ἀναγκάζονται. Περὶ τούτων οὖν ὁριστέον.* *Ὅσιος* (episc. Cordubae) *εἶπεν· οὗτοι οἱ ὅροι, οἱ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων ὡρισμένοι, φυλαττέσθωσαν καὶ ἐπὶ τούτων προσώπων.* Aëtio antecessori simillima diu post de clericis sui temporis queritur Eustathius Thessaloni-

censis archiepiscopus in tractatu de emendanda vita monachica cap. 28 — 30. (Opuscc. p. 220. 221.).

Seculi quarti finis ejusdem initio Thessalonicensium caede non absimilis est. Siquidem Maximianus Galerius ineunte isto seculo Christianos ibi acerrime persequens, multos obtruncavit (Acta SS. supra cit. p. XLIII. not. 21., coll. Zonar. ann. 12, 32); vergente eodem (a. 390?) Theodosius Magnus [26]) foedam civium stragem edidisse fertur. Primus scriptorum historiae ecclesiasticae ejus supplicii testis est Rufinus H. E. 2, 18.: *Per idem tempus subreptione quadam daemonis turpis macula religioso principi inusta est. Etenim cum apud Thessalonicam seditione exorta quidam ex militaribus vir impetu fuisset populi furentis extinctus, repentini nuntii atrocitate succensus, ad ludos Circenses invitari populum, eique ex improviso circumfundi milites, atque obtruncari passim, ut quisque occurrisset, gladio jubet, et vindictam dari non crimini, sed furori. Ob hoc cum a sacerdotibus Italiae arguerctur, agnovit delictum, culpamque cum lacrimis professus, publicam poenitentiam in conspectu totius ecclesiae exegit, et in hoc sibi tempus adscriptum absque regali fastigio patienter implevit. Quibus omnibus istud quoque mirabiliter adiecit: lege sanxit in posterum, ut sententiae principum super animadversione prolatae in diem tricesimum ab executoribus differrentur: quo locus misericordiae, vel, si res tulisset, poenitentiae non periret.* Antiquior apud S. Ambrosium Mediolanensem mentio extat, cujus primas partes in poenitentia imperatoris fuisse constat. Lege ejus ep. 51, 6. (ad Theodosium imperatorem. Opp. ed. Ven. 1751. T. 3. pag. 1079.): *Factum est in urbe Thessalonicensium, quod nulla memoria habet, quod revocare non potui, ne fieret; immo quod ante atrocissimum fore*

---

26) Theodosio II haec falso tribuit Peltius in prolegom. ad D. Pauli epistolas Thessalonicenses p. X. not. 4.

*dixi, cum toties rogarem, et quod ipse sero revocando grave factum putasti: hoc factum extenuare non poteram.* Vides, antistitem Mediolanensem intercessisse pro Thessalonicensibus ante caedem imperatam, Theodosium vero non coeco irae impetu latum (ut historiae ecclesiasticae auctores volunt) saevam poenam statuisse; quae potius, Sozomeno referente, juris quandam talionis speciem prae se ferebat, nec statim post ipsam Thessalonicensium seditionem infligebatur (Rufin. l. c. Theodoret. H. E. 5, 17., coll. Zonara ann. 13, 18.). Sozomenus enim H. E. 7, 25. ῥητὸν, ait, τῶν προστυγχανόντων ἀριθμὸν ἀναιρεθῆναι προσέταξεν. Qui numerus si major evasit, quam quem voluntas imperatoris absentis (Rufin. l. c. Theodoret. H. E. 5, 17.) praeceperat, [27]) culpae pars ad eos redundat, qui imperatoris jussu fungebantur; neque omnino in talium supplicíorum genere veteres admodum anxios fuisse constat. Ceterum culpa Thessalonicensium varie traditur. Cum Rufino concinit Theodoretus, qui H. E. 5, 17. seditione orta quosdam magistratus a plebe lapidibus occisos tractosque per urbem refert. Seditionis causam aperit Sozomenus H. E. 7, 25. Nimirum Buterichae, qui tum Illyrici exercitibus praeerat (nomen viri barbarum prodit), aurigam, quod domini sui (Buterichae) pincernam turpiter tentasset, in vincula conjectum; deinde, cum ludi curules instarent, populusque Thessalonicensis solvi custodia aurigam voluisset, id non concessum. Exin seditio, in qua ipse Butericha occiditur. Aliter vero Cedrenus hist. p. 317. ed.

---

27) Septem millia hominum occisa esse, Sozomenus l. c. tradit, dein Theodoretus H. E. 5, 17., item Anonymus vitae S. Ambrosii graecae cap. 19.; septem millia vel quindecim Cedrenus hist. pag. 317. ed. Paris.: *Κατέκτεινε χιλιάδας ἑπτὰ, ὡς δέ τινες, πεντεκαίδεκα.* Solum posteriorem numerum Zonaras in eadem re affert (annal. 13, 18.), scriptor Cedreno posterior, minore veterum numero non memorato. Thessalonicam fere deletam ista caede dicit Paulinus in vita S. Ambrosii graeca c. 19.

Paris., quo narrante imperator, Constantinopoli Romam proficiscens, eo itinere Thessalonicam divertit; ubi milites cum urbem ob metata (μιτάτα, mansionem, habitationem) conturbassent, Thessalonicenses seditione facta imperatorem injuriis affecerunt, et quosdam ejus praefectos lapidibus obruerunt. Sozomenum tantum non repetit seculi XIV scriptor Nicephorus Callistus H. E. 12, 40., eadem plane de Butericho referens; Theodoretum in describenda imperatoris ira. [28]). Cedreni magis vestigia Zonaras premit hist. 13, 18. Hoc auctore Theodosius adversus Eugenium proficiscens, Thessalonicae contumeliose acceptus, praefecto per seditionem populi, quibusdam de causis ortam, interfecto, ad tempus in populi motu connivendum ratus est. Postea equestre certamen indixit: populum in theatro congregatum circumdedit legionibus, quae
36 ad quindecim millia sagittis et jaculis confecerunt. Sozomeni narratione cum ultimis Zonarae verbis juncta, Theodosium putabis Thessalonicenses in eadem re puniendos statuisse, in qua ipsi ante deliquerant, certamine curuli, cujus studia propensa cum Thessalis vicinis communia habebant. Erat autem imperator, genere Hispanus, legum (ut videtur) rigidus exercitor atque homo iracundus, [29]) Graecorum vero minus amator, quos tum aliis rebus, tum ideo potissimum offendisse videtur, quod barbaros illis in fori militiaeque muneribus praeponeret. Verum haec atque similia Theodosianae historiae scrutatores diligentius nobis ponderabunt; unicum addimus, sc. aliam narrationis veterum de Thessalonicensi supplicio quandam discrepantiam. Soli historiae ecclesiasticae scriptores, aevo isti suppares, rem narrant; alii coaevi tacent. Jamque illos quidem nemo mirabitur. Suam enim rem agentes, seduli sunt in narranda Thessalonicensium strage, ut novorum

---

28) Theodoreti verba fere exscribit anonymus vitae S. Ambrosii graecae auctor cap. 19.

29) Flechier, histoire du Theodose le Grand. Ed. 3. Par. 1682. lib. 4. cap. 3.

sacrorum vim ac dignitatem, quam negligere imperator non debebat, item poenitentiam ejusdem, viris sanctis mirum quantum honorificam, vivis coloribus exprimerent. Sed quare praeter Pacatum Orosius tacet, quare Zosimus? Tacet Orosius christianus, in omnibus ut Pacatus Theodosii laudator atque admirator (histor. 7, 36.). Tacet Zosimus non christianus, Theodosii reprehensor, [30]) non tanti (puto) rem illam faciens, ut inde novam Theodosio maculam adspergere posset, licet non semel tantum (4, 25. 43.) imperatorem Thessalonicae commoratum narrat. [31]) Theodosius in Graecos more majorum animadverterat, suppliciumque provincialibus impositum non fuit vel saevius vel mitius, quam qualia veteris reipublicae Romanae annales referunt. [32]) Sed doli cujusdam insidiarumque specie Theodosium nemo facile liberabit; quam si Zosimus in imperatore notare volebat, praesto habebat simillimum Antonini Caracallae facinus, qui anno post Chr. natum 215. (Herodian. hist. 3, 9.) Alexandriae Aegyptiacae cives, quorum conviciis semper se lacerari sciebat, in amphitheatro urbis eodem plane modo contrucidari jussit. [33])

---

30) V. Reitemeieri disquisit. in Zosimum ejusque fidem pag. XXIV sq.

31) Aliis Zosimus rem istam, ut Christianis nimis gloriosam, praeterisse videbitur.

32) Supplicii gravitatem testatur imprimis Paulinus supra memoratus, qui *civitatem usque in horam tertiam gladio donatam* narrat.

33) Emendo S. Theodoreti locum (H. E. 5, 17.), quem male sanum esse nemo vidit. Ille igitur in sua de Thessalonicensibus caesis narratione haec habet: *Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξαφθεὶς ὑπὸ τῶν ἀγγελθέντων, οὐκ ἤνεγκε τοῦ θυμοῦ τὴν ὁρμὴν, οὐδὲ τῷ χαλινῷ τοῦ λογισμοῦ τὴν τούτου ῥύμην ἐκώλυσεν· ἀλλὰ τούτῳ τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν τῆς τιμωρίας ἐπέτρεψε. Ταύτην δὲ τὴν ἐξουσίαν ἐκεῖνος λαβὼν, οἷα δὴ αὐτόνομός τε καὶ τύραννος, τὸν δεσμὸν ἀποῤῥήξας, καὶ λογισμοῦ διαφυγὼν τὸν ζυγὸν, ἄδικα ξίφη κατὰ πάντων ἐγύμνωσε, καὶ τοὺς ἀθῴους μετὰ τῶν ὑπευθύνων κατέκτεινεν.* In his *τούτῳ*, statim post *τούτου* (sc. irae) repetitum, inelegans est, talique scriptore indignum; frigide vero imperium rationis,

37 ‖In tempore cladi Thessalonicensi assignando pugnam doctorum video. Annus 390. plurimis placet, de quo consulantur: Baronius et Pagius in crit. ad a. 390. Flechier l. c. lib. 4. cap. I. Vita Theodosii M. ad annos digesta in ed. Panegyricorum Jaegeriana Vol. 2. p. 219. Vita S. Ambrosii ex Ejus scriptis collecta (Ambros. Opp. ed. Venet. T. 4. Append. pag. 60.). Veteris alicujus scriptoris locum ab his doctis allatum non vidi; quanquam ii Cedrenicae narrationis tenore ad suas rationes chronologicas uti sive abuti poterant. Sed locupletior mihi testis Cedreno antiquior Sozomenus, qui poenitentiam Theodosii Magni, ob Thessalonicenses caesos clericis praestitam, post Eugenii tyranni cladem evenisse disertis verbis narrat (H. E. 7, 25.). Idem fere Zonaras testatur (hist. 13, 18.), quo auctore Theodosius, adversus Eugenium proficiscens, cum Thessalonicae contumeliose esset exceptus, cives mactari jussit. Poenitentiam ejus facti num ante bel-

---

sujus obsequium Theodocius jam rejecerat, deinde etiam ab ira detrectari dicitur, cui imperator supplicii executionem mandaverat. Theodoreti loco vetus ulcus inest, licet Nicephorus Callistus H. E. 12, 40. (Ed. Front. Duc. Vol. II. p. 316.) eum fere repetit, coll. Rufino supra allato p. XLVIII. Nicephorus igitur ita pergit: *Καὶ τοῦ θυμοῦ τὴν ῥύμην μὴ ἐνεγκών, παρῆκε τὰς ἡνίας τοῦ λογισμοῦ, καὶ τῇ ἀλογίᾳ τὴν ψῆφον ἐπήνεγκεν. Ἡ δὴ τῆς τοσαύτης ἀδείας ἐπειλημμένη, οἷάπερ αὐτόνομος τύραννος, ἄδικα ξίφη κ. τ. λ.* Sed evolve Cedrenum p. 317. ed. Par.: *Ὁ βασιλεὺς δὲ ταῦτα μαθών, καὶ τὴν ῥύμην τοῦ θυμοῦ οὐκ ἐνεγκών, τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως ἐκείνης τὴν ψῆφον τῆς τιμωρίας ἐπέτρεψεν. Ὃς τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν εἰληφὼς, οἷα δὴ αὐτόνομος τύραννος, ἄδικα ξίφη κατὰ πάντων ἐγύμνωσε, καὶ τοὺς ἀθώους μετὰ τῶν ὑπευθύνων κατέκτεινε κ. τ. λ.* Jam duce Cedreno lege apud Theodoretum: *Ἀλλὰ τῷ ἐπάρχῳ* (s. *ὑπάρχῳ*) *τὴν ψῆφον κ. τ. λ.* — Theodoreti locum anonymus vitae graecae S. Ambrosii auctor cap. 19. supra cit. ita repetit, ut ipsum Theodosium a Thessalonicensibus poenam exegisse dicat, in reliquis a Theodoreto non admodum recedens.

lum Eugenianum, an eo finito Mediolani egerit, e Zonara non satis intelligitur. Bellum autem Eugenianum in annos 393. 394. incidit. Idemque bellum cum narratione Thessalonicensi Nicephorus Callistus l. c. jungit; neque erat, quod ejus quidam interpretes Eugenio in textu Nicephori Maximum substituerent, quanquam in fine narrationis (cap. 41.) Theodosius deinde Constantinopolin reversus esse dicitur, quod in annum his anteriorem cecidisse putabant. Ultimum recte. Nam e Mediolano post Eugenianum bellum Theodosium Constantinopolin reversum non audivi (e vivis abiit 17. Jan. 395). Quod vero apud Cedrenum Nicephorumque Callistum l. c., Mediolanensi obsequio imperatoris perquam simile, legitur (accidisse Constantinopoli narrant), id fere cleri Byzantini commentum esse existimo, qui poenitentiam principis Mediolanensem suis quoque imperatoribus commendabant. Denique legem Theodosii, post poenitentiam ejus teste Rufino aliisque latam, qui in Theodosiano Codice sibi invenisse videntur, ii diligentius eum ipsum inspicere debebant, quam Historiae ecclesiasticae tripartitae auctor Cassiodorus lib. 10, 3., all. Namque constitutio impp. Gratiani, Theodosii et Arcadii, Flaviano PP. Illyrici et Italiae de dilatione vindictae data, annum spectat 382. (XV Cal. Sept., Veronae, Antonio et Syagrio coss.), non annum 390 vel etiam posteriorem, coll. Theodos. Cod. 9, 40 (de poenis), 13. Repetitam tamen legem fuisse post cae- 38
dem Thessalonicensem, mihi quoque haud improbabile videtur, quamquam nihil de ea re proditum esse videtur.

Requiescat in pace Eugenii tyranni victor, Theodosius Magnus; item Sanctus Ambrosius Mediolanensis, Theodosii victor. Pergimus ad alium praesulem, non quidem principis Romani, sed barbarorum debellatorem, episcopum Thessalonicensem; quam secularem illorum antistitum virtutem aliis dehinc exemplis historia Thessalonicensis claram faciet. Est seculum Christi quintum, annus (sic videtur) 479., indictio secunda, Zenonis Byzantini imperatoris annus sextus, de quo

sequens agit Malchi locus hist. cap. 1. (Excerpta legationum. Ed. Ven. p. 53., ed. Bonn. p. 245.): *Ὡς δὲ τῇ Θεσσαλονικῇ ἐγγύθεν ἐφεδρεύειν ἠγγέλθη ὁ βάρβαρος, αὐτίκα οἱ πολῖται νομίσαντες, ἐκ δόλου τὰ ἐν τῇ προτεραίᾳ ἀνεγνώσθαι γράμματα, καὶ τὴν πόλιν βούλεσθαι Ζήνωνά τε καὶ αὐτὸν* (praefectum) *ἐκείνῳ παραδοῦναι, συστραφέντες ἐν σφίσιν αὐτοῖς, τὰς τοῦ Ζήνωνος στήλας καταβάλλουσι πάσας, καὶ αὐτὸν ὁρμήσαντες τὸν ὕπαρχον ἕτοιμοι διασπάσαι ἦσαν. Οἱ δὲ κομισάμενοι πῦρ ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον, ἐμπιπράναι ἔμελλον, εἰ μὴ ὑποφθάσαντες τά τε ἱερὰ γένη καὶ οἱ ἐν ταῖς ἀξίαις, ἐξήρπασάν τε αὐτὸν τῆς ὀργῆς τῆς τοῦ δήμου, καὶ τὸ ἀτακτοῦν λόγοις πραέσι κατέστειλαν, λέγοντες, οὔτε αὐτὸν αἴτιον εἶναι τούτου, οὔτε τὸν βασιλέα τῇ πόλει τι δυσχερὲς ἢ κακὸν βεβουλεῦσθαι· τῆς τε πόλεως χρῆναι ποιήσασθαι φυλακήν, ὅτῳ ἂν ἐθέλωσι, καὶ ὃν ἡγοῦνται πιστόν, ἐπιτρέποντες ταύτην. Οἱ δὲ τὰς κλεῖς τῶν πυλῶν ἐκ τοῦ ὑπάρχου λαβόντες, τῷ ἀρχιερεῖ ἔδοσαν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐνόντων φρουρὰν ἐπενόησαν ὡς ἐδύναντο πλείστην, καὶ τὸν στρατηγὸν ἕστεργον.* Barbarus Malchi loco memoratus Balameri Gothi filius, Theodoricus, est; quem deinde quomodo Zeno imperator sibi conciliarit, pacemque cum eo fecerit, ibidem expouitur. Ceterum Jornandes in Geticis cap. 56. pro Theodorico habet Theodemirum, qui huic scriptori pater Theodorici est; quem locum attuli p. 184 sq.

39 ‖Seculi sexti anno (sic videtur) 551 prima occurrit Sclavinorum mentio, Thessalonicam hostili agmine petentium. Eo anno Sardicae, quae Illyrici urbs, exercitum adversus Totilam Gothosque instruebat Germanus, Iustinianei exercitus imperator, cum Sclavinorum catervae, quantae nunquam e sedibus suis ante prodieraut, ad imperii Romani fines progressae, trajecto Istro flumine, Naisum venerunt. Quorum pauci, copias suorum praecurrentes, in Romanorum manus incidunt. Interrogati, cujus rei causa et quid tandem acturus hic Sclavino-

rum exercitus Istrum transmisisset, eo se venire consilio dicebant, ut Thessalonicam urbesque illi circumjectas obsidione caperent. Ejus rei nuntio valde commotus Iustinianus, statim Germano scribit, ut in praesens omisso itinere Italico, Thessalonicae ceterisque urbibus suppetias ferre, ac totis viribus impetum Sclavinorum repellere maturet. Dum in his Germanus haesitat, Sclavini, comperto ex captivis, Germanum Sardicam venisse, trepidant. Erat enim apud hos barbaros Germani nomen e superioribus cladibus insigne. Hunc igitur veriti, maximoque exercitu stipatum rati, utpote qui adversus Totilam Gothosque proficisceretur, coeptum iter Thessalonicense statim abrumpunt, neque ausi amplius in campos descendere, Illyrici montibus superatis, Dalmatiam intrant (Procop. de bello Goth. 3, 40.), quam magna saevitia populantur (Procop. ibid. 4, 35.).

Ulterius progressus proximo anno (552) Hunnorum exercitus (Procop. ibid. 4, 21.). Narses, cui post Germani obitum Gothici belli administratio mandata erat, in mediam Thraciam progressus, aliquamdiu Philippopoli substitit, intercluso itinere turmis Hunnorum, qui, facta in Romanum imperium irruptione, agebant ferebantque, nemine repugnante. Eorum pars cum Byzantium, pars Thessalonicam discessisset, Narses aegre illinc expeditus coeptam profectionem continuavit. Hunnorum vero iter Byzantinum atque Thessalonicense ab eodem Procopio in reliquo Gothicorum suorum opere non curari video; idem de aliis scriptoribus autumo. Mihi tamen ex alio Procopii libro Macedonicum saltem Hunnicae gentis bellum illustrari posse videtur. Ille enim de aedif. 4, 3., *οὕτω δὲ τὰς ἐνταῦθα* (Cassandriae), ait, *οἰκοδομίας ὁ χρόνος διέφθειρε πάσας, ὥστε δὴ Οὔννικόν τι ἔθνος οὐ πολλῷ πρότερον καταθέοντες τὰ ἐκείνῃ χωρία, ὥσπερ τι διαχειρίζοντες οἷόν τι πάρεργον, τό τε ξύναμμα* (septum) *τοῦτο καὶ τὴν πόλιν ἄφοβοι ἐξεῖλον, καίπερ, ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, οὐ*

τειχομαχήσαντες πώποτε.[34]) Barbaros septentrionales, Chalcidicen peninsulam vastantes, cujus urbem Cassandriam cepere, Thessalonicam quoque tentasse, quis est qui dubitet? Nil tamen atrocius eam ab Hunnis passam, Procopii silentium docet. Id vero commodi barbarorum vastatio Macedonica habuisse videtur, ut Iustinianus imperator alia, istius provinciae munimenta instauraret, alia de integro exstrueret; quam ego rem in parte dissertationis geographica illustravi (p. 14 sq. 187 sq.).

Sclavinorum incursionibus in partem imperii Byzantini Europaeam factis Iustiniani aevum (a. 527—565.) raro vacasse, e Procopii Gothicis magis divinare, quam monstrare licet. Erant enim praeter Gothos pessimi Graecorum hostes Sclavini (Procop. de bello Goth. 3, 40.), quamquam ea tempestate nondum stabili provinciarum occupatione, ut Gothi, potius direptione earundem hominumque ac pecorum abactione grassantes. Horum bellorum ea, quae circa ipsam Constantinopolin Hebrumque flumen, vel in limitibus imperii per duces Iustiniani gerebantur, non indiligenter narrant annales;[35]) silent de iis, quae interiora imperii, Macedoniam, Thessaliam, Graeciam, all. lacerabant, defensionis suae cura iis ipsis provinciis relicta. Hinc factum, ut earum terrarum historia paene jam nulla esse videatur; quotusquisque enim bellorum barbaricorum, vel pestilentiae, quae nova calamitatis publicae accessio, superstes erat? Verum Thessalonicensium civitas, regni Byzantini saepius strenua vindex, ita historiae quoque rerum Graecarum sospitatrix rite a nobis praedicatur; ejus enim pa-

---

34) Eadem narrat Procopius de bello Pers. 2, 4., Hunnos iterum memorans. Qui Hunni maximopere Slavi fuisse videntur, coll. eodem Procopio in historia arc. cap. 23., ubi *Hunni et Sclavini* totam Europam imperante Iustiniano populati esse dicuntur. Genuini autem Hunni fere evanuerant, antequam Gothi duce Theodorico in Italiam transirent.

35) Procop. de bello Goth. 3, 38. 40. Slavici praeter tot alia cognomen Iustinianus imperator sibi nunquam arrogavit.

tronus, S. Demetrius, cujus magnae semper partes in defendenda patria e sequentibus hujus libelli paginis elucebunt, sacrorum suorum annuorum ratione id effecit, ut Macedoniae, immo finitimarum quoque provinciarum memoria per secula VI — VIII non interciderit. Quod ipsum proximus narrationis tenor in nova luce collocabit.

Mauritius, Graecorum imperator a. 582 — 602., [36]) bella cum Sclavinis, qui tum temporis Avarorum genti validae parebant, ad Istrum flumen per duces suos gessit; quaenam ab ipsis provincialibus duorum seculorum decursu cum iisdem barbaris gesta sint, ex Actis S. Demetrii jam nunc patefaciam, simulque res et sedes Sclavinorum Macedonicorum [37]) ac Thessalicorum illustrabo. Quod ut via et ratione procedat, prooemii instar locum Cameniatae satis memorabilem praemittam, qui bella Thessalonicensia, cum pristini aevi, tum proximorum auctori seculorum, uno quasi obtutu comprehendit, libellosque in Demetrii honorem conscriptos, quibus nos ad illustrandam Thessalonicensem antiquitatem deinceps utemur, si non omnes, ‖ tamen quosdam eorum, seculo decimo 41
antiquiores, respicit. Igitur Cameniata, qui anno 904. vel insequenti suam de Thessalonicae Sarazenica expugnatione narrationem concinnavit, hujus capite octavo haec habet: *Εἰ γὰρ καὶ πολλοὺς πολλάκις ἀνέτλη πολέμους καὶ λίαν σφοδροτάτους ἡ πόλις, τούς τε ἐκ βαρβάρων, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν συνομορούντων Σκυθῶν, πᾶν εἶδος ἀμυντηρίων κατ' αὐτῆς ἐπινοουμένων, καὶ ψάμμου δίκην τῷ πλήθει τῆς στρατιᾶς εἰσρεόντων, καὶ μηδὲ ὑποφέρειν τὴν ἀπειλὴν αὐτῶν φιλονεικούντων (καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἦσαν ἀκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς, καὶ ποικίλῃ τινὶ πανοπλίᾳ πεφραγμένοι), ἀλλ'*

36) Lebeau, histoire du Bas-Empire, ed. de St. Martin. T. X. lib. LI — LIV. pag. 191 — 412.

37) Horum soli Strymonii e Cameniata cap. 20. 41. noti fuere, non ignorante Strittero Slavicorum capite 124 (Memoriae populorum cett. T. III. pag. 95 sq.).

ἦν ἄρα περίγειος ὥσπερ ἡ μάχη, καὶ διέφευγε τὰς ἐπιβουλὰς, τῷ ἀσφαλεῖ τοῦ τείχους τὴν ἔφοδον ὑπεκκλίνασα, καὶ τῷ συνήθως αὐτῇ καὶ θερμῶς ὑπερμαχοῦντι, λέγω δὴ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ, τὴν ἑαυτῆς σωτηρίαν καταπιστεύουσα. Ἐκ πολλῶν γὰρ αὐτῶν κινδύνων αὐτὴν ὁσωσίπατρος οὗτος ἐρρύσατο, καὶ τὸ νικᾷν αὐτῇ, καὶ μήπω τοῦ πολέμου πειραθείσῃ, πολλάκις συμπαθῶς ἐδωρήσατο. Ἀλλὰ ταῦτα ταῖς τῶν θαυμάτων αὐτοῦ βίβλοις ἐξηγῆσαι (l. ἐξηγεῖσθαι) παραχωρήσαντες, τοῖς ἑξῆς ἡμεῖς τῶν ἤδη λεχθέντων προΐωμεν. Hoc Cameniatae loco quinam barbari sint, a Scythis conterminis discreti, antecedentes hujus dissertationis partes monstrarunt (sunt potissimum Gothi); Scythas conterminos e sequentibus cognoscemus. Bella, ante conspectum eorum devitata, per hyperbolen rhetoricam Gothorum, Sclavinorum Hunnorumque erunt, cum Slavico sexto infra me-
42 morando; ni alia malis, quorum forsan memoria intercidit. Cameniatae autem narratio magnum momentum ideo semper nobis habere visa est, quod ad *seriem quandam bellorum*, a finitimis quibusdam Scythis civitati illatorum, breviter alludit; quae a doctis hominibus vix summo digito tentata, ex Actis S. Demetrii sequentibus paginis illustrabimus.

## CAP. IV.

### BELLA SLAVICA.

#### Bellum Sclavinorum Thessalonicense primum.

S. Demetrii festum anniversarium vigesimo sexto Octobris die civitas et regio Thessalonicensis agebat, quum secundo ejusdem die, nulladum fama hostilis incursionis audita, argenteum ciborium in Ejus templo igne combustum est. Cujus calamitatis nuntio repente per totam urbem sparso, omnis praecipue juventus accurrit, numero ita copioso, ut templi fores fere obstruerentur. Argentum ciborii omne, igne li-

quefactum, in pavimento aquae instar fluebat; incendium ne reliqua templi tentaret, anxia civium cura, aedis summa cum amphoris aquariis conscendentium, aegre cautum est. Ibi quum turba, argento aliisque opibus ecclesiasticis inhians, expelli templo non posset, civium nobiliorum aliquis, qui Dacico, quod vocabatur, Illyrici praefectorum scrinio praeerat, instigante ipso S. Martyre, barbaros ad moenia subito accessisse fingit. Omnis dehinc populus ad tecta sua dilabitur, sumtisque armis muros conscendit. Et vere aderant hostes. E moenibus enim in campo, ubi sanctae virginis martyrisque Matronae templum, turmam hostium conspiciunt, minus numero, quam fortitudine ac ferocia eximiam: erat enim totius Sclavinorum gentis flos et selectus, armatorum vero non plus quam quinque millia. Die illucescente, cum barbari ad templum sanctarum Martyrum Chionae, Irenae et Agapae, quod brevissimo intervallo a moenibus civitatis distabat, accessissent, portis apertis plurimi cives egressi, Iesu Christo Sanctoque Demetrio eos corroborantibus, pugnam cum hostibus per totum diem commisere. Tandem barbarorum exercitus, non paucis ea ipsa parte, qua in urbem irruperant, recedentibus, conflictuque ter et amplius repetito, eodem die fugatus est. Narrat haec Anonymus, seculi VII scriptor (AA. SS. l. c. cap. 93—105. p. 137—141.) [38]).

Sclavinos narratio claris verbis cap. 99. eos dicit. Avaris tum temporis paruisse, secundum eorundem bellum Thessalonicense docebit. Parvum eorum numerum excusat S. Demetrii Thessalonicense festum: hujus enim opportunitatem nacti, in civitatem, ut putabant incautam, irrumpere voluerant. Sedes prope Thessalonicam stabiles num jam tum

---

38) Acta SS. l. c. in describenda pugna (cap. 103. p. 140. C.) haec habent: *Καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀφ' ἑσπέρου δὶς καὶ τρὶς καὶ πλειοτάκις συγκροῦσαντας.* Quid sit *μέχρι τοῦ νῦν* (ad *hanc* usque horam), ego non perspicio. An scripta fuere haec verba ipso pugnae die?

habuerint, mihi non probabile est; quanquam parva invadentium copia magis conterminum hostem prodere videtur,
43 quam valde dissitum. ‖ Denique Mauritio imperante (anno Chr. 582—602.) hanc obsidionem Sclavinorum accidisse, insequens bellum, antecedenti multo gravius, docet, quod posterius hoc nostro fuisse, Anonymi narratio unicuique apertum faciet. Annus belli ambiguus est; signis enim eam rem definientibus oratio scriptoris caret. Annum Christi 584. docti statuunt (Mauritii secundum tertiumve) [39]); quod quo jure factum sit, equidem non inveni. Sed peste, qua chagani (principis) Avarorum filii plurimi occubuere (ei morbo annum 597. assigno) bellum hoc prius fuisse, persuasum mihi est; quam et aliorum sententiam fore existimo.

Bella Sclavinorum primum et secundum dira pestis intercedit, ab Anonymo ante primum quidem bellum memorata, eo tamen non prior (AA. SS. cap. 111. 116. p. 144. 145.). Narrationis enim ratio atque institutum non alium oratori ordinem suadebat. Anonymus vero, cujus jam narrationem tradam, Demetrii opem praestitam *ἔναγχος γεγενημένον θαυματούργημα* dicit cap. 30. pag. 114. Idem ibidem: *Πρὸ γὰρ λίαν ὀλιγοστῶν ἐτῶν γεγένηται.* Idem (cap. 31. p. 115.): *Τὴν πρό τινος ὀλιγοστοῦ χρόνου θεήλατον ἐπελθοῦσαν τῇ πόλει ὀργὴν, οὐ τῇ πόλει δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ χώρᾳ πάσῃ, λέγω δὴ τὸν λοιμὸν ἐκεῖνον τὸν παμφάγον καὶ ὑπερβάντα μὲν μεγέθει κακοῦ τὰς ἐκ θεοῦ παιδείας τοῖς πώποτε καταπεμφθείσας κ. τ. λ.* Primum fructibus terrae, deinde jumentis corruptela immissa fuit. Malum deinde lactentes infantes valdeque teneros tentavit. Exin major coorta morbi

---

39) Vide Benedictum Hasium ad Leonem Diaconum pag. 510. ed. Bonn. Adde Schlosserum in Bilderstürm. Kaiser p. 34 seq.; quanquam Anonymi bellum, e Leone Allatio ibidem allatum, non primam Sclavinorum Thessalonicae sub Mauritio obsidionem spectat, sed secundam, multo graviorem, ejusdem imperatoris aevo tentatam. V. nos p. XLII. not. 20.

vis, omnesque extincti, exceptis senioribus. Visionibus tamen S. Demetrii per somnium in ejus templo oblatis aegrorum permulti sanati esse traduntur: ii, quos Sanctus visione sua non dignabatur, vel qui ecclesiam ejus non visitabant, curationemque domesticam praeferebant, morte ut plurimum absumti, vel diu valetudinis instauratione destituti sunt. Vide de his AA. SS. l. c. capp. 31—35. p. 115. 116. Is morbus num pestilentiae vulgaris signa prae se tulerit, ex Actis S. Demetrii difficile intellectu videtur. Valde tamen civitatem Thessalonicensium isto malo fractam fuisse, insequentis Sclavinorum belli historia docebit.

## Bellum Sclavinorum Thessalonicense secundum. 44

Avarorum rex legatos, ut quaedam peterent, ad Mauritium imperatorem misit. Ii cum re infecta reversi essent, barbarus, ira effreni incensus, omissa Constantinopoli aliud excogitavit. Cum enim omnibus Thraciae Illyricique civitatibus eo tempore Thessalonicam opum hominumque solertium multitudine excellere, Graecorumque imperatori maxime eam cordi esse sciret, convocatam ad se immanem Sclavinorum gentem, quae omnis ipsi parebat, item aliorum barbarorum vim Thessalonicam petere jussit. Fuit is maximus eorum, quibus prisco tempore obsessa civitas dicitur, hostium exercitus, aliis plus centum millia armatorum, aliis pauciores, aliis multo etiam plures fuisse existimantibus. Haec vero multitudo ideo iter suum celerrime conficere jussa erat, ut eam nonnisi uno ante adventum die adesse Thessalonicenses nossent. Erat mensis Septembris dies vigesima secunda, eaque dominica, cum incolae, vix quatuor vel quinque dierum intervallo hostes aparituros rati, [40]) eam ipsam ob causam in custodienda urbe satis negligenter versarentur. Barbari

40) Sclavinos jam tum conterminos urbi fuisse, ex hoc Actorum loco jure quis negabit. Adde Nos pag. LIX sq.

insequentis diei nocte prima sine strepitu ad muros accesserunt, Sancti vero Demetrii artibus obcoecati, Matronae martyris templum, [41]) ubi primus quoque Sclavinorum irrumpentium exercitus consederat, pro ipsa urbe habentes, aliquamdiu ibi detenti quieverunt. Postero mane cum urbem prope abesse vidissent, conferto agmine accedunt, scalas moenibus admovent. En aliud S. Demetrii miraculum. Neque enim spirituali jam, ut antea, obumbratione (ἐπισκιάσει νοητῇ), sed cadente sub aspectum actione Sanctus habitu hominis militaris in muro apparuit, primumque barbarorum, per scalas ascendentem, hasta percussum deturbavit. Fit inde civium armatorum ad moenia concursus, qui immensam sibi hostium multitudinem (Septembris dies XXIV illuxerat) circumfusam conspicantur. Sequitur obsidio urbis, simul castellorum extra positorum ac suburbiorum expugnatio (AA. SS. l. c. cap. 107—115. p. 143 sqq.).

Fuit eo tempore Thessalonicae status miserabilis, immo conclamatus. Afflixerat eam pestis, ad mensem usque Iulium grassata, quum brevis temporis, quinquaginta dierum, remissione divinitus concessa, barbarorum exercitus inopinatus accederet. Incolarum supererant admodum pauci, viribus per morbum attriti, senesque; unde Avarorum rex (bello ipse non intererat, coll. AA. SS. l. c. cap. 123. p. 149.) facilem urbis expugnationem exspectabat, quod postea e transfugis cognitum fuit (ibid.). Quod autem maximam consilii inopiam afferebat, ejus causa haec erat, quod civium militumque pars minima in urbe adesset, sc. multitudine (erat vindemia) in agris
45 exclusa. In Graeciam post pestem || multi nobilium militumque abierant, negotiorum publicorum necessitate evocati; alii, nec ii pauci vel ignobiles, Constantinopolin profecti erant,

41) Castellum dicitur ista ecclesia. Erat igitur munimenti instar, exteriorem urbis locum quendam defendentis; licet hoc Menologio Basiliano adversari puto (locum attuli p. 151 sq.), ubi S. Matrona intra ipsam urbem ecclesiam habuisse dicitur.

apud Mauritium imperatorem acturi adversus eum, qui Thessalonicae tum praesidebat (AA. SS. ibid. cap. 116. p. 155 sq.). Nec tamen prudentioribus inopinatam belli calamitatem venisse video. Octavo decimove ante obsidionem die Eusebius, Thessalonicae archiepiscopus, per nocturnam quietem in publico civitatis theatro, [42]) magna praesente spectantium multitudine, sedere sibi visus, quum loco dignitati suae minus conveniente abire vellet, conspexit tragoedum in eam theatri partem, quod λογεῖον (pulpitum) dicitur, ingredientem, sibique dicentem: *exspecta: namque te et filiam tuam lamentari debeo.* Erat autem ea viri sancti filia Thessalonicensis civitas (AA. SS. ibid. cap. 120. 121.). Attuli haec in compendium contracta, addamque alia, cum ad genium aevi illius significandum (somniis ac visionibus omnem ferme Byzantinorum historiam inniti video); tum ad memoriam praesulis eximii, Eusebii, ab oblivione vindicandam. Is enim vir sanctus, qui per omne bellum bis tantum memoratur (cap. 112. 123.), praefecti locum nisi titulo, tamen reapse obtinuisse videtur; nec errabunt, qui magnas ejus partes in servanda civitate fuisse existimaverint, quanquam more suo Acta S. Demetrii omnia soli Sancto tribuunt.

Obsidionis primo die barbari commeatum, captivos, frumenti quam plurimum, aliorum, quos rapuerant, fructuum copiam colligebant. Omnia enim, quae ex agricultura erant seposita, foris adhucdum asservabantur, licet barbarorum multitudini vix in diem suffectura; qui brevi post, ad alia nutrimenta delati, fame premebantur. Eadem vespera terrae motus cum fulguribus et fragoribus accidit, testante Anony-

---

42) Ni praesul somnians vetera novis miscuit, erit hic locus documento, fabulas quasdam scenicas vel tum (seculo VI. vel VII.) Thessalonicae doctas fuisse. Quid? quod seculo XII easdem antiquitatis reliquias ibidem deprehendisse mihi videor (Eustath. opuscc. p. 106, 80. 90). De theatro Thessalonicensi v. Nos pag. 164 sq.

mo l. c. cap. 124. p. 149. [43]) Postridie magnam tormentorum suppellectilem jumenta barbarorum urbi admovent, inter quae cameli (cap. 125. 135.). Sequitur tertio die ipsa obsidio, incolis indesinenter S. Demetrium in ejus templo implorantibus (cap. 125—130.). Ab isto inde die multi hostium, ad transfugiendum pellecti, in balneis publicis, quorum nullus tum usus, collocabantur. Multum ea res ad erigendos obsessorum animos contulit, primis diebus de sua salute de-
26 sperantium; dehinde viri Thessalonicensis visio (ἔκστασις), illustrium dignitate, sic vocabatur, condecorati. [44]) Is ante Demetrii fores stare sibi visus est. Dein aedes ingressus, atque in ciborium Sancti intromissus, eum vidit angelica forma sedentem, et de civitate sua preces ad Deum cum multis lacrymis fundentem. S. Demetrius cum viro illustri colloquens bono eum animo esse jubet. His divulgatis, animus civium auctus dicitur (cap. 154. 155.). Ferocior barbarorum pars eo die murum civitatis borealem atque occidentalem multis tormentis vexavit; aggerem quoque ligneum mari injecit, in portum urbis inde irruptura. [45]) Verum aggerem cives machina quadam fractum per mare disjecerunt. Vexata quoque tormentis pars fuit urbis orientalis: et primum quidem in porta Cassandreotica. Ea testatur anonymus narrationis auctor, qui suis ibi militantibus interfuit. [46]) Barbari infecta re dis-

---

43) *Πειραθέντες*, ait, *ἐναργῶς λέγομεν* (*experientia clare edocti loquimur*). Terrae motus alius in bello Sclavinorum quarto accidit, de quo v. sqq. Harum calamitatum conspectum quendam dedi p. 25 sq.

44) AA. SS. l. c. cap. 149 (pag. 158.): *Ὡς ἔφη, κατ' ὕπνους, ὡς δὲ ἀκριβέστερον τοῖς γνησιωτέροις ἐλέγη, ἐν ἐκστάσει γενόμενος.*

45) AA. SS. l. c. cap. 132.: *Ξύλινον γῆν* (l. *χοῦν*) *καὶ πλατεῖαν* (*ligneum aggerem et quasi plateam*).

46) AA. SS. l. c. cap. 132. pag. 152. Hunc locum affert Leo Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis p. 97.

cedunt. Dein moenia istius partis frangere conantes, a militibus repelluntur (cap. 134. 135.). Quarto die eandem urbis partem (orientalem) ingentes lapides e tormentis missi petunt; verum igneis telis machinae incensae fuere. Iterum hostes abscedunt. Sequitur quinto die maximus omnium ac saevissimus in eandem murorum partem impetus. Utebantur eo loco Slavini tormentis plus quinquaginta, a quorum vi variis tegumentis obsessi moenia defendebant (cap. 139. 140). Eodem die s. insequenti incolae, per portam maritimam eruptione facta, quosdam hostium obtruncant (cap. 142). Septimo die (erat dominica) quietem agebat barbarus, novae pugnae (sic visum) se accingens. Iam vero hora octava, nemine exspectante, tentoriis relictis, milites ejus fugientibus similes montes urbi imminentes petunt; ubi per horas tres commorati, [47]) ejusdem diei vespera nullo ordine servato castra repetunt. Insequentis diei mane multi hostes ad moenia accessere; sed pars longe major per noctem absque strepitu dilapsa erat (cap. 144. 145). A transfugis cognitum fuit, peste barbaros laborasse; territos quoque visione quadam, hora octava dominicae antecedentis. Cum enim ad montes fugerent, Thessalonicensium copias, spe multo majores, e portis emitti sibi visas referebant, ductu viri lucidi et paludati, equo albo vecti (cap. 123. 145—148).

In ea obsidione multum incolas id juvit, quod hostes, urbem non subitario impetu tentantes, diebus aliquot praetermissis opus suum aggressi sunt. Idem in tertio || Sclavino- 47
rum bello acciderat. Ceterum tormentis tum ac posthac instructos videmus, quorum genera rei militaris curiosi ex Actis S. Demetrii cognoscent. In tempore huic obsidioni assignando haereo, quanquam peste non semel memorata aliquid lu-

---

47) AA. SS. l. c. cap. 144.: Ἰδόντες, ἃ εἶδον, ὡς ὕστερον ἔγνωμεν (*cum vidissent, quae videbant, ut deinde cognovimus*). Horum sensus e sequentibus elucebit.

cis nostrae quaestioni affundi video. Mauritii [48]) imperio et hoc bellum et antecedens tribuendum esse docui. Iustinianea, quam dicunt, pestis, anno 531 Cpolin adorta, annos vero 63 paulove plures grassata, [49]) quum seculi sexti fine desiisse dicatur, ex annis autem 581—603 solus annus 597 Septembris die XXII dominicam habuerit, ego bellum hoc Sclavinorum secundum, quocum Thessalonicensis pestis jungitur, anno Christi 597 accidisse puto. Et paulo ante regi Avarorum, qui Sclavinorum turmas Thessalonicae immisit, febris ac pestis septem filios cum magna gentis multitudine exstinxit, coll. Strittero Avaricorum cap. 117. (Memor. T. I. p. 728.). Brevi post primam incursionem hoc bellum evenisse Hasio videtur (ad Leonem Diaconum lib. X. p. 510. ed. Bonn.). [50]) Anonymi narratio nil quidem de sedibus illorum Sclavinorum prodit. Nondum tamen Thessalonicensi agro conterminos tum fuisse, e silentio ejusdem auctoris conjicio; quem, si Sclavini isto jam aevo prope Thessalonicam sedebant, non magis id taciturum fuisse puto, quam reliquorum Slavicorum bellorum scriptorem, Anonymum posteriorem (AA. SS. l. c.

---

48) Teste Damasceno hypodiacono Studita Thessalonicensi homil. XXXV (p. 511. ed. Ven.) Thessalonicensibus imperator Mauritius copias militares defensionis gratia misit. Eum scriptorem (seculi puto XVI) Actis S. Demetrii plenioribus usum video, quam ea sunt, quae edidit Cornelius Byeus. Ibi hostes dicuntur Avari, sc. Sclavinorum domini.

49) Hecker, Geschichte der Heilkunde. Berol. 1822. 1829. Tom. II. p. 135—154. 433.

50) Ad annum 599 (Mauritii 18) Avaricam pestem Strittetus rejicit l. c., quamquam e Theophylacto Simocatta (Hist. 7, 15.) anterior aliquis annus probabilior esse videtur. Dein vide, ne ipsi Sclavini morbum primi belli occasione Thessalonicensibus intulerint. Aliud vero narratio Anonymi suadere videtur; et Iustinianeam pestem maritimis potissimum commerciis sparsam puto, coll. Heckero l. c. T. II. p. 143. Pestem cum fame iterum deprehendo imperante Phoca (a. 602—610), coll. Theophane chronogr. pag. 248. ed. Paris.

cap. 158 sqq. pag. 162 sqq.), alii aevo assignandum. Is enim sedes illorum, cum Macedonicas, tum Thessalicas, significare non omittit. Prae aliis tamen gentibus, Istrum transgressis, propiores illos Sclavinos Thessalonicae jam sexto seculo fuisse, inde vix temere conjici existimo, quod iis potissimum praeter alios barbaros, quorum nomina tacentur, belli Thessalonicensis administratio ab Avarorum rege mandabatur (AA. SS. l. c. cap. 109.).

Bellum Sclavinorum secundum brevi intervallo fames secuta [51]) totam cum ipsa civitate regionem pressit, non solum ob vastationem agri hostilem, quae maxima fuisse videtur, sed aliam quoque ob causam. Quippe rumor incesserat, captam esse a barbaris Thessalonicam; quo moti omnes, qui maritimam mercaturam exercebant, urbe devitata, aliorsum merces suas vehebant. Verum nec ea tempestate Sanctus patriae suae opem ferre detrectavit. Is enim Stephano cui- 48
dam, nauclero, magnum frumenti onus vehenti, et regiam Byzantii urbem petenti, ad insulae Chii plagam, eo habitu, quem imagines ejus referunt, sumto, clare per tempus diurnum in navi adstitit, hortans, ne Constantinopolin iret, sed Thessalonicam; dein obviis navibus urbem servatam esse nuntiaret, eodemque ire juberet. Obsequitur Stephanus, cursu mutato Thessalonicam navigat, Sancto diu per fluctus maritimos praeeunte: simul praeternavigantibus aliis, ut eodem properent, suadet. Ita evenit, ut ante reditum legatorum, qui ob famis calamitatem ad Mauritium imperatorem profecti erant, ciborum penuria civitas solveretur (AA. SS. l. c. cap. 65—68.).

Brevi ante orationem Anonymi habitam (scripsit post obitum Mauritii a. 602) alia fames civitatem, immo Graecorum imperium cum urbe regia invasit; quae calamitas num a scriptoribus coaevis memoretur, nondum inveni. V. tamen

51) AA. SS. l. c. cap. 65. pag. 127., coll. cap. 124.

Theophanis chronicon p. 248. ed. Paris. Monendum videtur, eam famem nemini debere miram videri. Namque Mauritii aevo, quo funestius in Graecorum Byzantinorum historia vix aliud inveni, exceptis paucis locis, regnum Europaeum, unde victus Constantinopoli reliquisque urbibus veniebat, adeo devastatum fuisse videtur, ut frumenti peregrini advectione maritima opus esset, quam tamen Sarazenos saepius impedisse puto. Sic factum est, ut foecundissimae terrae, Macedonia inquam et Thracia, imperii Europaei antea nutrices, frumento externo ipsae indigerent, quod Acta S. Demetrii non uno tantum exemplo monstrant.

Verum redeo ad Thessalonicenses. Eos fames, imperio Mauritii vel Phocae (a. 602—610) non improbabiliter assignanda, adeo exagitabat, ut a tumultu prope abessent. Sed ecce idem Sancti Demetrii auxilium repente apparuit. Is enim, ut Actorum verbis utar, diviniori obumbratione nautis plurimarum regionum intellectualiter suasit, ut naves suas (instabat hiems), omni victus genere onustas, Thessalonicam deveherent. Obumbrationem illam intellectualem sequens historia aperiet, ad significandum aevi illius genium narranda. Vir pius, cujus ministerio magnus Abydi comes (praefectus) utebatur, ejus jussu Chium insulam administrabat, frumento (ut videtur) Cpolin fame pressam advehendo prospiciens. Is de navium mora dolens, animumque ob raritatem appellentium despondens, per somnum habuit visionem; deinde vocem audivit expergefactus, visioni respondentem: *quid animum despondes? Scito, S. Demetrium tibi assidere, navesque hinc omnes datis arrhis praereptas Thessalonicam mittere.* Ille anxius ob comitem Abydi, ne vilis ab eo reprobusque in munere haberetur, in S. Isidoris martyris templum, quod in Chio insula est, [52]) se confert, ut ab incolis, quis ille De-

52) Hoc Chii templum Ducas quoque memorat histor. cap. 42. (pag. 322. ed. Bonn.): *Καὶ τὰς ἀγκύρας χαλάσας ἔστη ἐγγὺς τοῦ ναοῦ τοῦ μάρτυρος Ἰσιδώρου.*

metrius esset, edoceretur. Ibi incidit in homines vesanos, quorum daemones licet inviti veritatem ei manifestant, per convicia S. Demetrio ingesta clamantes, eum ipsum hastis confossum (sc. Sanctum) naves omnes Thessalonicam abduxisse. Quibus auditis vir pius, somnium || vocemque auditam 49
firmius amplectens, veritatem tamen non discernens, suspicatur, Illyrici praefectum hominem suum, Demetrium, misisse, qui nautas frumentarios suasione sua vel vi Thessalonicam mitteret. Statim suspicionem suam eidem praefecto, Thessalonicam tenenti, per literas aperit; dein etiam comiti Abydeno (a quo timebat), qui totam rem imperatori denuntiat. A quo Illyrici praefectus per literas increpitus, juramento se obstrinxit, neminem a se missum fuisse, nisi in Siciliam (ob frumentum, puto: Actorum enim verba haec, ut alia, tacent); eum vero necdum reversum esse, nec Demetrii nomen habere (AA. SS. l. c. cap. 69 – 75. pag. 129 – 131.). Eadem praefectus auctori hujus narrationis dixit, Chiumque scripsit Abydeni comitis ministro. Vidimus pristini aevi, quam dicunt, superstitionem, eo quoque nomine singularem, quod S. Demetrius jam tum non solum per somnia vim suam fere divinam exercebat, verum etiam ut Dioscurorum unus nautis assidebat; cujus rei aliud exemplum paulo inferius afferam. Taceo de arrhis, quas nautis Chium appellentibus Byzantiumque petentibus ab ipso S. Demetrio datas esse narratio Anonymi perhibet. Unusquisque enim Sancti opes per publicae calamitatis occasionem a clericis Ejus prudenter humaneque erogatas fuisse intelliget; nec facit, ut sententiam meam mutem, praefecti Thessalonicensis jusjurandum imperatori delatum. Alia licebant viris sanctis, licet urbi regiae victum abstrahentibus (frumentum, Chium insulam praetervectum, urbis regiae erat); alia secularis administrationis hominibus, qui e Sicilia remota Thessalonicensium suorum annonae prospicere jubebantur. Liberalissime vero Thessalonicenses seculo duodecimo, capta per Normannos urbe, ejusdem S. De-

metrii opibus nutritos fuisse, satis constat ex Eustathii narratione Normannica cap. 113 (Opuscc. pag. 298, 77 sq.).

Sub Phocae imperio, quod Mauritium excepit, [53]) maximis turbis regnum Graecorum lacerabatur. Motae Cilicia, Asia, Palaestina omnesque regiones ad regiam usque Byzantii urbem; adeo, ut populis contribulium sanguine in foro inebriari non solum non sufficeret, sed jam etiam in aedes invicem irruerent, mutuisque caedibus se obtruncarent; qui vero in tecta profugerant, eos desuper proturbarent; cognatos quoque exspoliarent, domosque incenderent (AA. SS. l. c. cap. 77.
50 p. 132). [54]) Calamitatis ‖ orientalis fama, in Illyricum perlata, ibi quoque motum excitavit. Maxime tunc Thessalonica dissensione civium mutuaque suspicione laboravit, suum ipsius interitum sic jam parturiens, ut ad ensem adversus omnes emittendum minima causa indigeret. Quod malum ne erumperet, divina providentia cautum fuit Sanctorumque ineffabili obumbratione (*ἁγίων ἀῤῥήτῳ ἐπισκιάσει*). Vir enim modestus Illyricique praefecto cognatus, e Graecia [55]) pro-

---

53) Mauritius occisus fuit a. 602., imperator non in omnibus contemnendus. Conf. Lebeau, histoire du bas-empire, ed. de St. Martin. lib. 51. cap. 42 (T. X. pag. 196 sq.). Formula *beatae sortis* (*εὐσεβοῦς λήξεως*) bis de eo utitur Anonymus (capp. 76. 109.). Ergo post imperatoris mortem scripta est ejus narratio: num sub Phoca, ejus successore (a. 602—610), dubium. Mihi tamen formula illa persuadet, non sub Phoca Anonymum scripsisse, sed initio fere Heraclii (a. 610—641). Namque Phoca imperante, a quo Mauritium regno vitaque privatum fuisse constat, nemini fere Mauritium *beatae sortis* imperatorem dicere licebat. Accedit totius narrationis habitus, qui orationem eam durante Phocae tyrannide scribi haberique vix potuisse, cuivis docto persuadebit.

54) De Phocae imperio v. Lebeau, hist. du bas-emp. T. X. p. 413—452. T. XI. p. 2 sq.

55) *Ἑλλάδα* Acta nostri Sancti hoc loco et alibi veterem Graeciam dicunt, opposito regno Graecorum universo (*Ῥωμαίων βασιλείᾳ*). V. Nos p. 221.

fectus, Thessalonicam appulit; in qua civitate (nondum turbatum ejus ordinem audiverat) hujusmodi somniorum visio ei apparuit. More eorum, qui (per maria maxime) primum in eam civitatem veniunt, nil antiquius habuit, quam ut sanationum fontem, S. Demetrii templum, adiret. Aedes sacras ingressus cum orasset, conspexit magnificum monumentum in media ecclesia exstructum. Edoctus a praesentibus de monumenti consilio (erat S. Demetrii ciborium), [56]) propius accedit, intromitti gestiens, ut, quae intus sint, lustret. Apertis monumenti januis videt lectulum argenteum in medio positum. Hujus ad partem, quae est ad caput, thronum, auro gemmisque solidum, eique Sanctum eo, quo pingitur, habitu insidentem conspicit: ad eam partem, quae ad lectuli pedes est, thronum alterum, argenteum, cui imposita erat mulier quaedam decentissima visuque pulcherrima, fixis in Martyrem oculis hunc ipsum intuens. Ea loco suo surgens exire e ciborio vult. Verum S. Demetrius, impetu maximo et ipse surgens, manu mulierem retinet, retractam in throno suo rursus collocat, addito: *per Dominum, ne hinc exeas relinquasque civitatem, cui semper quidem, sed hoc potissimum*

---

56) Sequitur in Actis (cap. 82. 83. p. 133. 134.) descriptio operis pretiosissimi; unde quaedam eorum s. amplificari s. emendari posse video, quae alii docti de ciboriis ecclesiarum Graecarum narrarunt. V. Du-Cang. Gloss. Lat. et Gr. sub vv. *ciborium*, *κιβώριον*, *κιβούριον*. Adde Bened. Hasium ad Leonem Diaconum libro X. p. 510. ed. Bonn. Discrimen vero, a Du Cangio (Gloss. Gr. vv.) inter *κιβώριον* et *κιβούριον* statutum (ut illud sit *umbraculum altaris*, hoc vero *conditorium sepulcrale*), non agnoscunt Acta Sancti nostri, siquidem recte ea edidit Cornelius Byeus. Demetrii enim monumentum sepulcrale, in ejus ecclesia collocatum, semper *κιβώριον* dicunt, non *κιβούριον*. Idem Sancti ciborium puri sermonis studiosissimus Eustathius (Opuscc. pag. 294, 8. p. 296, 61. p. 299, 47.) simpliciter *τάφον* vocat, tum quoque (a. 1185) argenti mole satis magna ornatum. De hoc monumento v. Nos p. 117 sq.

*tempore necessaria es*! Peregrino intrare non auso aedituus monumenti, quum ille, quaenam illa mulier esset, rogasset, *haec est*, respondit, *domina Eutaxia* (*κυρία Εὐταξία, bona rerum ordinatio*), *quam Sancto Deus multo a tempore collocavit* (*παρακατέθετο*). *Eam ille custodit, nullo modo exire sinens.* Expergefactus peregrinus praefecto sibi cognato, quae per quietem viderat, narrat; uterque de sensu vi-
51 sorum, quem ipsi non assequebantur, per monachum rite edocti, rem divulgant. Restituta civium concordia, quae proximo quoque biennio, innumeris modis tentata, Iesu Christo Sanctoque Demetrio cooperantibus, intemerata permansit.

Biennii modo dicti historia Thessalonicensis, qua Byzantinae quoque res ut antea illustrari poterant, intercidisse videtur; quod maximopere dolendum. Phocae enim imperatoris res Europaeae luce historica admodum carent. Nos vero, relicto Demetrio, cujus Sancti cum Eutaxia muliere convictum mysticum consuetudini Numae Egeriaeque docti assimilabunt, [57]) reliqua Thessalonicae bella Slavica sequentibus paginis enarrabimus.

## Bellum Sclavinorum Thessalonicense tertium.

Evenit hoc parte posteriore seculi post Chr. septimi, quum Thessalonicensem thronum Ioannes II. teneret, qui sextae synodo generali interfuit, et subscripsit ut episcopus

---

57) Occurrit quoque veteris Graeciae Hora Eunomia, a Pindaro Olymp. XIII, 6. (Dilucc. T. I. p. 440.) ut boni status Corinthiorum civilis diva praeses, cum sororibus Dice et Irene laudata. Sanctus autem Demetrius non solum corporum atque animorum arbiter Thessalonicensibus fuit, ut alter Apollo medicus vatesque; verum etiam terrae, maris, aëris, ventorum, pluviae dominus (Eustath. opuscc. pag. 180, 20 — 30. pag. 181, 50 — 60 sq.). Horarum sacra, praeter alias veteris religionis partes, in hoc Sancto servata et continuata sunt.

Thessalonicae vicariusque (*βικάριος*) apostolicae sedis et legatus (*λεγατάριος*), coll. Michaele Lequienio in Or. Christ. II. 42. A. B. Pro sacris imaginibus eundem scripsisse, testantur Acta septimae synodi generalis, actione 5. (Mich. Lequ. ibid.). Sub ejus igitur episcopatu factum est, [58]) ut Sclavinorum populus, numero infinito, ex Drugubitis, Sagudatis, Belegezitis, Baiunitis, Berzitis aliisque gentibus, quae navibus monoxylis utebantur, congregatus, immane quantum insolesceret, Thessaliamque omnem et insulas juxta illam et Graeciam sitas, dein Cycladas, Achaiam, Epirum, totum fere Illyricum atque Asiae partem vastaret, denique Thessalonicam quoque terra marique oppugnare constitueret. Et naves quidem juxta plagam urbis maritimam collocatae; terrestris vero exercitus ab oriente, septentrione atque occidente civitatem ita circumdare coepit, ut familias quoque suas promiscuas cum earundem supellectile adveherent, in civitate post 52
expugnationem haud dubie sedem fixuras. Erat iis diebus Thessalonicae status conclamatus. Naves indigenarum ac vicinorum nullae aderant, quae, nisi aliud, tamen portus ostium defen-

---

58) Anonymus AA. SS. l. c. cap. 158., antecedente Anonymo posterior, narrationem suam sic inchoat: *Ἐγένετο τοίνυν, ὡς εἴρηται...* Vides, antecessisse alia, qua jam desiderantur. Similia ejusdem scriptoris desiderantur in bello Sclavinorum quarto; item in seqq. Anonymus paulo post addit: *Διὸ δή, ὡς οἶμαι, μὴ συγγράψασθαι λοιπὸν τὰς ἑτέρας, ὡς προείπομεν ἐν ἑτέρῳ, πολιορκίας.* Scripserat igitur Ioannes narrationem antecedentium quarundam obsidionum; eas, quae suo aevo acciderunt (erant duae), omiserat. Ioannis narrationem non habemus. Sed fieri potuit, ut praesulis illustris nomen commentario prioris nostri Anonymi (quod factum in Mss.) imponeretur; quanquam hic idem Anonymus, Ioanne II. seculo dimidio prior, rerum ab ipso narratarum testem oculatem se haud dubie ostendit. De his v. quoque Corn. Byeum in praevio commentario cap. 22 sqq. Adde Benedictum Hasium ad Leonem Diaconum lib. X. p. 511.

derent; consternatio vero a profugis urbi illata talis fuit, qualem vix aliam pristino aevo fuisse compererant. Eam vero desperationem quomodo Deus O. M., precibus S. Demetrii non despectis, in hostium capita retuderit, sequentis narrationis compendium exponet (AA. SS. l. c. cap. 158. 159. pag. 162 sq.).

Primi dies a civibus obsessis, qua opportunitate in superioribus quoque bellis usi fuerant, ad animos colligendos resque suas ordinandas absumti fuere. Barbari eo tempore nil egere, nisi ut naves suas adversus telorum jactum pellibus contegerent. Dein stupore a Sancto illis injecto, non recto ad moenia cursu accedebant, sed sinuosum quendam locum, Cellarium antiquitus dictum, navibus suis occupabant, unde fallaciae quid adversus portum meditarentur. Ibi quum detinentur, cives, audacia recepta, introitum portus catena, scalis ligneis inserta, obstruunt; intus naves, ligno advehendo inservientes (*cubaias* dicunt), colligatas eidem ostio apponunt. Simul eam urbis partem, cui vicinum intaminatae Deiparae templum, cum esset negligentius munita, fossa firmant, et varia instrumenta ad hostem eludendum vel propulsandum ibidem collocant (AA. SS. l. c. cap. 160. 161. pag. 163.).

Triduo inter has civium Thessalonicensium operas elapso, cum Slavica classis duorum circiter milliarium spatio moenia speculandi causa circumvecta esset, die quarto, ubi aurora illuxit, universa barbarorum gens, clamore sublato, in muros civitatis irrupit, aliis lapides per tormenta jaculantibus, aliis scalas admoventibus, aliis ignem telorumque nimbum mittentibus. Simul fortissimorum classiariorum alii partem urbis modo memoratam, ubi Deiparae intemeratae templum, alii turrim, scalae ecclesiasticae ex occidente appositam, magna vi adoriuntur (AA. SS. l. c. cap. 162. 163. p. 163. 164).

Eo tempore propugnator patriae gloriosissimus, S. De-

metrius, chlamydem albam ferens, ac primo quidem moenia percurrens, dein supra mare, veluti in terra continente, cursim ambulans a plurimis dilucide fuit conspectus, non solum Christianis, hoc spectaculo dignatis, verum etiam genuinis Ebraeorum filiis. [59]) Maxima tum Slavorum classi perturbatio a Martyre immissa est, quae tanta fuit, ut naves navibus illiderentur, nautaeque mutua caede contrucidarentur. Factum hoc Sancti artibus, sic volentibus Actis (cap. 164. 165. Veritas tamen omnis non intercidit, quamquam anonymus Actorum scriptor rem modo narrandam post conturbationem navium accidisse narrat. Cum enim venti maritimi (erat hora diei secunda) tempus justum nondum adesset, 53
subito ventus peregrinus afflavit, ut residuae barbarorum naves movere ad revertendum non possent. Sic consummabatur earum clades. [60]) Abscissa hostium capita cives exercitui Sclavinorum terrestri e muris monstraruut. Bellum terrestre Acta non ulterius prosequuntur. Non minus tamen lugubre barbaris fuisse, inde cognoscitur, quod ducem eorum (ἔξαρχον), nomine Chatzon, [61]) captum a Thessalonicensibus legimus. Is regulus pro more suo, essetne Thessalonicam

---

59) Habuit igitur Thessalonica seculo septimo incolas Ebraeos, coll. iis, quae exposuimus pag. XIV sq. Memoratus ibidem *gutturum* locus (τὸ λεγόμενον τῶν βρόχθων μέρος) num fuerit intra urbem, an extra, nondum inveni. Adde Nos p. 168 sq.

60) Imprudenter administratum tum hoc bellum a Sclavinis fuisse puto, tum antecedens utrumque. Classemque nautarum stupor perdidit, dein ventus inopinatus, cujus non ultimae partes in confundendis hostium consiliis fuere. In reliquis miror, quod ventus peregrinus non eidem Sancto (ventorum arbitro) tribuitur, cui nautarum consternatio. Sed erant quaedam relinquenda providentiae divinae, inter quam Sanctumque divisa fere Thessalonicensium rerum cura coelestis fuit.

61) Vox *Chatzon* (Χατζὼν) viri dignitatem, non ipsum ejus nomen significare mihi videtur. Sed decernent linguae Slavicae docti.

ingressurus, oraculi petitione discere voluerat. Responsum fuit, fore ut ingrederetur. Quod quomodo factum sit, modo narravi. Eum primores quidam civitatis, domi suae, lucri alicujus ac morum improborum causa (*καὶ τρόπων οὐκ εὐλόγων χάριν*, i. e. impudicitiae) absconderant. Verum mulieres, a Sancto Demetrio, Jesu Christi consiliis edocto, excitatae, e domo, ubi latebat, eductum tractumque per civitatem lapidibus oppresserunt. Addit Anonymus in fine orationis suae, nolle se iis, quae rustico sermone [62]) de Sancto narrasset, fidem ab audientibus denegari. Quodsi enim quis haec pro falsis habeat, „is", inquit, „lustret tabulam, ad ligni,[63]) quod vocant, locum suspensam, in qua omnis ordo belli pictus conspicitur." Vixit igitur Anonymus noster non in ipso hujus belli Slavici conflictu, immo satis remoto hinc tempore, seculo octavo. Quomodo enim coaevus ad defendendam narrationis suae fidem tali argumento uti poterat? Ceterum Anonymus quoque antecedens contra incredulos narrationis suae auditores passim disputat, miraculorum veritatem defendens, non rerum gestarum. Hostes fuisse Sclavinos, non uno tantum loco Acta S. Demetrii testantur. V. cap. 158—160. 164. 166.

Antequam ad bellum Sclavinorum Thessalonicense quartum transeo, dicendum de ea narrationis Actorum Sancti parte, cujus mihi momentum in illo historiae Byzantinae stadio haud

---

62) Sermonis minus elegantis signa reliquus quoque orationis tenor prae se fert. Superioris ordinis clericum talia de se confessum non credo; immo diaconum quendam vel lectorem Thessalonicensem, minime tamen imprudentem indoctumque, orationis hujus auctorem esse suspicor.

63) Lignum pro turri ecclesiae alicujus, e. g. Demetriacae, dictum puto, in quo *ξύλον* (*campanam* dicimus, quanquam alia hujus signi apud Graecos forma) appositum fuit. De his v. Nos pag. 109.

leve esse videtur. Sunt nomina gentium Macedoniae Thessaliaeque Slavicarum. Affert Anonymus Drugubitas, Sagudatos, Belegezitas [64]), Bajunitas, Berzitas, alios, quorum nomina ‖ omittuntur. Has Sclavinorum gentes 54
apud alios scriptores Cornelius Byeus (AA. SS. l. c. p. 164.) non invenisse testatur. Sed Drugubitarum (Dragubitarum) et Sagudatorum nomina Byeo non inspectus Cameniata praestat (de expugnatione Thessalonicae Sarazenica anni 904. c. 6.): *Διήκει δὲ* (planities ex occidente Thessalonicae) *τὴν ἡλίου δύσιν ἀποσκοποῦν, ἕως τινῶν ἄλλων* (sc. *ὀρῶν*) *παρατεινόμενον, ἔνθα καὶ πόλις τις Βέρροια καλουμένη κατῴκισται, καὶ αὐτὴ περιφανεστάτη τοῖς οἰκήτορσί τε καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οἷς αὐχεῖ πόλις τὴν σύστασιν. Ἐμπεριέχει δὲ τῷ διὰ μέσου χώρῳ τὸ πεδίον τοῦτο καὶ ἀμφιμίκτους τινὰς κώμας· ὧν αἱ μὲν πρὸς τῇ πόλει τελοῦσι, Δρουγουβίται τινὲς καὶ Σαγούδατοι τὴν κλῆσιν ὀνομαζόμεναι· αἱ δὲ τῷ συνομοροῦντι τῶν Σκυθῶν ἔθνει οὐ μακρὰν ὄντι τοὺς φόρους ἀποδιδόασι. Πλὴν γειτνιάζουσιν ἀλλήλαις αἱ κῶμαι.* Ex his apertum est, Sclavinorum Drugubitarum et Sagudatorum pagos, sibi conterminos, Thessalonicae et Berroeae vicinos fuisse; utri civitati seculo X (Cameniatae aevo) paruerint, Berroeae an Thessalonicae, e Cameniatae verbis non apparet. *Urbis* tamen (*πόλεως*) simplex usus Thessalonicam significare videtur; idemque suadet capitis 20. contextus, ubi Cameniata *τῶν πλησιοχώρων*, ait, *Σκλαβίνων, τῶν τε ὑφ' ἡμᾶς* (significatur provincia Thessalica s. Thessalonicensis) *τελούντων, καὶ τῶν ὑπὸ τὸν στρατηγὸν Στρυμόνος* (i. e. provinciae Strymoniae). [65]) Memorantur ibi alii

---

64) Inscriptio hujus sectionis in AA. SS. l. c. haec est: *Περὶ τῆς κατασκευῆς* (de apparatu bellico s. expeditione) *τῶν Δραγουβιτῶν* (sic), *Σαγουδατῶν, Βελεγεζιτῶν καὶ λοιπῶν.*

65) Sclavinos Drugubitas et Sagudatos e Cameniata (cap. 6., coll. 20.) affert Stritterus Slavicorum capite 122 (Memor. T. 2. p. 95.). Priores, Thessalonicae diöcesanos, nondum, ut

quoque Scythae, liberi etiamtum, Sclavini Bulgarique puto. Nomina eorum ignoro. Sedes autem fixas hi Sclavini jam seculo VII in Macedonia habebant, persuadente contextu Acto-
55 rum S. Demetrii. Venio ad Sclavinos Belegezitas. Eos in Thessalia colloco, coll. AA. SS. l. pag. 176. (secundum Excerpta Cornelii Byei). Flagrante enim bello Sclavinorum Thessalonicensi quinto civitas frumenti causa naves misit ad Belegezitas, qui testibus Actis Thebas Phthioticas ac Demetriadem, ad sinum Pagaseticum (Volo) sitas, tum temporis tenebant, pacemque cum Thessalonica eo aevo agebant. Hos Belegezitas in hodiernae urbis Thessalicae nomine *Velestin* deprehendisse mihi videor, quae lacui Boebeïdi vicina est, alio hujus libri loco a nobis illustranda. Ab horum nomine formam Belzetiae alibi obviam non diversam esse existimo. Theophanes in chronographia (p. 400. ed. Paris., p. 318. ed. Ven.): *Ἀκαμῆρος, ὁ τῶν Σκλαβινων τῆς Βελζητιας ἄρχων, νυχθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλαδικῶν, ἐξαγαγεῖν τοὺς υἱοὺς Κωνσταντίνου, καὶ προχειρίσασθαι ἐξ αὐτῶν βασιλέα . . .* Ubi vox *Ἑλλαδικῶν* (de qua v. Nos p. 221.) facit, ut de Graecia veteris sensus cogitem, non de Thracia cum Strittero (Memorr. populorum etc., in indice hist. p. 250.). Hancque Theophanis Belzetiam e septentrione Athenarum quaerendam esse monet Fallmerayerus in libro eximio: *Entstehung der heutigen Griechen* p. 87 sq. Bene quidem, quanquam talia ego neque apud Theophanem l. c. inveni, neque in loco parallelo Zonarae annal. 15, 13. Incertum quoque, num Fallmerayerus Atticam (borealem), Boeotiam, Thessaliam etc. intelligi velit.

---

sedem eorum spectes, inveni, coll. Nobis pag. 59. Sagudatos, infra in Actis repetitos, praeter haec ipsa Anonymi verba et Cameniatam l. c. cap. 6. alibi non deprehendi. Ceterum vox *Dragubitae* s. *Drugubitae* (*Drogobitae*) similem sonum prae se fert, quem Rossicum *Dorogobusz*. Et Drugubitas Rossicos seculi X principi Ciabae (Cioviae) subjectos dicit Constantinus Porphyrogenitus de administratione imperii cap. 9.

Res a Theophane Zonaraque narratae in annum secundum Irenes imperatricis incidunt, i. e. annum Chr. 799. Pergo ad Berzitas Actorum Sancti Demetrii. Hos quoque Thessalicos esse puto, ut Belegezitas. Quod ut statuam, facit Actorum Sancti mos, harum gentium Slavicarum paria singula jungendi, velut Sclavinos Drugubitas et Sagudatos, Sclavinos Strymonios et Runchinos, quod posterius gentium par deinceps nos illustrabimus. Berzitarum nomen iterum deprehendo apud Cedrenum (histor. ed. Paris. Vol. II. pag. 67., ed. Ven. pag. 369.), ubi eorum terra dicitur *Βερζητία*. Ibi agitur de bello Graecorum Bulgarico a. Chr. 774., mensis Octobris, anno 32 Constantini Copronymi. Ceterum Berzitas Cedreni cum Strittero (Memorr. l. c. p. 250.) Thraciae assigno e septentrione Constantinopoleos. Berzitarum nomen confero cum formis Slavicis *Brz, Brza* etc., coll. Schaffarikio in libro eximio: *Ueber die Abkunft der Sclawen.* Ofen 1828. p. 161. Bajunitae, inter Belegezitas et Berzitas ab Anonymo Actorum memorati, ubi terrarum quaerendi sint, nondum extricavi. Atque hos quidem omnes Sclavinos (nomina eos habuisse puto a locis, ubi habitabant), cum Macedonicos, tum Thessalicos, belli tertii tempore sedes suas in illis terris vere jam fixas habuisse, Actorum verba clare docent. Avarorum vero chagano (principi) num etiam tum vere subjecti fuerint, an solo foedere juncti, Acta Sancti tacere video. Speciem quandam eorum libertatis belli sequentis historia praebet.

Quo Graecorum imperatore hoc bellum acciderit, ex Anonymo non intelligitur. Cornelius Byeus (AA. SS. l. c. pag. 166.) de Constantino IV Pogonato (annum 669 — 685.), vel de Iustiniano II Rhinotmeto (685 — 695. 705 — 711.) cogitat, multam calculi chronologici libertatem relinquens. Iustinianus vix mihi admittendus esse videtur.

## Bellum Sclavinorum Thessalonicense quartum.

Id brevissimo post antecedens bellum intervallo ingruit. Sclavini enim, infamia cladis acceptae, dein captivorum fuga, Thessalonicam petentium, exacerbati, legatos (ἀποκρισιαρίους) ad Avarorum chaganum cum multis muneribus mittunt, eumque ad bellum Thessalonicense impellunt, alia emolumenta, cum e propriis opibus, tum ex urbe, si eam cepissent, regi promittentes. Ignominiosum, aiebant, Avarorum principi fore, si, omnibus civitatibus circumcirca vastatis, haec sola superesset, omnesque Istri, Pannoniae, Daciae, Dardaniae, aliarum regionum perfugas reciperet, inque sinu suo foveret (AA. SS. l. c. cap. 169. p. 167.). Alacriter chaganus interiores imperii sui nationes, una cum Sclavinorum, Bulgarorum, aliarum gentium multitudine collectas, post biennium adversus Thessalonicam instruxit, praemisso equitatu, qui ad urbem
56 vastando ac velitando acce||deret, ipsum vero exercitum machinarumque bellicarum apparatum exspectaret (AA. SS. l. c. cap. 170. p. 167.). Messem ea tempestate Thessalonicenses agebant [66]), quum hora diei quinta barbarorum equites ex improviso irrumperent. Hominum in agris versantium alii necati, alii cum jumentis reliquisque utensilibus capti. Fuit in urbe multa consternatio, quam Naisi (Nissae) Sardicaeque (Triaditzae Bulgarorum, nunc Sophiae) cives quidam profugi augebant, barbarorum in oppugnandis urbibus vim solertiamque invictam narrantes. Verum Ioannes archiepiscopus, quem antecedentis belli historia memoravit (p. LXXII.), rem sese gravate haud ferre, in Deum vero Sanctumque Demetrium omnem spem conjicere prae se ferens, corroboratis civium animis, cum reliquo exercitu in moenibus manebat. Jamque pausic diebus post cum omnia ad resistendum parata essent, ipse

66) Vindemia illarum regionum in Septembrem fere incidit, coll. historia belli secundi p. LXI sq. Augusto mensi sacra aulae Byzantinae vindemialia tribuit Graecorum rituale p. 694. ed. Goar. Messis Iunio assignanda erit.

Avarorum chaganus cum gentibus memoratis velut procella quaedam ex universa continentis plaga ad muros Thessalonicae appulit. Hostium multitudinem, quibus brevi nec annona advecta nec fluviorum fontiumque aqua sufficere videbatur, item tormentorum numerosam supellectilem (inter quae *διαπύρους μαγγανείας*, machinas igniferas), Acta Sancti Demetrii l. c. 171. 172. p. 168. vividis coloribus exponunt. Horum periculorum aspectu cum civitas animum modo refectum tantum non desponderet, Ioannes archiepiscopus, ne languido animo fierent, suos denuo hortatus, virum quendam fulgidum per quietem vidit, hortantem, immo, ut bono animo esset, imperantem. *Namque*, inquit, *si omnis civitas κύριε, ἐλέησον exclamabit, hac ipsa obsidione liberabimini* (AA. SS. l. c. cap. 172. 173.). Archiepiscopus multa dehinc enixeque Deum precatus, civium fiduciam refocillavit (AA. SS. l. c. cap. 173—175.).

Coepta obsidione, quum saxis undequaque muri quaterentur, civium unus, lapidum jactor, lapillum, cui S. Demetrii nomen inscripserat, clamans: *in nomine Dei et S. Demetrii*, in hostes conjecit. Ibi (mirum dictu) lapillus iste consecratus alium hostilem lapidem, triplo majorem, obvium sibi factum, ad locum, unde emissus erat, retudit; barbaros vero, qui ibi erant, cum artifice, tormenti rectore, uterque lapis occidit (AA. SS. l. c. cap. 175.). Post tale miraculum, cum media jam dies esset, subito terrae motus evenit, ut omnis simul civitas clamaret: *Domine, miserere.* Hostes quum omnem murum collabi vidissent, propius accedunt. En alia miracula. Murus, ut antea, stare visus; sagittarum barbaricarum quaedam (multis civium videntibus) alatâ sui parte moenibus affixae, ferratâ hostibus obversae. Terrae motus praesens 57
numen piis devotisque hominibus significabat, quam Ioannis quoque archiepiscopi interpretationem fuisse video. Auctus his signis civium animus, barbari vero non leviter consternati sunt (AA. SS. l. c. cap. 175. 176.).

Atque haec maxima summi Numinis beneficia Thessalonicensibus visa. Major, quantum ego intelligo, sequens sive fatorum opportunitas, sive magistratuum Thessalonicensium prudentia. Per totum enim obsidionis decursum (ea dies triginta implevit) quotidie absque intermissione quam plurimae naves frumentariae, ad urbem delatae, [67]) portum omnem et proximas sinus Thermaici partes implebant. Praeter frumentum ea navigia copias navales, bellicarum machinarum peritas, item tormenta advehebant, incertum, unde profecta. Certe non ex urbe regia Constantinopoli. [68]) Barbarorum enim adventum Byzantinorum ea tempestate imperator ignorabat. A quo missus praefectus (*ὕπαρχος*), nomine Charias, Cornelio Byeo mihique aliunde non cognitus, obsidionem non ante audivit, quam in ipso urbis conspectu. Is igitur, in portum delatus, cum civitatem intrasset, precesque S. Demetrio in ejus templo obtulisset, cum armatis moenia conscendit (AA. SS. l. c. cap. 177. 178.).

In hac obsidione (singuli dies, ut antea, non memorantur) tormentis hostilibus eventum non respondisse video (AA. SS. l. c. cap. 179.). Tandem barbari, vim suam invalidam experti, ut cum donis saltem dimitterentur, postularunt. Qua petitione haud admissa, more suo cives urbis custodiam curamque agebant. His exacerbatus Avarorum princeps templa

---

67) Acta l. c. cap. 177. addunt: *Ἐξ ἀοράτων* (*e locis invisibilibus*). I. e. (secundum sanam interpretationem) *ex improviso atque inopinato*, sc. multitudine hoc non praesciente.

68) Italos praesertim Siculosque mercatores fuisse puto, qui lucri faciendi causa civitatem bello exagitatam peropportune adibant. Alia tamen ipsorum hostium interpretatio fuit. Hi enim naves, a civibus noctu emissas, interdiu rediisse dicebant. Ceterum naucleri earum, volentibus Actis, divinum miraculum praedicantes, ab incognito ipsis cancellario (*καγκελλαρίου*) ad iter incitatos se profitebantur, eumque S. Demetrium esse, quoniam secunda ipsis navigatio obtigisset (AA. SS. l. c. cap. 177.).

extra urbem posita cum suburbiis combussit, addita comminatione, se non abiturum, sed alias plurimasque gentes in auxilium vocaturum. Postremo Thessalonicenses, cum triginta obsidionis dies praeteriissent, quaedam, quibus pax fieret, obtulere. Ea barbaris placent: exercitus eorum in loca sibi designata abscedit. Facta pace captivos parvo pretio reddunt, divulgantes salutem civitati divinitus condonatam, murorum in terrae motu prodigium, armorum suorum vim oblata visione invalidam. Ultimas laudes monachis Thessalonicensibus deberi, Sanctum suum praedicantibus, nullus equidem dubito. Et vides initia quaedam et semina fidei Christianae jam tum in animos gentilium Sclavinorum conjecta; quae ut crescerent, clericorum Graecorum piam solertemque industriam ut postea curasse existimo. 58

De quarto Sclavinorum bello Thessalonicensi varia observanda videntur. Constans II., Byzantinorum imperator a. 642—668., bellum quidem cum Sclavinis imperii sui anno XVI gessit (Cedren. hist. p. 435. ed. Paris., coll. Theophanis chronogr. p. 288. ed. Paris.), pluribusque captis Sclaviniam provinciam sibi subjecit (Theoph. l. c.); quod bellum in annum Christi 658 vel 659 cadit, coll. scriptoribus modo citt. Verum illam Sclaviniam Byzantio propiorem fuisse puto, quam eam, de qua noster Anonymus agit. Ipse enim (sic mihi videtur) imperator in bellum processerat. Deinde nulla urbs illustrior memoratur, ubi bellatum fuit. Sequitur Constantinus IV Pogonatus (a. 668—685.). Hujus anno decimo, sive anno Christi 678—679., Bulgari Thraciam invaserunt. Cumque adversus eos imperator copias eduxisset, Graeci victi sunt, multique desiderati. Pacem itaque imperator cum iis fecit, omnia cupiens pacata habere: ejus vero stoliditate res Christiana dedecus accepit. Haec tradit Cedrenus hist. p. 438. ed. Paris. Adde Nicephorum Cpolitanum histor. pag. 24. ed. Paris. Et habent ea cum Actorum nostrorum narratione quandam similitudinem, quam ita equidem concedo, ut bellum

Sclavinorum quartum hujus quidem imperatoris aevo assignandum esse statuam, sed diversum putem ab eo bello, quod Cedrenus l. c. memorat. Quamquam utrique bello, Bulgarico Slavicoque, eundem fere annum assignari velim. Thessalonicae enim, ab hostibus vexatae, imperator non aliud subsidium mittit, nisi Chariam praefectum: de exercitu obsessis misso tacent Acta S. Demetrii. Eo scilicet imperator, ipse cum Bulgaris conflictans, carere non potuit. Sed Bulgari in Slavico quoque exercitu secundum AA. SS. (supra p. LXX.) memorantur. His certiora atque accuratiora doctiores e mentione Naisi Sardicaeque urbium, item Chariae praefecti, extricabunt: eos monere satius putavimus. Bellum vero Thessalonicense Byzantinis non prorsus inopinatum accidisse, Actorum nostrorum narratio prodit. Praeparatum enim per biennium legimus. Et barbaros sua ipsorum imprudentia, ut tertio bello, manifesto perdidit. Namque urbem maritimam petentes, bello navali abstinebant. Secus hoc bello tertio, ubi Sclavini plurimas naves habebant, licet male illis usi.

Bella Sclavinorum Thessalonicensia quartum et quintum gravis terrae motus ecclesiaeque Demetriacae incendium intercessit. Prior calamitas altero mense post Ioannis II. archiepiscopi, supra memorati, obitum evenit. Qui vir sanctus quum ultimis seculi septimi decenniis vita excessisse videatur, utraque vero calamitas medio loco inter bellum quartum quintumque ab Anonymo collocetur (AA. SS. l. c. cap. 182
59 sqq.), nec ‖ ego alium ei ordinem tribuerim. Ille vero terrae motus dies plures duravit, adeoque fuit gravis, ut incolae, relicta civitate, in aperta fugerent. Prodigiosa tamen in hoc quoque terrore S. Demetrii cura eluxit. Eum enim, terrae motu saeviente, complures videbant civitatem suam obequitantem, unaque cum aliis Sanctis custodiam illius agentem. Aedificia magno numero collapsa; incolae incolumes reversi. Thessalonicae vero gravius periculum iisdem diebus imminebat. Sclavini enim, qui tum haud procul ab urbe habitabant,

ex eminentioribus locis aedes collabentes conspicati, incolasque ruinis tectos rati, inermes accessere, ut sc. urbem vacuam occuparent. Invenere tamen muros, ut multi eorum postea testati sunt, in pristino loco stantes, quod prodigium etiam bello quarto acciderat; eorum vero oculis ignotorum praesidiariorum multitudo obversata fuit, licet interim nulli fere in urbe cives essent. Horum miraculorum memoria quotannis in S. Demetrii templo repetebatur. Vide AA. SS. l. c. cap. 182. 183. Adde Excerpta Corn. Byei pag. 173.

Brevi post Sancti templum incendio penitus absumtum est, etiamsi neque homines, neque instrumenta ad malum arcendum deessent. Ibi quum plurimi de publica calamitate dolerent, nec viro cuidam illustri fidem haberent, qui e revelatione sibi oblata se didicisse asserebat, templum priore non deterius aedificatum iri; S. Demetrius Deum rogavit, ut Spiritum, qui quondam Beseleelem in tabernaculo veteris testamenti struendo illuminavit, animis civium suorum immitteret, quo rursus aedem sacram suis opibus artibusque erigerent. Fuitque dehinc Sancti templum pristino honori restitutum.

## Bellum Sclavinorum Thessalonicense quintum.

Hoc esse imperio Constantini IV Pogonati (a. 668—685.) assignandum, dein Justiniani II Rhinotmeti (a. 685 — 595. 705—711.), sequens narratio monstrabit. Tres obsidiones per hujus belli diuturni decursum urbs passa est.

### Prima obsidio.

Sclavini, Thessalonicae contermini, pacem ea tempestate non infideliter servabant. Verum praefectus civitatis, incertum quibus motus causis quove jure, [69]) ad aures imperato-

---

69) AA. SS. l. c. cap. 185. p. 173.: *Ποίῳ τρόπῳ ἢ τίνος χάριν (quonam modo, an cujus gratia?)*. Haec verba, ni pro parenthesi habeas, corruptelam lectionis prae se ferunt. Anonymus tamen, qui huic bello coaevum se fuisse prodit (AA.

ris Graeci denuntiationes detulit adversus Runchinorum regem, nomine Perbundum, veluti qui affectu animoque fraudulento mala adversus Thessalonicam meditaretur (AA. SS. l. c. cap. 185.). Cui delationi fidem habens imperator (nomen ejus Acta Sancti more suo omittunt), praefecto mandavit, ut regem illum (ῥῆγα), quoquo modo sibi videretur, vinctum
60 ferro ‖ ad aulam imperialem mitteret; cui jussui obsequium non defuit. Perbundus, iis diebus Thessalonicae versans, corripitur, ferroque vinctus Constantinopolin transmittitur (AA. SS. l. c. cap. 186. p. 174.).

Ea re audita binae nationes Slavicae, sc. Runchini, quorum rex Perbundus erat, et Strymonii, per nuntios ab imperatore, cum Sarazenis tum temporis bellante, postularunt, ne eum interficeret, sed sibi remitteret. Respondetur, finito bello Sarazenico remissum iri Perbundum; quod iram eorum ad tempus sedavit. Perbundus vero, juvante Caesareorum interpretum uno, fuga elapsus, ad alios Sclavinos (Byzantio puto propiores) se contulit. Quod ad suam gentem non pervenit, S. Demetrii beneficio Anonymus tribuit. Quodsi enim ad suos venisset, a bello atroci adversus imperium Graecorum vix abstinuisset. Ceterum Perbundus e fuga retractus, jussu imperatoris interfectus est. Verumtamen ne sic quidem Thessalonicensibus a bello quietis esse licuit. Namque a necis Perbundo illatae tempore variae gentes Slavicae, imprimis *Strymonii*, *Runchini*, *Sagudati*, bello urbem lacessebant. Ac primum quidem vicina omnia loca, incolis in captivitatem abductis, biennio integro quotidie depraedati sunt. Eo tempore cum Thessalonicenses, obsidione diuturna pressi, nec terra nec mari quidpiam annonae sibi comparare possent, fames tam valida civitatem invasit, ut, multis licet propter il-

---

SS. l. c.), judicium suum de praefecti Thessalonicensis denuntiatione reguli Slavici aperit. Eam sc. pro falsa injustaque habuit.

lam fuga dilapsis, reliqui, qui ibi supererant, carnem equinam atque asininam, mox alimenta etiam ingratiora edere cogerentur. Imperator interim, cum exercitum, quod alio bello (Sarazenico, puto) detineretur, mittere non posset, navigia bellica minora (*καράβους*) decem, varii generis cibariis onusta, Thessalonicensibus in auxilium submittit. Qua ope cives paululum sublevati, quanquam illorum navigiorum milites brevi famem augerent, aliam salutis viam ingressi sunt. Namque decem illa navigia, item alia quaedam, quae sibi supererant, minora etiam, ad gentem Thessaliae barbaram *Belegezitarum* mittunt, qui Thebas ac Demetriadem, ad sinum Pagaseticum sitas frumentoque uberes, incolebant, coll. iis, quae supra de hac gente observavimus (p. LXXVIII sq.). [70]) Ea natio, licet

---

70) De Thebis Phthioticis v. imprimis Polybium 18, 30, 7., coll. Liv. 33, 34. Ea urbs ante Demetriadem a Demetrio Poliorcete conditam litoris Thessalici primarium emporium fuisse videtur, unde frumentum istarum regionum per sinum Pagaseticum (sinum *Volo*) asportabatur. V. Liv. 39, 23., coll. Strab. geogr. lib. 9, 5. Adde Mannerti Geogr der Griech. u. Röm. T. VIII. p. 601 sq. Demetrias eidem sinui Pagasetico apposita fuit, maximasque mercaturas exercuit, coll. Mannert. l. c. pag. 590. Memorabilis est Actorum locus eam ob causam, quod utraque urbs vel post occupationem Slavicam seculo post Chr. septimo rei frumentariae veterem honorem retinebat. Demetrias brevi ante captam a Sarazenis (a. 904.) Thessalonicam a barbaris quibusdam expugnata est, testante Cameniata cap. 14. Fuere iidem Sarazeni, qui Thessalonicam deinde ceperunt, coll. Georgio Monacho in Novis imperatoribus (Leonis imperium cap. 22. Scriptt. post Theophanem ed. Paris. p. 556., ed. Ven. p. 415.): *Παρελήφθη δὲ καὶ τὸ κάστρον ἡ Δημητριὰς ἐν τῷ θέματι τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ Δαμιανοῦ τοῦ Ἀγαρηνοῦ*. Princeps Magnesiae urbs sec. 9. 10. mihi Demetrias fuisse videtur. Sequentibus seculis memoria ejus aliquoties recurrit, coll. Strittero Servicorum cap. 92 (Mem. T. II. p. 213.); Bulgaricorum cap. 289. (Memor. l. c. p. 731.). Ea cum aliis praetermisit Mannertus l. c. p. 590 sq. Iisdem Sclavinis Thessalicis ea tribuo, quae Acta Sancti nostri paulo inferius (cap. 207 — 215. p. 187 sqq.) de Cy-

61 Slavica, pacem tum temporis cum Thessalonica ‖ agebat. Cum vero classis e portu Thessalonicensi solvisset (erat robustioribus civitatis viris omnique flore juventutis instructa), Drugubitarum principes id edocti, civitatem, quam fere tenebant inclusam, totis viribus aggredi decernunt. Eum in finem paratis bellicis instrumentis, obsidionem magna vi renovant; et Drugubitae quidem cum Sagudatis terrâ, Runchini vero, qui illis accesserant, mari per navigia accesserunt. Ne Strymonii Sclavini reliquis jungerentur (quod debebant, inito cum illis pacto), cautum fuit beneficio divino. Quibusdam enim prodigiis a belli societate deterriti sunt. De his omnibus vide Cornelii Byei Excerpta ex AA. SS. l. c. p. 176. not. g.

Barbari cum ad muros appulissent, civium magna consternatio secuta est, quam tamen S. Demetrii prodigiosa visio minuit. Hostes enim post factam murorum speculationem cum aliquantisper quiescerent, Sanctus in ea urbis parte, quae simplicem murum habebat, [71]) ubi parva portella erat, non in somnio, sed per veritatem apparuit, cursim pedibus incedens, chlamyde indutus virgamque manu ferens, qua Sclavinos quosdam ibi irrumpentes ex illa portella exigebat, addito: *male hos Deus adduxit: deinde ego quid hic agam?* Hujus visionis prodigium animos civium auxit (AA. SS. l. c. cap. 187. 188.). Secutum aliud prodigium, quod secundo

---

priano quodam episcopo, a Sclavinis capto, narrant. Is homo sanctus, ex Africa Constantinopolin navigans, *apud Graeciae quasdam partes* (περί που τοὺς τῆς Ἑλλάδος τόπους) a Sclavinis interceptus est. Hi Sclavini Cornelio Byeo l. c. pag. 189. Dalmatae fuisse videntur. Verum e Dalmatia Thessalonicam itinere pedestri petentibus octo dierum iter vix suffecit, maxime aegris maleque affectis; nosterque praesul in captivitate sua pessime habitus fuerat. Tali homini octo dies necessariae esse videntur, ut e Graecia profugus pedesque per barbarorum infestas regiones Thessalonicam deveniat.

71) AA. SS. l. c. cap. 187. p. 174. addunt: Πρὸς τῇ λεγομένῃ ἄρκτῳ. Num pars urbis borealis spectatur?

(sic videtur) oppugnationis die, ut prima visio, accidisse puto. Viderunt quidam Martyrem extra moenia currentem, et scutiferos quosdam peregrinos robustosque, adspectu fulgido, adducentem, ut sc. quibusdam murorum locis adsisterent, excubiasque agerent (AA. SS. l. c. cap. 188.). Num hoc interdiu factum sit, an alia diei parte, Acta S. Demetrii more suo tacent. Ego de diluculo crepusculove cogitem, tempore visionibus opportuno. Ceterum utriusque ostenti fama, late mox serpens, animos Thessalonicensibus utcumque reddidit; noctem tamen duxere || insomnes. Die tertia illucescente Sclavini, terra 62
marique civitatem omni armorum genere adorti, in portellam supra memoratam, qua viam sibi in urbem aperirent, ignem conjecerunt (Excerpta Cornelii Byei p. 177. not. i.). Portellae interior materia lignea comburitur; ferrearum vero compagum commissura non tantum non laxata fuit, verum etiam in unum prodigiose conflari, seu alium prorsus in statum concrescere visa. Sic portella, utut combusta s. ambusta, incolumis permansit, ita ut barbari perculsi ab ejusmodi loco recederent, caedesque haud paucae et vulnera in eos modo invisibili (ἀοράτως) ingruerent, non tantum eodem loco, verum etiam per omnem continentis plagam atque in mari. Postquam per triduum portas eaque loca, quae captu facilia putabant, simili ratione fortunaque impugnassent, cum planctu et ejulatu abierunt, secum auferentes milites saucios principumque suorum corpora, quos S. Demetrius occiderat (AA. SS. l. c. c. 189., coll. Corn. Byei excerptis p. 177.). [72]) Is belli eventus dis-

---

72) Horum regulorum Slavicorum caedem, cum ope Demetrii aliis temporibus praestita, memorat quoque (ex Actis nostris puto) Demetrius Cydonius in sua monodia, qua tumultum Thessalonicensem a. 1346. narrat, c. 3. (Scriptores post Theophanem ed. Paris. pag. 386.): *Πολιορκιῶν τε λύσεις, καὶ λιμῶν βοηθείας, καὶ νοσημάτων δὴ θεραπείας ἐπιδημούντων· σφαγάς τε βασιλέων, αὐτοῖς στρατεύμασιν ἐπιόντων· καὶ χρησμοὺς εἰς τὸ μέλλον, μόνην ἀνάλωτον ἐν τῇ κοινῇ περισωθήσεσθαι συμφορᾷ.*

sidii initium fuit Sclavinorum gentibus consociatis. Namque in Thessalonicensi civitate neminem, nisi senes quosdam paucasque mulierculas superesse rati (promissum hoc illis fuerat), magnam populi multitudinem invenerant. Sanctorum id fuisse militare auxilium, civitati per certaminum victorem S. Demetrium allatum, manifestum omnibus fuit (AA. SS. l. c. cap. 189. 190.). Attuli haec, velut similia in antecedentibus, additurus dehinc alia, ut semina quaedam fidei Christianae in animis gentilium illorum jam tum pullulantia. Sedulitatem Graecorum sacerdotum, in ea re praestitam, ex omni narrationis tenore divinare possum, non monstrare.

Paucis post solutam oppugnationem diebus illi cives, qui annonae causa in Thessaliam missi fuerant, opitulante suis S. Demetrio, cum frumenti copia haud parva reversi sunt, cum jam apud Belegezitas didicissent, Sclavinos Thessalonicae obsidionem deserere compulsos fuisse (Excerpta Corn. Byei ex AA. SS. l. c. p. 177.).

63 ‖Ad secundam hujus belli obsidionem Thessalonicensem transiri commode vix poterit, quin, Sclavini *Runchini* qui fuerint, jam nunc scrutemur. Cum Sclavinis Strymoniis supra junctos vides p. LXXXVI. hujus dissertationis. Eosdem denuo jungunt AA. SS. l. c. c. 190. (p. 174.). Unde mihi verisimile est, ut supra dixi p. LXXIX., utrosque conterminos fuisse, quod etiam Cornelio Byeo visum l. c. p. 176. 178. Ubi sederint, diligentius jam nunc videndum. Rusio, Thraciae urbi,

---

Reges memorati iidem sunt cum principibus hujus Actorum loci, non excluso Sclavinorum regulo, quem belli tertii occasione captum lapidibusque in urbe necatum legimus (p. LXXVI.); num etiam Perbundi caedes Cpolitana significetur (p. LXXXVI. sq.), mihi incertum est. Oracula fuere maxime Demetriaca, ut illud, quod supra legimus p. LXXXI.; antiquiora tamen ego non excluserim, vel alius generis oracula, e. g. *sortes sanctorum*, quae sc. e sacra scriptura petebantur, coll. I. F. *Cotta*: De sortibus Sanctorum. Tubingae 1758. p. 33 sqq.

vicinos Byeus putat l. c. p. 176. Eos tamen inter Strymonios, a quibus Amphipolitanam maxime et Philippensem regionem obsessam puto, Thessalonicamque sedisse, nomen eorum probabile facit, quod in voce urbis Macedoniae *Rondino* (Rentine) deprehendo, quam Strymonio mari fere appositam tabulae geographicae recentiorum perhibent: est sc. inter ostia lacus Bolbes fluviique Strymonis, coll. Nobis p. 68 sq. Maritimos fuisse, antecedentis obsidionis narratio docet, Drugubitis et Sagudatis magis in media terra habitantibus. Quodsi propiores etiam Thessalonicae hi Runchini fuere, tum navigia sua monoxyla in fluvio Echedoro (Gallico) habebant, unde in sinum Thermaicum, utpote civitati nostrae maxime contermini, devehebantur; sin Strymonii sinus litora tenebant, praeternaviganda erant Chalcidices promontoria, ut sinum Thermaicum a meridie intrarent. De *Strymoniis* Sclavinis in fine hujus belli quaedam annectentur.

## Secunda obsidio.

Ea primam brevi intervallo secuta est, non cessantibus quotidianis fere incursionibus in loca urbi finitima. Captivi permulti a Sclavinis abducti, atque alia damna Thessalonicensibus illata sunt. Factum quoque, ut, cum de occupanda civitate indesinenter cogitarent, aliique alia tormenta obsidionalia effingerent, quispiam ex iis, hujusmodi instrumentorum fabricandorum peritior, miri artificii turrim ligneam, qua Thessalonicam certo expugnandam asserebat, excogitaret. Approbatur delineatio principibus Sclavinorum: multis ministris adiutus, manus suas artifex operi suo admovet. Tum vero S. Demetrius spectandum ei se praebet, alapaque in facie percussum mentis impotem reddit; quo facto homo ex aliorum conspectu in deserta montium aufugit. Machinae fabrica non perficitur; nihilominus Sclavini urbis obsidionem aggrediuntur. Artifex, in montibus commoratus, nuntiata civitatis per suos oppugnatione, mentem sanam recuperat; Sanctus, illi denuo

visus, hortatur, ut relicta solitudine urbem ingrediatur. Quod cum fecisset, effigiem S. Demetrii conspicatus, ab eo ipso percussum se testatur atque impeditum, quominus delineatam a se turrim exstrueret. Ablutus dehinc sacri baptismi undis; quod ego primum Sclavini Macedonici exemplar novi, quem, mediante licet alapae Demetriacae monitorio, fidem nostram amplexum constat. Omnium tamen gentilium illorum ad sacra Christiana conversionem eodem tempore evenisse non puto, immo diu post; tum scilicet, quum regno Graecorum penitus parere coepissent. Quod inchoatum fuit Iustiniani II Rhinotmeti imperatoris victoria Slavica, circa annum Chr. 688. reportata, quam deinceps enarrabimus; eorum vero erga im-
64 peratores Graecos obse||quium quomodo firmatum sit, quod sc. post conversionem eorum ad sacra Christiana, non prius, evenisse puto, Acta Sancti, quod dolendum, non tradunt. Illud tamen seculo octavo evenisse, vix male quis e Cameniatae loco inferius proferendo conjiciet, qui Graecus conversionem Sclavinorum et Bulgarorum Macedonicorum, Graecis parentium, satis diu (sic mihi videtur) ante expugnationem Thessalonicae Sarazenicam (a. 904.) evenisse statuit. Ceterum hostilis oppugnatio cum ob irritam turris fabricam, tum prodigiorum Demetriacorum beneficio improspere barbaris cessit: singula belli tacentur. Exc. Corn. Byei ex AA. SS. l. c. pag. 177. not. m.

## Tertia obsidio.

Secunda expeditione Thessalonicensi finita, reliqui (sic videtur) Sclavini quietem aliquamdiu agebant, belli adversus Graecos communione abstinentes. Otii vero impatientes Strymonii et Runchini, nautas plurimos, qui devehendo Constantinopolin frumento vacabant, item eos, qui insulas atque Hellespontum habitabant, exspoliantes, ipsam Propontidem ingressi sunt. Ubi vastata Parii et Proconnesi regione, usque ad portorium urbis regiae navigant; denique praeda onusti

multisque navigiis aucti, casas suas Macedonicas repetunt. [73])

Ea barbarorum ferocia motus Graecorum imperator, quum non solum Thessalonicam, verum etiam urbem regiam in periculo versari videret, exercitum suum per Thraciam locaque vicina adversus eos movere jussit, qui ad Strymonem sedes suas habebant, bello illis ante denuntiato. Ii re cognita, angustias (*χλεισούρας*) locaque firmiora occupant, ut Romanis exercitibus resistant; barbarorum vero regum (*ῥηγῶν*) auxiliaribus ad se convocatis, bellum sedulo parant (AA. SS. l. c. c. 191.). Verum S. Demetrius, cum reliquis Sanctis arma opemque subministrans, Romanum exercitum contra Sclavinos victorem effecit, perque insidias, quas ipsimet struxerant, fortiores eorum occidit, omnisque gens barbara fugam capessivit. Eorum quosdam, ad Thessalonicam profugos, clanculum Sanctus monuit, ut in pagos suos (urbi vicinos) abirent, vasaque sua fugae causa colligerent (AA. SS. l. c. cap. 192.). Sclavinorum perturbationem idem Actorum locus tam obscure exponit, aut textum magna corruptela tenet, ut non satis perspiciatur, Sclavini circa Thessalonicam habitantes num sedibus relictis re- 65
giones remotiores fuga petierint, an urbem ipsam cum uten-

---

73) AA. SS. l. c. cap. 190. (pag. 174.): *Τῶν γὰρ ἁπάντων Στρυμόνος καὶ Ῥυγχίνου, λοιπῶν* (adde *δὲ*) *ἐκ τῶν ἔνθεν μερικῶς καταπαυσάντων καὶ διαζεύκτων ὅπλων, τοὺς θαλαττίους πλωτῆρας τοὺς ἐπὶ παρακομιδῇ καρπῶν ἐν τῇ βασιλευούσῃ ἀνιόντας πόλει παμπόλλους ἐκπορθήσαντες, ἀπό τε τῶν νήσων καὶ τῆς στενῆς θαλάσσης, καὶ τῶν ἐπὶ τὸ Πύριον καὶ Προκόννησον τόπους* (l. *τόπων*), *καὶ αὐτοὺς τοὺς εἰς τὸ τελωνεῖον ἅμα τῶν πλοίμων* (l. *πλωΐμων*) *αἰχμαλωτίσαντες, μετὰ πλείστων νηῶν οἶκοι ἐπὶ θυλάκους ἀπίασιν.* Locus satis corruptus, et pejus etiam a Cornelio Byco intellectus. Codices Parisini denuo inspecti haec atque alia Actorum vulnera paene innumera sanabunt; quam medelam Benedictum Hasium, ut quondam promisit, praestiturum esse, me nemo ardentius sperat.

silibus suis, victoris clementiae confidentes, intraverint. Illud ob sequentia majorem veri speciem habet.

Navigia quoque, frumento onusta, petentibus Thessalonicensibus ab imperatore Graeco missa sunt. Advehebant frumenti mensuras sexagies mille, praefecto per malitiam multo minorem annonae copiam petente, quinquies mille mensuras, ne scilicet in eorum iram incurreret, qui annonae Macedonicae vendendae atque exportandae operam dabant. Hac alimentorum copia advecta (venere quoque navigia minora bellica, frumentum comitantia), barbari extrema passi de pace tandem egerunt (AA. SS. l. c. cap. 193.). Ultima, Thessalonicam a Sclavinis ea tempestate obsessam fuisse, mihi non obscure significant. Obsidio tamen ut solveretur, imperatoris victoria, de Sclavinis Strymoniis Runchinisque (incertum, ubi locorum) reportata, plurimum fecisse videtur.

Hanc Actorum Sancti narrationem eandem cum ea esse persuasum habeo, quam Nicephoro Constantinopolitano debemus, qui in sua historia (p. 24. ed. Paris., p. 19. ed. Ven.) ad annum circiter 688. notat, Iustinianum II. Rhinotmetum brevi post coeptum (a. 685.) imperium, pace Bulgarica soluta, missis in Thraciam equitibus, contra Sclavinos profectum fuisse. Imperator, eodem referente, Thessalonicam usque progressus, quamplurimis ibi Sclavinorum gentibus partim bello, partim deditione in potestatem redactis, easdem in Opsiciana, quam vocant, Asiae minoris regione, per Abydum translatas, collocavit. Inter eos, quos transfretavit, erant triginta millia armatorum. Cum his concinunt Theophanes (chronogr. pag. 303. 304. ed. Paris.); Cedrenus (histor. p. 441. ed. Paris.); Zonaras (annal. lib. 14, 22.).

Partem tamen horum Sclavinorum in patria sua relictam fuisse, testatur Constantinus Porphyrogenitus in libro de thematibus 2, 3.: *Τρίτον θέμα, Στρυμόνος. Τὸ δὲ θέμα τοῦ Στρυμόνος τῇ Μακεδονίᾳ συντέταχται, καὶ οὐδαμοῦ τούτου λόγος ἐστὶ περὶ θέματος, ἀλλ' εἰς κλεισούρας τάξιν*

λελόγισται. Καὶ Σκύθαι αὐτὸ ἀντὶ Μακεδόνων διανέμονται, Ἰουστιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου ἐν τοῖς ὄρεσι τοῦ Στρυμόνος καὶ ταῖς διαβάθραις τῶν κλεισουρῶν τούτους ἐγκατοικίσαντος. Quinam hi Scythae sint, ex Actorum locis supra allatis cognoscitur. Sunt Sclavini nostri, maximopere Strymonii et Runchini, coll. Cameniatae locis supra citatis p. LXXVII. Quo eos imperator removerit, minus jam apertum est. Quum vero mari propiores fuerint (exercebant navigationem maritimam), ego ex Amphipolitana et Christopolitana regione, ubi viam inter Thessalonicam atque Constantinopolin impedire poterant, ad superiora Strymoniae terrae loca rejectos eos existimo, ibidemque locorum etiam clisuras (angustias) Constantini Porphyrogeniti invenio, coll. iis, quae pag. 247. 297. de clisuris fluvii Strymonis exposuimus. Aut erunt indistincte angustiae montium provinciae Strymoniae, quae ipsa quoque a scriptoribus istius aevi Strymon dici solebat, coll. p. 40. De faucibus Strymoniis nomine *Klissura* v. Schaffarikium a Nobis p. 244. citatum. [74])

66

Sed videndum etiam, quosnam vere Sclavinos bello Iustinianus domuerit, quosnam in deditionem acceperit. Priores erunt Hebro inferiori propiores; posteriores Amphipoli, Thessalonicae ac Berroeae contermini. Neque vero ex actis S. Demetrii cognoscere licet, Iustinianum prope ipsam Thessaloni-

---

74) De clisuris v. omnino Du Cang. in Glossariis vv. *κλεισοῦραι*, *clausura*, *clusa*. Initio loci Constantinei; lectores mutationem animadvertent, quae circa provinciam Strymoniam acciderat. Ea prius peculiarem (tertiam Europae) provinciam constituerat; postero tempore provinciae Macedonicae (novi sensus, sc. Thraciae meridionali), clisurae nomine, quod erat inferius provinciae titulo, adnumerabatur. Ea num Constantinus Porphyrogenitus scripserit, an posterioris aevi librarius, nondum inveni. In libro certe de cerimoniis aulae Byzantinae, qui eidem Constantino tribuitur, semper *στρατηγὸν Στρυμόνος*, nunquam *κλεισουράρχην* istius ditionis deprehendi. Adde Cameniatam supra citatum p. LXXVI (ad annum 904).

cam Sclavinos bello vicisse. Factum hoc, ni egregie fallor, potissimum inter Hebrum et Strymonem fluvios. Denique videndum, cui tempori tribuenda sit narratio ex Actis supra p. LXXXVI. petita de imperatore Graeco cum Sarazenis bellante. Primo quidem Iustiniani II Rhinotmeti anno Arabes regnum Graecorum damnis affecisse dicuntur, coll. Theophan. chronogr. p. 303. ed. Paris. Cedren. hist. p. 441. ed. Paris. Zonar. annal. 14, 22. Sed Acta S. Demetrii longius procul dubio tempus inter Perbundi necem (p. LXXXVI.) Iustinianique Rhinotmeti expeditionem Slavicam statuunt, quam duorum triumve annorum. Quare ad Constantini IV Pogonati imperium ascendendum erit, a cujus anno quinto (imperavit autem a. 668 — 685.) per septennium Sarazenos Constantinopolin oppugnasse constat (Theophan. chronogr. pag. 294. ed. Paris. Zonar. annal. lib. 14, 20.).

## Bellum Sclavinorum Thessalonicense sextum.

Inscripta quidem est haec Actorum S. Demetrii sectio (cap. 194 — 207.) his verbis: *Περὶ τοῦ μελετηθέντος κρυπτῶς ἐμφυλίου πολέμου κατὰ τῆς πόλεως παρὰ τοῦ Μαύρου καὶ Κοῦβερ τῶν Βουλγάρων.* Unde Bulgarorum quoddam bellum Thessalonicense is, qui Actorum narrationem minus diligenter inspexerit, facile eliciet. Fuit tamen, excepto duce utroque, bellum Bulgaro-Slavicum, vel omnino Slavicum; quod sequens expositio clarius, quam ipsa clerici Graeci oratio, monstrabit. [75])

---

75) Anonymus bella superiora (tertium et quartum) his verbis respicit (AA. SS. l. c. cap. 195. p. 179.): *Ὡς ἴστε, φιλόχριστοι, ἐν τοῖς προτέροις τὴν τῶν Σκλαβίνων, ἤγουν τοῦ λεχθέντος Χάτζωνος, καὶ τῶν Ἀβάρων ἐν μέρει ἔκθεσιν ἐποιησάμεθα, καὶ ὅτι περ τὸ Ἰλλυρικὸν σχεδὸν ἅπαν, ἤγουν τὰς αὐτοῦ ἐπαρχίας, λέγω δὴ Παννονίας δύο, Δαρδανίαν, Μυσίαν, Πρέβαλιν, Ῥοδόπην καὶ πάσας ἐπαρχίας, ἔτι μὲν καὶ Θρᾴκην, καὶ τὰ πρὸς τὸ Βυζάντιον μακρὸν τεῖχος, καὶ λοιπὰς πόλεις τε καὶ πολιτείας*

‖Avaricae gentis princeps, omne propemodum Illyricum 67
(Pannonias, Dacias, Dardaniam, Mysiam, Prevalim, Rhodopem), dein proxima muro Byzantii longo depopulatus, omnem captivorum multitudinem ad regni sui sedem abduxerat, quae veteris Sirmii locum obtinebat. Ea non unam aliquam Avarorum expeditionem Graecam spectare, sed ultima eorum bella, illis terris funestissima, non est, quod pluribus monstrem. Unicum moneo, haec superioribus (p. LXXX. hujus dissertationis) ita respondere, ut ibi sermo sit de hominibus illarum terrarum Avaricam calamitatem elapsis; nostro loco de iis, qui captivitatem declinare non potuerant. Ita uterque Actorum locus eandem rem spectabit. Ab isto tempore cum Avaris, Bulgaris reliquisque gentilibus multitudo captivorum Graeco-

---

*ἐκπορθήσαντες, ἅπαντα τὸν αὐτὸν λαὸν εἰς τὸ ἐκεῖθεν πρὸς Παννονίαν μέρος, τὸ πρὸς τῷ Δανουβίῳ ποταμῷ* [adde *ἀπήγαγον*], *ἥτινος ἐπαρχίας πάλαι μητρόπολις ὑπῆρχε τὸ λεχθὲν Σερμεῖον* (l. *Σίρμιον*). *Ἐκεῖσε οὖν, ὡς εἴρηται, τὸν ἅπαντα λαὸν τῆς αἰχμαλωσίας κατέστησεν ὁ λεχθεὶς Χαγάνος, ὡς αὐτῷ λοιπὸν ὑποχειμένους.* Hic locus, a nobis non semel tantum emendatus, bellum Slavicum quintum, quod mireris, plane omittit, maximumque momentum quarto tribuere videtur, cui tertium non aliter ac tentaminis instar praecesserat. Sed quintum, ob cladem Sclavinorum eorumque per imperatorem debellationem omnium longe gravissimum, tacetur, quia bellum erat mere Slavicum, i. e. non ab Avarorum chagano, Slavorum aliorumque domino, motum gestumque. Nostrum bellum, sextum, inquam, ex ipsa Avarorum sede originem traxerat. Hinc quartum (tertiumque) respicitur, ubi ipse Avarus adfuerat. Ceterum Anonymi vita, qui praeter bella antecedentia sextum quoque narrat, quod a tertio quartoque sexaginta fere annorum spatio distat, seculo octavo assignanda est. Alia de ejusdem aevo supra monuimus p. LXXVI. Deinde ex AA. SS. cap. 185. vix recte quis conjiciet, belli tertii quartique scriptorem diversum esse a scriptore quinti et sexti. Noto quoque, vetera provinciarum Romanarum nomina usurpare Anonymum: talia sive abusum, sive vaniloquentiam scriptorum Byzantinorum haud raram spectant.

rum fuit commixta; dein cum liberos procrearent, atque in peculiarem fere populum accrescerent, filii a patribus indolem Graecam eademque studia et mores adipiscebantur. Ita factum, ut fides orthodoxa (Anonymi verbis ut alibi diligenter utor) haud parum inter gentiles illos augeretur, simulque veteris patriae desiderium in animis novae gentis reviviscceret. Cumque ab eo tempore, quo in majores eorum vastatio patrata fuerat, sexaginta circiter ampliusve anni intercessissent, et quandam libertatem gentisque peculiaris formam homines illi accepissent, princeps eorum, ab Avarorum chagano illis impositus, nomine *Cuber,* de populi sui desiderio patriae edoctus, omnes illos Graecos aliosque gentiles, cum eorundem supellectile atque armis ad se convocatos rebellesque factos, e regno chagani Avarorum abducit. Is vero, re cognita, a tergo ipsos insequitur. Proelia committuntur quinque vel sex; Avarus in duobus eorum (Anonymus: *ἐπ' ἀμφοτέροις*, sc. ultimis) victus, fugam cum relicto sibi populo capessit, regnique interiora petit, itinere utens septentrionali. Victor Cuberus, trajecto Danubio (immo Savo, cui vetus Sirmium propinquum, vel alio fluvio, magis etiam meridionali), Macedoniam cum suis ingreditur, ibique campum Ceramesianum [76]) occupat. Hinc ii maxime, qui fidei orthodoxae (Graecae) erant, ad civitates patrias adspirabant, alii sc. ad Thessalonicensium civitatem, alii ad Constantinopolin, alii ad reliquas Thraciae urbes (AA. SS. l. c. cap. 194—197.).

Quod ne fieret, neque homines Christiani ad loca sibi desiderata dilaberentur, sed idem Cuberus mixtae multitudinis

---

76) Est hic campus urbis Cerameae, quam habet Tabula Peutingeriana segmento VII., in superioribus Macedoniae partibus (supra Heracleam Pelagoniae). Hanc Cerameam habet quoque Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 4, 32 (Ed. Bonn. T. I. p. 335.): *Προσβαλόντες τῷ* (l. *τῇ*) *Ἀχριδῶν Κεραμείᾳ* (i. e. cum Cerameam venissent a. 1271., quae est ditionis Achridae s. Lychnidi).

chaganus et princeps maneret, quo rundam astutia cautum est. 68
Cuberus enim legatis ad imperatorem Graecorum missis petiit, ut sibi cum suis regionem ab ipsis obsessam tenere liceret; Sclavini autem Sagudati, Graecis subjecti, annonam, quantam possent, subministrare juberentur. Quod factum est. Ita plurimi advenarum tentoria Sclavinorum ingressi, cum Thessalonicam haud procul abesse didicissent, ii potissimum, qui Graecam originem ducebant, cum liberis atque uxoribus civitatem ingredi coeperunt, quos praefectus statim navibus impositos Constantinopolin misit (AA. SS. l. c. cap. 197.).

Quo audito Cuberus ducum suorum militarium aliquem, nomine Maurum, hominem astutum, linguarum Macedonicae, Graecae, Slavicae et Bulgaricae gnarum, impellit, ut se profugum simulet; multis suorum comitibus stipatus, Thessalonicam intret; imperatori Graecorum se subditum fingat; bello dehinc civili excitato, urbem vi occupet; Cuberum cum reliquis principibus intra moenia recipiat; finitimis populis, insulis, Asiae, ipsi denique imperatori bellum inferat (AA. SS. l. c. cap. 198.).

Maurus juramento obstrictus, fore ut bona fide omnia exsequatur, urbem cum suis ingreditur, beneque exceptus praefectum multa arte inducit, ut optima quaeque de se imperatori polliceatur. Is fide habita scriptis, literas honorarias Thessalonicam mittit, Mauroque insignia consularia vexillumque (*ὡρατίωνα ὑπάτου καὶ βάντον*) confert, praecipiens, ut, qui a Cubero e campo Ceramesiano discesserant, Mauro pareant. Eo mandato in scriptam matriculam ordinariam relato, [77]) Mauro omnis illa multitudo commissa est, ipseque eorum dux extitit (AA. SS. l. c. cap. 199.).

Ejus tamen malitia non diu omnes latuit. Quidam enim Graeci, non ignari, qualis Maurus esset, quaque perfidia loca

---

77) AA. SS. l. c. cap. 199.: *τριχίῳ ἐνορδίνῳ ἐγγράφῳ συστα- Τῆς τοιαύτης κελεύσεως . . μα- Θείσης.*

multa gentesque vexasset, eam rem pluribus manifestant, quidque insidiarum omnibus ab isto homine immineat, libere expromunt. Verum hos Maurus capite truncavit, uxoresque eorum divendidit. Dein centurionibus, pentecontarchis et decarchis, qui cum fraudulento ipsius consilio conspirabant, constitutis, armatorum custodia, qui publice nutriebantur, corpus suum stipavit. Postremo id consilii cepit, ut nocte sabbati sancti, quando resurrectionis Iesu Christi convivium omnis civitas actura esset, bello intestino concitato, atque igne in loca urbis praecipua conjecto, cum sociis conjurationis civitate potiretur (AA. SS. l. c. cap. 199. 200.).

Verum iis diebus S. Demetrius, patriae suae amantissimus vigil ac vindex, Sisinnio [78]) cuidam, caraborum (navicularum militarium) tum duci, viro sollerti ac pio, invisibili inspiratione nutuque praecipere haud dedignatus est, ut Thessalonicam ad observandum Maurum cum caraborum suorum militibus navigaret; eo insuper consilio, ut, si praesidium aliquod militare Thessalonicensibus afforet, ii, qui apud Cuberum erant, facilius ad Graecorum partes transfugere possent. Is Sisinnius, quod mandatum erat, ad finem perducturus, e Graeciae regionibus solvit, atque ad insulam Sciathum (*τὴν Σκιαθίαν νῆσον*) appulit die dominica, sanctum Pascha praecedente, quod ab omnibus civitatibus orthodoxis pie celebratur, dominica vero Palmarum (*κυριακὴ τῶν βαΐων*) vocatur. Ea
69 insula, sinui Thermaico cum aliis quibusdam in ‖ alto mari prae-

---

78) Vir non confundendus est cum Sisinnio patricio, Rhendaci cognomine. Is initio imperii Leonis III Isauri (a. 717—741.) Artemium, qui a. 713—717 Anastasii nomine imperaverat, e Thessalonica cum Bulgarorum monoxylis profectus, throno Cpolitano frustra reddere conatus est (Niceph. Cpolit. histor. p. 36. 37. ed. Paris.). Namque haec nostra Thessalonicensia finem imperii Leonis III Isauri, seu potius initia imperii Constantini V Copronymi (a. 741—775.) spectant. Fuit fortasse Anonymi nostri Sisinnius filius prioris Sisinnii.

tensa, multisque annis non habitata, templorum unum habebat silva obtectum ac frondosum. Ejus partem purgari Sisinnius a suis jussit; quo facto divinum officium ibidem peregerunt. Sequenti die, quae erat sanctae hebdomadis secunda (*ἁγία δευτέρα τῆς ἑβδομάδος τοῦ κυριακοῦ πάθους*), quum aquilones navigationi Thessalonicensi obstarent, idem dux milites convocatos admonet, ut, reliqua templi parte purgata, celebrando ibidem resurrectionis festo [79]) se accingant. Dicto obsequentes ad suum quisque officium discedunt: alii templum cum baptisterio expurgant, alii tabernacula conficiunt, alii festo apta praeparant, alii pecoribus piscibusque capiendis vacant. Eorum tamen nemo, qui esset Thessalonicae status, noverat. Peracto ejus diei officio sancto, Sisinnius iis, quae ad stationes et vigilias spectabant (*τὰ τῶν βίγλων καὶ σκούλκων*), dispositis, exercitum quiescere jussit, atque ipse somnum cepit. Ibi S. Demetrius non in somno, sed per veritatem (*οὐ κατ' ὄναρ, ἀλλὰ καθ' ὕπαρ*) plus semel illi adstitit, ad navigandum impellens, ventumque secundum annuntians. Is tamen etiam tum adversus erat. Tertia vice S. Demetrius illi visus est, *noli*, dicens, *negligenter agere. Expergiscere, velifica: ventus est secundus. Ecce tu dormis; alii vero velificant.* Expergefactus Sisinnius, neque jam de revelatione divina dubius haerens, naves percurrit, utque Thessalonicae latus peterent, suis praecepit. Ii festo se parantes, ventum adversum esse dicunt. Tum Sisinnius, post tertiam Demetrii visionem de prospero navigationis eventu non an-

---

79) AA. SS. l. c. cap. 202.: *Ἄξιους τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἀναμαστάσεως.* Lego *ἀναμανίσεως* (*ad sanctum Iesu Christi amplexum, occursum*, coll. Du Cang. gloss. gr. v. *ἀναμανίζω*); vel *ἀναμαστεύσεως* (ad *requisitionem*), coll. sanctis mulieribus, quae servatorem resurrectionis mane quaesiverant. Utut locum male sanum emendabis, Sisinnius ventis adversis ita se impeditum iri putabat, ut resurrectionis quoque festum ibidem se cum suis militibus celebraturum exspectaret.

xius, in alium locum eos se abducturum enuntiavit, qui praesidio magis destitutus esset: irent, naves conscenderent, remis incumberent. Ea hora carabum vidit, e Chalcidices partibus [80]) (sic videbatur) ad ipsos velificantem. Id ipsum Sanctus per quietem illi aperuerat. Ceterum ventus initio navigationis adversari non desiit. Derepente vero nutu divino, precibus S. Demetrii intercedentibus, a tergo eis ventus secundus afflavit; unde factum, ut hebdomadis sanctae die quarto, hora septima, Thessalonicam appellerent. Exin torpescere conamen impium belli intestini, quod Maurus cum suis parabat: ipse Maurus, magno timore et consternatione correptus, quum prae animi dejectione in febrim gravissimam incidisset, per plurimos dies in lectulo decubuit. Atque exspirasset, ni Sisinnius, ignorans, quod meditatus fuerat, verbis eum et juramentis securum reddidisset. Idem deinde visiones Demetriacas sibi oblatas civibus narrat. Effecitque, ut Maurus cum suis urbe relicta ad latus ejus occidentale concederet, usus in ea re militibus ipsius carabiariis. [81]) Ita Ceramesianis supra dictis, i. e. Graecis etiamtum apud Cuberum versantibus, Thessalonicae absque impedimento petendae major copia facta est (AA. SS. l. c. cap. 201—205. pag. 182. 183.).

Eo Thessalonicae statu literae imperiales in civitatem deferuntur, quibus Sisinnius Ceramesianos suis navigiis caesareisque, quae advenerant, aliorsum deportare jubetur.

---

80) AA. SS. l. c. cap. 204.: Ὡς ἀπὸ τῶν μερῶν Χαλκίδος. Pro insano Χαλκίδος ego malim Χαλκιδικῆς, cujus in conspectu fere Sciathus insula sita est. Ita carabus his hominibus a latere dextro apparuit.

81) AA. SS. l. c. cap. 205.: Καὶ τοῦ αὐτοῦ στρατοῦ τοῦ ἐκ τῶν καραβων κ. τ. λ. Locus male sanus, quod monere satius duximus, quam emendationem ejus tentare. Persuasum tamen habemus, in asportando Mauro Sisinnium classiariis suis militibus usum esse, ipsisque navibus bellicis.

‖Quibus auditis Maurus, Constantinopolin profectus, im- 70
peratorem adiit, ut in gratiam acceptus princeps fieret. Ipsius tamen Mauri filius ad pias imperatoris aures defert, quae pater adversus Thessalonicam ipsamque Thraciam meditatus fuisset; quae vera esse, inde quoque cognitum est, quod Cuberus Mauri socios ejusque uxores eodem, ut antea, honore prosequi non desistebat. Imperator Maurum neci non dedit, sed dignitate orbatum in suburbium quoddam Cpolitanum, securitati satis prospiciens (*μετὰ τῶν ἀσφαλῶν*), relegavit, atque a praefectura et militia, quam habebat, amovit (AA. SS. l. c. cap. 207).

Habemus ex Actis Sanctorum ultimi belli petitam narrationem, quod, quamquam non erupit, tamen in eo erat, ut civitatem nisi everteret, tamen barbaris habitandam traderet. Ii quinam fuerint, tacet ut alia Anonymus hujus belli narrator. Praeter gentiles maxime christianos homines ex Avaria Cuberus Maurusque in Macedoniam adduxerant. Ii Christiani non alii mihi videntur quam Graeci, quos patriam suam, Thessalonicam, inquam, Constantinopolin, Thraciae urbes, vehementer appetiisse, pag. XCVIII. legimus. Eos Thessalonicae non metuendos fuisse puto; et partem eorum praefectus Thessalonicensis Cpolin ante Mauri insidias transmiserat. Restant barbari gentiles, quos Actorum narratio non praetermittit, licet nominibus eorum, quod dolendum, non appositis. Pauciores eos Graecis christianis fuisse, Anonymus significat. Iamque interroganti, quinam ii barbari fuerint, Bulgaros potissimum fuisse respondebis: siquidem duces expeditionis Bulgari duo fuere, Cuberus et Maurus. Ii vero (alios barbaros ignoro) occupandae Thessalonicae pares esse haud poterant. Erat itaque confugiendum ad Sclavinos Thessalonicae conterminos, hominum multitudine florentes. Iis carere non poterat Bulgarorum par memoratum ad opprimendam Thessalonicam, eamque cum Macedonia tenendam; minus etiam ad impugnandam Thraciam, Asiam, Constantinopolin. Unde hoc quoque

diximus bellum Sclavinorum Thessalonicense, licet solorum Sagudatorum mentione injecta, atque ita quidem, ut de fide horum barbarorum imperatori Graeco praestita nulla suspicio Acta Sanctorum legentibus nasci possit. Ceterum habita tertii quartique Sclavinorum belli Thessalonicensis ratione chronologica, collatis annis illis sexaginta pluribusve, quos Anonymus (p. XCVIII hujus dissertationis) post illa bella elapsos narrat, sextum hoc bellum initiis Constantini V Copronymi (a. 741 — 775) assignandum existimo, Cornelio Byeo seculi ejusdem finem statuente: vix bene. Est autem memorabile hoc bellum cum propter alia, tum eam ob causam, quod hujus expeditionis sive secessionis beneficio multos Graecorum patriae suae redditos videmus. Deinde augetur Avarorum praecipue cognitio, quod antecedentibus quoque bellis debemus. Postremo nova discimus non contemnenda de sacris Christianis in terra Istriana conditis auctisque. [82])

## CAP. V.

### CONCLUSIO.

Relictis Anonymorum Demetriacorum, qui Thessalonicae suae res egregie illustrarunt, commentariis lectu intellectuque haud facilibus, ad reliquum Constantini V Copronymi regnum pergimus, quantum ad res Macedonicas spectat. Thessalonicam Sclavini post Iustiniani II Rhinotmeti victoriam, a. 688. reportatam, appetere desierunt; cujus rei optimus testis anonymus sexti belli scriptor. Is enim, quem aevo Constantini V Copronymi, vel brevi post vixisse puto, aliud bellum

---

82) Hoc bello anterior fuit alia Bulgarorum ab Avaris dominis defectio, alio quodam Cubratio duce patrata. Vide Stritteri memorr. Tom. I. pag. 755. T. II. p. 501.

Sclavinorum Thessalonicense, si revera accidisset, silentio non praetermisisset. Europaeo tamen regno, Copronymo regnante, a Sclavinis quietae esse non semper licuit. Ejus enim imperatoris anno duodevicesimo (post Chr. 758) exarsit bellum Slavo-Macedonicum. Theophanes in chronographia (ed. Paris. pag. 361.) ad annum Copronymi XVIII.: *Τούτῳ τῷ*
‖ *ἔτει Κωνσταντῖνος τὰς κατὰ Μακεδονίαν Σκλαβινίας* 71
*ἠχμαλώτευσε, καὶ τοὺς λοιποὺς ὑποχειρίους ἐποίησεν.* [83]) Qui in antecedentibus nostram bellorum Slavicorum narrationem legerunt, ex Anonymis Demetriacis haustam, mirabuntur, immo notabunt flebilem ut alibi miseramque Theophanis breviloquentiam. Tacet chronographus de causis belli; tacet de sedibus gentium Slavicarum; tacet de eorum nominibus. Rebellarant (puto) Sclavini quidam, ab imperatore Iustiniano II Rhinotmeto victi quidem, nec tamen, ut alii, in Asiam transpositi; aut erant adhucdum liberi quidam Sclavini Macedonici (Thracici), qui isto demum anno (758) regno Graecorum parere coeperunt. Deinde eos, qui in captivitatem abducti sunt, propiores Thessalonicae Byzantioque fuisse puto; remotiores utrique civitati erant, quos solummodo parere sibi imperator coegit. Idem discrimen in victoria Iustiniani II Rhinotmeti, septuagesimo anno ante (688) reportata, statuendum putavi (pag. XCV). Ceterum Copronymi victoria num omnem Sclaviniam Macedonicam (et Thracicam) spectet, mihi dubium videtur. Certe superiorem Macedoniam veteris sensus (Orestidem, Pelagoniam, regionem Strymoniis fontibus vicinam) ne decimo

---

83) Theophanis verba: *Τὰς κατὰ Μακεδονίαν* (sc. novi sensus) *Σκλαβινίας*, docti male sic interpretantur: *Sclaviniae provincias ad Macedoniam sitas.* Est autem in talibus *κατὰ* idem quod *ἐν*. Dein *ἠχμαλώτευσε* iisdem doctis est: *in servitutem redegit*, sensu non satis claro. Immo imperator Graecorum gentes quasdam Sclavinorum (incertum, totas an partem earum), exemplum Iustiniani II Rhinotmeti secutus, e sedibus suis abductas, in aliam imperii partem transposuit.

quidem seculo ineunte Graecis paruisse puto; quod Cameniatae caput sextum, supra (pag. LXXVII) allatum, extra dubii aleam ponit. Ut breviter sententiam meam exponam: eos tantummodo Sclavinos seculo septimo, octavo atque nono Graecis paruisse existimo, qui Ponto Euxino marique Aegaeo propiores sedebant: reliqui (septentrionales atque interiores) liberi agebant. Berroeam vero veteris Macedoniae (si terras occidentales spectas) medio seculo octavo imperii Graecorum limites non multum transgressi sunt.

Alia rerum facies extitit exeunte eodem seculo. Anno 782 vel 783., imperantibus Constantino VII Porphyrogenito et matre Irene, bellum omnibus Sclavinis illatum est, qui Thessaliam Graeciamque cum Peloponneso tenebant. Breviter et haec ut alia Theophanes narrat (chronogr. p. 385. ed. Paris.). Mandabatur hoc bellum Stauracio patricio cursusque logothetae; qui cum numeroso exercitu adversus Sclavinorum gentes missus, Thessalonicam (Thessaliam) et Graeciam intrat, deinde regionem omnem imperio Graecorum subjicit, tributumque pendere barbaros cogit. Penetrata quoque Peloponnesus, unde captivorum multitudo aliaque praeda abducta fuit. [84])

---

84) Mihi in Theophanis loco *Θεσσαλονίκην* corruptum esse videtur, pro *Θεσσαλίαν*. Quam meam suspicionem firmari video Anastasii Bibliothecarii loco (Histor. ecclesiast. pag. 169. ed. Paris., p. 84. ed. Ven.). Is enim Theophanis locum ita convertit: *Qui cum descendisset in Thessaliam et Graeciam*, rell. De alia harum vocum confusione v. Nos pag. 22 sq. Hoc Stauracii bellum respicit quoque Phil. Fallmerayeri liber: *Geschichte der Halbinsel Morea während des Mittelalters*. T. I. Stuttg. et Tub. 1830. p. 214 – 218. Qui vir eximius imperatorem Copronymum ad Berroeam *Macedonicam* penetrasse ibidem p. 215. narrat; quod ego nullo scriptoris veteris loco monstratum video. Idem Irenen imperatricem, ante bellum Slavicum limites imperii visitantem, ad Berroeam *Macedonicam* progressam tradit, sc.

Et hae sunt potiores Thessalonicensium res per seculi octavi decursum. Seculo nono num bello petita fuerit, equidem ignoro. Quod enim Leo Grammaticus (pag. 458. 459. ed. Paris.) de Baldimero (Wladimiro), Bulgariae principe, Thessalonicam petente, narrat, equidem me non intelligere fateor. Ibi enim tacetur, quonam consilio Bulgarus civitatem nostram petierit, amico an hostili; exercitu stipatus, an solus? Ceterum Theophili imperium spectatur, sive anni post 72
Christum 829—842 (Stritter. memor. T. II. p. 566 sq.).

Thessalonicam non per hoc tantum seculum, sed etiam per antecedens fere in pace bellique omnis immunem egisse, testatur Cameniata in narratione Sarazenica cap. 9.: *Ἦν οὖν ταῖς ῥηθείσαις αἰτίαις* [85]) *ἀνωτέρα κινδύνου παντὸς ἡ πόλις. Ἐξότου γὰρ ἡ κολυμβήθρα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὸ τῶν Σκυθῶν ἔθνος τῷ Χριστωνύμῳ λαῷ συνεμόρφωσε .. πέπαυτο* (l. *πέπαυντο*) *μὲν αἱ τῶν πόλεων στάσεις* (l. *ἀναστάσεις*), *ἀνεῖτο δὲ τῆς ἐνεργείας ἡ τὰς σφαγὰς ἐπιτηδεύουσα μάχαιρα .. καὶ πόλεμος ἦν οὐδαμοῦ, καὶ τὴν περίχωρον ἅπασαν εἰρήνη κατεπρυτάνευε· καὶ οὐδεμία ἦν ἐν ζωΐας ἀφορμὴ, ἧς οὐκ εἰς κόρον ἡμεῖς ἀπελαύομεν.* Beatum Thessalonicensium suorum statum in sequentibus eloquenter Cameniata praedicare pergit, quem maximopere omnis generis mercatura auctum dicit. Hujus rei beneficium Sclavinorum

---

Theophane teste (chron. p. 385. ed. Paris.). Verum hoc iter post bellum Stauracii Slavicum aggressa est (mense Maio, imperii anno quarto, coll. Theoph. l. c.). Thraciamque imperatrix visitavit, non Macedoniam (veteris sensus) (Theoph. l. c.). Berroea autem ibi citata est Thraciae urbs, alibi *Beroë* et *Veroj* dicta, prope ad Philippopolin, coll. Schaffarikio in Wien. Jahrbb. T. XLVI. pag. 57. Ceterum Fallmerayerus suae de Berröa sententiae antecessorem habuit Wassium in Addendis ad Thucyd. I, 61.

85) Eas causas exposuit capite 8. (pag. LVII hujus dissertationis).

et Bulgarorum accolarum ad sacra Christiana conversioni tribuit, ut clericus: [86]) bene quidem ac prudenter. Hos enim gentiles superstitio sua non poterat non Graecis infensos vel tum reddere, quum libertate amissa illis parere coepissent. Aliam vero rem tacet Cameniata, qua Thessalonicae opes ultimo aevo multum auctae fuisse videntur. Est mercatura Graecorum cum populis Istrianis, maxime Bulgaris, exercita, quae a. 888 e Constantinopoli Thessalonicam translata dicitur, [87]) civitatem ad ista negotia forsan opportuniorem, quam urbs regia. Thessalonica enim a Danubio flumine, ubi urbs Belegrada, octo dierum itinere, non plus, distat, si quis non festinanter, sed interquiescens proficiscatur, teste Constantino Porphyrogenito de administr. imp. cap. 42.; qui locus simul florem mercaturae inter Danubium inferiorem ac Thessalonicam seculo decimo exercitae significat, coll. Nobis pag. 221 sqq.

Verum inhibendus narrationis nostrae cursus, ancorisque demissis in anni 904 historia subsistendum, quo tempore Thessalonica, diuturno post bella Slavica otio gavisa, opi-

---

86) Non uno quasi ictu (quod in historia Bulgarorum quoque observatur), sed paulatim ad sacra nostra Sclavini, in regno Byzantino habitantes, accessisse videntur. Quod factum esse puto inter victoriam Iustiniani II. Rhinotmeti (a. 688) atque expugnationem Thessalonicae Sarazenicam (a. 904). Semina tamen fidei christianae non pauca, bellorum quinque priorum occasione (a. 584—688) gentilibus illis inspersa fuisse, nostra illorum seculorum illustratio monstravit. Bulgarorum ad Christum plenior conversio anno 860 vel 861 tribuitur (Stritter, memorr. T. II. p. 670. Gieseler, Lehrb. der Kirchengesch. ed. II. T. 2. 1. p. 296.). Satis diu ante hoc tempus Sclavinos Bulgarosque Thessalonicenses conversos fuisse, Cameniata significare videtur.

87) Veterum de ea re testimonia v. apud Stritterum memorr. T. II. p. 576 sqq. Dolendum, quod Graeci istam commercii mutationem non uberius exposuerunt. Sed vide Hüllmannum in Geschichte des Byz. Handels p. 76 sqq. et Nos pag. 221 sqq.

busque mirifice aucta (Cameniata l. c. c. 8—10.), Sarazenorum Syriae Tripolitanorum praeda evasit. Eam calamitatem, dein Bulgarica, Normannica, Latina, Serbica, Veneta, Turcica Thessalonicae fata, i. e. secula urbis X — XV. sive historiam annorum 904—1430., per alius scriptionis opportunitatem illustraturi, ad urbis agrique expositionem transimus.

# THESSALONICA

EIUSQUE

# AGER.

Digitized by Google

# CAP. I.

## SITUS URBIS.

De situ Thessalonicae [1]) videndus Plinius H. N. 4, 10 (17): *Medio... flexu litoris* (sinus Thermaici) *Thessalonica.* [2]) Quod minus diligenter scriptum esse, tabulae recentiorum geographicae ostendunt. E mente enim Plinii urbis situs est borealis; quod ei non convenit, sed propinquo fluvio Echedoro (Galico s. Gallico), quem inferius illustrabo. Thessalonica reapse non alibi, quam *sub finem borealem litoris orientalis sinus Thermaici* sedem habet, coll. Pocock. in Beschreib. d. Morgenlandes. Vol. III. Erlangae 1792. p. 213: *Die Stadt* (Salonich) *lieget an der nordöstlichen Ecke desselben* (Meerbusens). Mare urbi proximum fere solum occidentem spectat; campi, inter Echedorum urbemque patentes, boream cum occidente; mons Chortaetus (cum arce Thessalonicensi) orientem cum septentrione; ager urbis, qua Chalcidicen peninsulam tangit, meridiem. Dapperus in Descript. des isles de l'archipel (Amsterd. 1703. p. 316.): *Elle est située en partie sur un côteau, et en*

---

1) Eam Michael Lequienius in Oriente Christiano Vol. II. p. 27. male ponit ad Axium. Rectius idem Vol. III. p. 1089. (ubi de episcopatu Thessalonicae latino agit) prope Echedorum sitam esse refert, duce Baudrando geogr. T. II. pag. 310. Eodem Baudrando referente (Michael Lequien. l. c.) distat a Dyrrachio 220. milliar. (ital. ?), a Cpoli 350 (?), a Sardica 120, a Larissa horarum 38. itinere. De his v. Nos in Via Egnatia p. 4.

2) Strabo Geogr. VIII, 1, 3: *Εἰς τὸν Θερμαῖον διήκων μυχόν.* In his graecum *μυχὸς* respondet Pliniano *medio flexui litoris.*

*partie dans la plaine.* Id. ibid. dicit, sitam esse *au fond du golfe.* Felix Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce. Paris 1800. Vol. I. p. 26: *Elle* (Salonique) *est au fond-est du golfe Therméen, et est située au mi-côte sur la saillie, que forme au sud-ouest la pente du mont Kourtiach.* Idem vero ibid. p. 27. minus recte: *L'exposition de Salonique est au sud.* Neque aliter Cameniata. Is enim (de expugnatione Thessalonicae Sarazenica cap. 4., coll. cap. 5.) ut Plinius l. c. urbi sedem mere borealem in litore sinus Thermaei assignat, unde reliqua totius imaginis ab ipso delineatae pendent. Eo enim referente e meridie urbis est portus, sinus vero e meridie portus. Ejusdem sententiae est seculi XIV scriptor Nicephorus Chumnus oratione ad Thessalonicenses habita (Boissonad. Anecdd. gr. Vol. II. p. 141.): *Θάλασσαν δὲ πρὸς νότον ἀνῆχε* (urbs). [3]) In latere urbis

3) Urbis e portu sinuque magnificum adspectum respicit Felix Beaujour l. c. Vol. I. p. 27: *Les maisons, rangées en amphithéâtre de la colline, et entourées de jardins plantés de cyprès, offrent de loin un agréable coup d'oeil.* Locos Clarkii (Travels Vol. II. parte III. p. 348.) afferam in fine capitis 3 (de magnitudine urbis), item in fine expositionis munimentorum (cap. 10). Olympi Ossaeque montium ex urbe adspectum magnificum bene idem exponit l. c. pag. 372., coll. Herodot. 7, 128: *Ξέρξης δὲ ὑρίων ἐκ τῆς Θέρμης οὔρεα τὰ Θεσσαλικὰ, τόν τε Ὄλυμπον καὶ τὴν Ὄσσαν, μεγάθεϊ ὑπερμήκεα ὄντα κ. τ. λ.* Olympo vicinus fuisse is quoque videtur, qui hujus montis laudes scripsit (Eustath. opuscc. p. 359 360). De his omnibus adde Leakium in Travels in north. Greece T. III. p. 238: *Being situated in great part upon the declivity of a hill rising from the extremity of that noble basin at the head of the Thermaic gulf, which is included within the caps Vardár and Karáburnu, and being surrounded by lofty whitened walls, of which the whole extent, as well as that of the city itself, is displayed to view from the sea, it presents a most imposing appearance in approaching on that side. The form of the city approaches to a half circle, of which the diameter is described by a lofty wall, flanked with towers, extending a mile in*

boreali montem (Chortaetum) collocat Cameniata (cap. 5.). Idem (cap. 5.) addit, extrema et summa montis in ipsum apprime orientem vergere; a parte montis meridionali et boreali campos magnos patere. Horum camporum priorem (sc. a parte montis meridionali, a parte urbis orientali) perquam venustum esse dicit (cap. 5.). Et hoc est latus montis (e mente Cameniatae) dextrum, coll. sqq. Camporum illorum posterior, i. e. a laevo montis latere, si quis urbem montemque e portu adspiciat, non minus magnus est secundum narrationem Cameniatae, aliisque montibus, ex altera parte positis, terminatur: in medio duos lacus habet, planitiei partem tenentes (cap. 5.). Alius campus e latere urbis occidentali usque ad urbem Berroeam patet, in medio habens magnos quosdam fluvios (cap. 6., coll. fine ejusdem capitis, quem locum plenius illustrabo, ubi de agro urbis agam). Situm Thessalonicae astronomicum ita definit Ptolemaeus geogr. 3, 13.: *Θεσσαλονίκη μθ′ Lγ μ′*. Felix Beaujour l. c. Vol. I. p. 21.: *Salonique est à 40° 41′ 10″ de latitude-nord. Sa longitude, prise du méridien de Paris, est de* 20° 28′. Adde Hadschi Chalfam, [4]) quo teste dies anni

---

*length along the sea shore, and defended by three great towers, one at each extremity; the third overlooking the scala or landing place, where stands a small suburb, between the tower and the sea shore. Since the invention of gunpowder, batteries on a level with the water have been added to the maritime defences in the most important points, and a fortress, or fortified inclosure, has been constructed at the western angle of the city.* Imaginem nostrae urbis admodum

turritae v. apud Dapperum (p. 347), item apud Cousinerium (Voy. dans la Macédoine. Paris. 1831. Vol. I. p. 22). Delineationem quandam (Plan de Salonique) praestat regni Turcici tabula geogr. Lapiei segm. 15. In tabula Peutingeriana habet insignia civitatis, muris turribusque bene munitae.

4) Rumeli et Bosna, geographisch beschrieben von *Mustafa Ben Abdalla Hadschi Chalfa*. Aus dem Türk. übers. von J. Hammer. Wien 1812. p. 75 seq. De hoc seculi XVII.

longissimus est horarum 15., minut. 1.; brevissimus horar. 8., minut. 14. De ipsius Macedoniae situ videatur Jo. Lydus de ostentis cap. 71 (p. 382. ed. Bonn.): *Τῷ αἰγοκέρωτι* (subjectae sunt) *Μακεδονία, Θρᾴκη, Ἰλλυρὶς, Ἰνδικὴ, Ἀριανὴ, Γεδρωσία.*

De agro urbis vicino, s. Mygdoniae Chalcidicesque partibus, infra agam. Lectorum commodo prospiciens jam appono Hadschi Chalfae locum de hodierna Thessalonica (p. 75 sqq.), cujus singulas partes paulo inferius identidem repetam. *Salonik* (Salonichi, Selanik) *liegt am Ende eines Busens, der sich beiläufig* 100 *Miglien von Süden gegen Norden erstreckt. Die Stadtmauer hat* 3 *Miglien im Umfange, und* 5 *Thore; nämlich: das Hafenthor, das Thor Vardar, das Thurmthor, das Thor Kelemzje und das neue Thor. Die Entfernung von Konstantinopel beträgt* 287½ *Miglien. Der längste Tag ist* 15 *St.* 1 *Min., der kürzeste* 8 *Stund.* 14 *Min. Ildirim-Bajased hatte diese Stadt im J.* 796 *erobert; aber sie fiel dann wieder in die Hände der Ungläubigen, bis Sultan Murad II. dieselbe im J.* 801 *zurück eroberte. Das Schloss liegt von einer Seite auf einer Anhöhe; der grösste Theil der Mauer aber läuft längs dem Ufer des Meeres hin, die jedoch von dem Hafenthore, in der Richtung nach Westen hin, unterbrochen ist. Dort befindet sich ein geräumiger Hafen, in welchem bis* 300 *Schiffe Anker werfen können. Der erste Richter von Salonik war Arabsadé Abdornuh Effendi. Er bauete hier eine Moskée. Dort, wo sich das westliche Ende der Mauer an den Berg lehnt, ist ein besonderes unabhängiges Schloss. Die Hane, Viertel und Moskéen befinden sich innerhalb der Mauern, ausser denen die Gärten liegen. Das Wasser Salonik's wird durch Kanäle von dem eine*

---

scriptore v. Encyclopaedische des Orients. Lips. 1804. Vol. I. Uebersicht der Wissenschaften p. 3 sqq.

*halbe Tagereise entlegenen Berge Hortasch herbeigeführt. Der Berg Hortasch liegt nordwestlich von Salonik; auf dem Gipfel befinden sich mehrere Seen, die im Winter frieren, und für den Sommer das Eis nach Salonik liefern.* [5]) *Auch befindet sich dort ein von Ungläubigen bewohnter Flecken, Hortasch genannt. Ein anderes Wasser ist das Jenisu oder Neuwasser. Neben den Thoren Vardar und Kelemzje liegen 2 grosse Bollwerke, deren eines der Thurm von Vardar, das andere der Thurm Kelemzje heisst. Die Stadt hat* 10 *grosse, mehrere kleine* [6]) *Moskéen, und* 9 *Bäder. Die berühmtesten Moskéen sind:* 1. *Kassimjé, im* J. 831 [7]) *aus einer Kirche in eine Moskée verwandelt;* 2. *die alte Moskée;* 3. *die Moskée Agi Sofia, wozu Ibrahim Pascha das Minaré gebauet;* 4. *die Moskée Kassim Pascha-Dscheseri's;* 5. *die Moskée Jakub Pascha's;* 6. *die Moskée des Seraj, ehemals, zu den Zeiten der Ungläubigen, die Hofkirche;* [8]) 7. *die Moskée Sinam Pascha's, im J.* 1004. *durch Sinam Pascha den Ungläubigen entrissen; alle diese waren ehemals Kirchen. Neugebaut sind folgende:* 8. *die Moskée Isak Pascha's Pischimanje,* 9. *die Hamsabey's und* 10. *die Moskée Akcsedschamissi. Die Stadt hat schöne Gassen und öffentliche Gebäude. Neben dem Marktplatze*

---

5) De hac glacie v. quoque Cousinéry Voyage Vol. I. p. 110.

6) Dapperi aevo (l. c. pag. 347) Thessalonica habuit synagogas Turcicas 48; synagogas Judaicas 36 majores, alias minores: ecclesias graecas 30. De his v. Nos in sequentibus.

7) Anno 1429 Turcarum Venetorumque annales expugnationem Thessalonicae Turcicam assignant (Hammer Gesch. des Osman. Reichs I. 645); Graeci rectius a. 1430 (Hammer l. c.). Annus Hadschi Chalfae 831 (1427) historiae prorsus repugnat.

8) Significare videtur Turca S. Demetrii ecclesiam, nobilissimam omnium, nec tamen principalem s. metropolitanam, ut Felix Beaujour opinatur, de quo agam in ecclesiae Sophianae descriptione.

*Lóndscha, wo die Tücher verkauft werden, ist ein Besestan und einige Hane; die grössten sind: Sulidsché Han, Mustafa Pascha Han und Milta Han. Die meisten Häuser sind jüdische.* [9]) *Die aus der Christenheit heimlich entflohenen Juden retteten sich meistens hieher, und mietheten die Hane und Wohnungen auf lange Termine. Wiewohl nun die Stadt durch das Unglück, so mit Juden überhäuft zu seyn, gebrandmarkt ist, so wird diese Schande doch durch den weltlichen Nutzen dieser Bewohner wieder ausgelöscht. Sie verfertigen nähmlich die weitberühmten vielfarbigen Fusssteppiche, die sonst nirgends so gut gemacht werden; ferner gute Tücher. Eine der grössten Merkwürdigkeiten Salonik's ist im Judenviertel die Schule derselben, Hora genannt, in deren oberen Stockwerken viele Büchersäle sind. Es sind hier mehr als* 200 *Lehrer angestellt, von den ersten Elementen der Sprache bis zur Geschichte, und die Schüler, Knaben von* 4—5 *und Männer von* 30—40 *Jahren, sitzen an der Zahl über* 1000, *nach ihren Graden, und lesen die Schrift und Vernunft-Wissenschaften. Die reichen Juden verwenden vieles Geld auf Wohlthaten und fromme Stiftungen, und der Tag, wo jährlich unter die Armen Kleider und Geld ausgetheilt wird, ist für die ganze Stadt ein Fest. Salonik kann in vielen Stücken als ein Theil Konstantinopels betrachtet werden, und hat mehrere berühmte Männer hervorgebracht. Zu Lande legt man den Weg in* 13 *Tagen zurück; der Weg zur See beträgt bis an's Ufer von Kassandra* 250, *und von da nach Salonik* 100, *in allem* 350 *Miglien.* [10]) Cum ultimis, quae

9) Totus hic Hadschi Chalfae locus de Judaeis latuit Jostium in libro: Geschichte der Israeliten Vol. VIII. p. 50—95, ubi sermo est de Judaeis Thessalonicensibus. Eundem scriptorem turcicum, a. 1812 editum, ignorant quoque Clarkius, Cousinerius, Beaujour (Voy. milit. 1829). Eosdem latuit Benjamini itinerarium, de Judaeis Thessalonicensibus agens.

10) Chroniques de Ramon Muntaner cap. 233 (p. 230. ed.

Hadschi Chalfa refert de ratione inter Constantinopolin Thessalonicamque intercedente, cfr. Dapperum (l. c. p. 346.): *C'est une des principales villes de la Macédoine, qui est extrêmement à la bienséance des Turcs.*

## CAP. II.

### ANTIQUITAS URBIS ET NOMINA.

Recurrimus ad origines Thermae (Thessalonicae), quas in Dissert. histor. pag. 1. attigimus, tempora, quae dicunt *historica*, ibi respicientes. Graecos pristinae urbis incolas indistincte diximus, neque alios, quam qui proxima sinus Thermaici oppida sive condidere, sive instauravere, sc. Aeneam urbem, Methonem, all.; unde optio datur inter Corinthios, Eretrienses, Chalcidenses. Accuratiora, quum Lucillii Tarraei liber interierit, [11]) plenioresque Cononis et Christodori narrationes desiderentur, quis jam tradet? Acquiescendum antiquissimo omnium testimonio, Hecataei Milesii fragmento 116. ed. Klaus. (ap. Steph. Byz. s. v. *Χαλάστρα*): *Ἐν αὐτῷ* (ad sinum Thermaicum) *Θέρμη, πόλις Θρηϊκῶν.* Vides, Darii Hystaspis aevo posterius oppidum Thracicum fuisse; quod secus esse debuit, cum diu post Cassander Macedo incolas ejus Thessalonicam transponeret, coll. Dissertat. histor. p. 3. 15. Therma vero eodem Darii aevo vere Graeca, licet Thracica, dicitur; quo id confirmatur, quod in

---

Buchon.): *Sacer Andria (Cassandria), qui est un cap de mer à cinq (?) cents vingt milles de Salonique.*

11) Habuit quoque vetus aevum Christodori *πάτρια* (origines) *Θεσσαλονίκης.* Suidas s. v.: *Χριστόδωρος Πανίτης, ἀπὸ Κοπτοῦ, πόλεως τῆς Αἰγύπτου, ἐποποιός. Ἤκμαζεν ἐπὶ τῶν Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως* (a. 491—518) *χρόνων. Ἔγραψεν.. πάτρια Θεσσαλονίκης, βιβλία κέ* (XXII); qui tamen numerus mihi dubius esse videtur.

Dissert. histor. p. 1. de Thracibus, primis illorum locorum incolis, monuimus. [12]) Non praetermittendum tamen aliud veteris scriptoris testimonium, Scylacis Caryandensis locus in periplo (Hecataeus et Scylax p. 202. ed. Klaus.): *Ἄξιος ποταμὸς, [Ἔχει]δωρος ποταμὸς, Θέρμη πόλις, Αἴνεια Ἑλληνὶς κ. τ. λ.* Qui locus, si quidem sanus esse putatur, eam potissimum ob causam mihi memorabilis semper visus est, quod Thermae nomini non adjicitur *Ἑλληνὶς*, ut vicinae Aeneae aliisque istius catalogi innumeris. Id enim in Scylace haud levis momenti est; qui scriptor, utut de aetate ejus statueris, ubi de coloniis Graecorum loquitur, hoc ipsum, sc. *Graecam esse aliquam urbem*, nunquam non significat. [13])

---

12) Non aliter scholiastes A in Aeschyli Persas 486 (ed. Well.) Bolben lacum Thraciae adscribit, scholiastes B Macedoniae. Bene uterque. Neque praetermittendum Hecataei testimonium, qui Thracas non uno tantum ipsius Macedoniae loco habitantes significat, maxime in ora maritima sinus Thermaei et adjacentium sinuum. V. ejus fragmenta 115—122. p. 75 sqq. ed. Klausen. Adde Müllerum in Orchomeno pag. 379 sq., de Thracibus Boeotiis docte, ut assolet, agentem. Ex interioribus Macedoniae pristinae partibus hos Thracas non aliter ad sinus Macedonicos detrusos fuisse puto, quam Graecos Macedonicos a Bulgaris, coll. Leak. l. c. Vol. 3. p. 259. 270.

13) Thraciae urbem Thermam disertis verbis dicit Theopompus fragm. 151. ed. Wich. (apud Harpocrationem s. v.): *Θερμὰν (Θέρμαν): Θ., Αἰσχίνης ἐν τῇ παραπρεσβείας ἀπολογίᾳ· Θρᾴκιον τοῦτό ἐστι πόλισμα, ὡς καὶ Θεόπομπος ἐν εἰκοστῇ δευτέρᾳ φησίν.* Harpocrationem suo more exscribit Suidas s. v. *Θερμάν*. De Aeschinis loco vide Nos in Dissertatione histor. p. 2., ubi formam *Θέρμαν* a Bekkero ejectam dixi trium codd. auctoritate, qui *Θέρμην* habere narrantur. Unus tamen codex formam *Θέρμαν* tuetur, quodque majoris momenti est, Harpocratio modo allatus, a Bekkero praetermissus. Formae *Θέρμαν* favet quoque in loco Aeschineo forma *Στρέψαν*, pro qua in nullo codice est *Στρέψην*. Ego ingenue fateor, originarium et verum

Fuit ergo Therma, e mente s. opinatione Scylacis aliorumque, urbs originetenus non Graeca. Quaenam vero? Thracica, an alia? Trojana, inquam, e quorundam opinione colonia, Thraciae illata, ut jam ad aevum urbis *mythicum* progrediar. Videndus de hac re Cedreni locus, nemini puto ante me inspectus ac ponderatus. Is igitur in historico compendio pag. 155. ed. Paris. (p. 124. ed. Ven.) ὁ μέντοι, ait, Κάσανδρος Θεσσαλονίκην, τὴν τοῦ Ἀλεξάνδρου (immo Philippi) θυγατέρα, [14]) ποιησάμενος γυναῖκα, εἰς ὄνομα ταύτης κτίζει πόλιν Θεσσαλονίκην. [15]) Οἱ δὲ Αἰνείαν ταύτην κτίσαι, μετὰ τὸ ἀποφυγεῖν τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, ὅθεν καὶ ἡ χώρα λέγεται Αἰνεία. Οἱ δέ φασι, Φιλίππου τοῦ Ἀμμύντου (l. Ἀμύντου) εἶναι θυγατέρα τὴν Θεσσαλονίκην. Τὸ δὲ ἐν τῇ Παλήνῃ (l. Παλλήνῃ) φρούριον παρ' αὐτοῦ τοῦ Αἰνείου οἰκοδομούμενον, ἐπεὶ παρὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀκήκοε γεγενῆσθαι αὐτῷ θυγατέρα, καὶ Κασάνδραν ὀνομασθῆναι, καὶ αὐτὸς αὐτὸν τὸν τόπον Κασάνδριαν ὠνόμασε, καὶ στήλην λιθίνην γυναικὸς σχῆμα ἔχουσαν καὶ πρὸς Τροίαν βλέπουσαν ἐπάνω τοῦ τείχους ἔστησε. In his praeter alia novum, quod iste tractus, Mygdoniae accensendus (Herodot. 7, 123), *Aenea* dicitur, quum urbem solummodo Aeneam, Thermae vicinam e meridie, cognitam habeamus, quam vetus incolarum fama Aeneae Trojano tri-

---

urbis primitivae nomen mihi nunc videri formam *Θέρμα*, non *Θέρμη*; quod non miraberis, si verisimilium urbis conditorum memineris, sive ii Corinthii fuere, sive Chalcidenses Eretriive. Praevaluit tamen temporis decursu, nisi intra urbem, tamen extra, nomen *Θέρμη*, praeeuntibus scriptoribus Joniis, a quibus illa scriptio ad auctores communis dialecti transiit.

14) Similis error est Georgii Syncelli (Chronogr. p. 504. ed. Bonn.), qui Thessalonicam Philippi regis uxorem dicit.

15) Jo. Malalae locum de Thessalonicae conditore v. paulo inferius.

buit, coll. Dissert. histor. p. 16. Mihi vero magis mirum videretur, si Thermam ad Trojanos fama quaedam vetustior non retulisset, quam equidem in Lucilli Tarraei libello singulari, quem de Thessalonica scripsit, item in Conone, quem Photius cod. 186. p. 140. ed. Bekk. [16]) excerpsit,

---

16) Conon l. c.: Ἐπεὶ δὲ τὸ Ἴλιον ἥλω, Αἰνείας ὁ Ἀγχίσου καὶ Ἀφροδίτης, διαφυγὼν τοὺς Ἀχαιοὺς, τὸ μὲν πρῶτον ᾤκει τὴν Ἴδην· Ὀξυνίου δὲ καὶ Σκαμάνδρου ἐπανελθόντων ἀπὸ Λυδίας, καὶ ὡς πατρῴας λήξεως μεταποιουμένων τῶν περὶ τὸ Ἴλιον τόπων, ἀναλαβὼν Ἀγχίσην τὸν πατέρα, καὶ ὅσους δύναιτο τῶν συμφυγάδων, πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ᾤχετο κατὰ Ἀφροδίτης ἐπίσκηψιν. Διαβὰς οὖν τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἀφικόμενος εἰς Θερμὸν καλούμενον κόλπον, Ἀγχίσην μὲν ἀποθανόντα θάπτει· αὐτὸς δὲ, τῶν ἐγχωρίων δεομένων, ὥστε βασιλεύειν αὐτῶν, οὐκ ἐδέξατο. Εἶτα εἰς τὴν Βρουσιάδα γῆν ἔρχεται. Πᾶσι δ' ἦν ἐφίμερος, οἷς ἐντυγχάνοι, κατὰ χάριν τῆς Ἀφροδίτης. Ἐνταῦθα μυκησαμένης τῆς συνεπομένης αὐτῷ βοὸς ἐξ Ἴδης (τοῦτο γὰρ Ἀφροδίτη ἐπέσκηψε), λαμβάνει τὸ κράτος τῆς γῆς, διδόντων τῶν ἐπιχωρίων, καὶ τὴν βοῦν θύει Ἀφροδίτῃ, καὶ κτίζει πόλιν, ἣ τότε μὲν Αἴνεια ἀπὸ τοῦ θύσαντος, ὕστερον δὲ, παρενεγκόντος (l. παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος, Αἶνος ἐκλήθη. Memorabilis locus, licet variis mendis inquinatus. Et primo quidem legendum πρὸς ἥλιον κατίσχοντα pro ἀνίσχοντα: Aeneas enim occidentem petebat, non orientem. Deinde Θερμαῖον legendum pro Θερμὸν, quod est nihili. Ubi patrem Aeneas sepeliverit, excerptum Photii non aperit: putem, hoc factum esse in Pallene promontorio, coll. sequentis itineris tenore. Et famam quandam istorum locorum, quae res Troianorum spectabat, e Cedreno cognovimus. In reliquis lege Κρουσιάδα s. Κρουσίδα (Thucyd. 2, 79). In fine Photius quaedam confudit, sc. Aenum urbem apud Hebrum flumen, et Aeneam, utramque ad Aeneam Trojanum a veteribus relatam. Ceterum Crusiadis nostram emendationem maximopere firmat Dionysius Halicarnassensis A. R. I, 47 (de eodem Aeneae itinere agens): Διαπλεῖ (Aeneas) τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπὶ τῆς ἔγγιστα κειμένης χερρονήσου τὸν πλοῦν ποιούμενος, ἣ πρόκειται μὲν τῆς Εὐρώπης, καλεῖται δὲ Παλλήνη. Ἔθνος δ' εἶχεν αὕτη Θρᾴκιον σύμμαχον, Κρουσαῖον καλούμενον. Narraverat haec Hellanicus in Troicis, monente hoc ibidem Dionysio

postremo in libro Christodori, apud Suidam memorato, non praetermissam fuisse puto. [17]) Trojanorum enim cum Paeonibus Thracibusque commercia luculenter mihi testatur Homericus catalogus (Il. II, 844—850.), historiae speciem et naturam, si quid aliud, prae se ferens. Accedit fama Thracum vel Graecorum Macedonicorum antiqua, non omnis fidei historicae expers, nec solis nominum similitudinibus innixa, qua teste Trojani quidam, post captam patriam profugi, duce Aenea varia illius orae loca occupasse dicuntur; de quo praeter alios inprimis videndus Conon apud Photium biblioth. l. c., coll. iis, quae Heynius congessit exc. I. ad Virgil. Aen. III.; quibus locis addendus Cedrenus l. c., ubi de arce Pallenes (Potidaeae), *per Aeneam Trojanum condita*, agit. Adde Veneris cultum, quem Thermae urbi quidam tribuunt, [18]) atque ego quoque ad famam aliquam de Trojanis advenis referrem, si de cultu isto Veneris Thessalonicensi certius quid constaret. Eum vero cultum, si qui alii, terris occidentalibus Trojani profugi ingesserunt, quod omnis Aeneae historia satis luculenter mihi testatur. [19])

---

cap. 48. Adde Eundem cap. 49: *Πρῶτον μὲν εἰς Θρᾴκην ἀφικόμενοι* (Trojani) *κατὰ τὴν χερρόνησον, ἣ καλεῖται Παλλήνη, ὥρμίσαντο. Εἶχον δὲ, ὥσπερ εἶπον, βάρβαροι, Κρουσαῖοι καλούμενοι, καὶ παρέσχον αὐτοῖς τὰς καταγωγάς. Μείναντες δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν αὐτόθι, νεὼν Ἀφροδίτης ἱδρύσαντο ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἑνὸς, καὶ πόλιν Αἴνειαν ἔκτισαν.* Istud promontorium ab Aeneae urbis sede non diversum puto. Therma igitur (ut hoc obiter notem) in vicinia saltem Veneris Trojanae cultum ex vetere fama habuit.

17) Ergo fallitur seculi XIV scriptor, Nicephorus Chúmnus, qui urbem laudat, quod nihil (suae historiae) *εἰς μύθους τινὰς ἀνάγει καὶ παλαιὰ διηγήματα.* V. hujus scriptoris locum ap. Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 143.

18) Felix Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 44. Idem in Voyage milit. dans l'empire Othoman. Vol. I. pag. 201. Cousinéry Voyage dans la Macédoine. Vol. I. p. 267 seq.

19) Mirifica de Thessalonica habet Isidorus origg. 14, 4, 12:

De fabulis ad historiam recurro, *Thermae* nominis originem apertius, quam in Dissert. histor. p. 2. 3. factum est, jam nunc expositurus. A *thermis* quibusdam, urbi vicinis (*bains minéraux* ap. Cousinerium), urbis nomen repetii, de quibus vide Pocock. *in Beschreib. des Morgenl.* Erlangae 1792. Vol. 3. p. 213.: *Vier* [engl.] *Meilen von Salonika giebt es auf eben der Strasse* [von der Halbinsel Pallene her] *Bäder, deren Wasser nur laulich sind, und uns Salz und Schwefel zu enthalten schienen. Vermuthlich sind diese Bäder diejenigen, von welchen Thessalonich zuerst Therma, und der grosse Meerbusen, der jetzt der Salonichische heisst, der Thermaische genannt wurde.* Quod vero contendere tum non audebam, id nunc confidentius proponam. Thermae urbis nomen thermis ipsius debetur. Ejus rei testimonium minime contemnendum extat apud Anonymum Vaticanum, seculi VII. scriptorem, in Actis Sanctorum ad VIII. Oct. sive S. Demetrii (Bruxell. 1780.) p. 94. cap. 15.: Ὃς (Leontius) *αὐτίκα* [*κατὰ*] *τὰς τῶν καμίνων καμάρας ἅμα καὶ τοῦ* [*τῷ*] *τῶν θερμῶν ὑδάτων οἴκου* [*οἴκῳ*] *καθελὼν καὶ περικαθάρας μετὰ καὶ τῶν ἐκεῖσε* (Thessalonicae) *ὄντων δημοσίων ἐμβόλων καὶ προπυλῶν* (cum lupana-

---

*Multa in Thessalia flumina et oppida, inter quae Thessalonica et Thebae.* Quocum confer scholiasten Lucani pharsal. 7, 591. (pag. 567. ed. Weber.): *Macedoniam, quae est in Thessalia.* Isidorus ibid. 15, 1, 58: *Thessalonicam Thessalus, Graeci filius, aedificavit, in qua etiam regnavit.* Ea si quis Isidoro male inculcata putat, eo tempore hoc factum statuet, ubi Thessaliae nomine simul Macedonia comprehendebatur; de quo v. Nos deinceps. Obiter corrigo Solini locum polyhistor. cap. 14: *De oppidis* (Thessaliae) *egregia sunt Phthia, Larissa, Thessalia et Thebae.* In Thessalia quis Thessaliam quaeret? Lege *Thessalonica*, quod optime conspirat cum Isidori loco priore, coll. iis, quae paulo inferius de *Thessaliae* et *Thessalonicae* in codicibus confusione afferam. De

ribus ibi sitis), [20]) *ἀνήγειρεν πάνσεπτον οἶκον τῷ μάρτυρι* (Demetrio), *δαψιλείᾳ κατακοσμήσας χρειῶν* (*χειρῶν*?), *μέσον τοῦ δημοσίου λουτροῦ καὶ τοῦ σταδίου*. Habuit igitur thermas quasdam, proprie dictas, ipsa urbs Thessalonica, *a balneo publico, quo nulla civitas carebat, probe distinguendas*. Easdem thermas aliquot seculis post iterum deprehendo, sc. anno 904. Joannes Cameniata in narratione de Sarazenica Thessalonicae expugnatione cap. 59.: ... *Ῥοδοφύλης .. ὃς ἔτυχε, πρὸ μικροῦ τοῦ κινδύνου, τὴν ἐπὶ δύσιν σταλεὶς, καί τινων χρειῶν ἕνεκεν πρὸς τῇ πόλει* (Thessalonicam) *γενόμενος, μεθ' ἡμῶν συγκλεισθῆναι*. Eae *χρεῖαι* (*causae necessariae*) quaenam fuerint, aperit ejusdem aevi scriptor, Georgius Monachus in Novis imperatoribus, et quidem in imperio Leonis Sap. cap. 30. (Scriptt. post Theophanem ed. Paris. p. 558., ed. Ven. p. 417.): *Νοσήσας δὲ κατὰ τύχην ἐν τῇ ὁδῷ, εἰσῆλθεν ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ πρὸς τὸ λούσασθαι καὶ ἀναπτήσασθαι ἑαυτόν· [καὶ] ἐκρατήθη παρὰ Λέοντος*. [21]) Habuit igitur

---

Thessalo, primo Thessaliae rege, v. quoque Syncellum in chronogr. p. 238. ed. Bonn.

20) Auctor lexici schedographici (Boissonad. Anecdd. Grr. Vol. IV. p. 379.): *Θέρμια* (sic), *λυπινάρια* (sic). I. e. *thermae, sive lupanaria*. Attulit hunc locum Ducangius s. v. *λουπινάριον*. Ex thermis s. lupanaribus in Actis Sanctorum Venerem aliquis Thermae (Thessalonicae) cultam autumabit; nondum tamen vidi veteris scriptoris locum de Veneris religione apud Thessalonicenses.

21) Cedrenus ed. Paris. pag. 600. (ed. Ven. p. 470.): *Ῥοδόφυλλος δέ τις κουβικουλάριος κατά τινα χρείαν ἐν Σικελίᾳ πεμφθεὶς μετὰ χρυσίου λιτρῶν ἑκατὸν, νόσῳ περιπεσών, ἐν Θεσσαλονίκῃ εἰσῆλθεν, ἐφ' ᾧ ἐπιμελείας ἀξιωθῆναι*. Cedreni locus facit, ut apud Cameniatam *καὶ* inter *σταλεὶς* et *τινῶν* delendum putes, atque in utroque scriptore *χρείας* de negotiis in Sicilia exsequendis intelligas. Sed obstant quaedam, quominus Cameniatae verba mutes. Ceterum de curationibus morborum, quas Thessalonica praestabat, intelligo aliud vetustatis testimo-

ipsa urbs Thessalonica thermas quasdam, reficiendis aegris inservientes; quas cum calidarum aquarum aedicula Anonymi Vaticani ita concilio, ut haec ipsa post Leontii aevum, ubi destructa fuit, restituta videatur.

*Thermarum* nomen plurale solus Jo. Malalas urbi nostrae s. pago veteri tribuit, cum *Thermam*, singulari numero, reliqui omnes dicant, coll. Dissert. hist. p. 2. sq. Malalas igitur chronogr. lib. VII. (ed. Bonn. p. 190.): *Ὅστις* (Philippus) *νικήσας ὑπέταξε τὴν Θεσσαλίαν, καὶ κτίζει πόλιν εἰς τὴν Μακεδονίαν, ἣν ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην,* [22]) *τὴν πρώην λεγομένην κώμην Θέρμας. Διονύσιος δὲ ἐξέθετο, ὅτι εἰς ὄνομα βασιλίσσης μιᾶς τοῦ γένους Φιλίππου μετὰ ταῦτα ἐκλήθη Θεσσαλονίκη.* Dionysii locum attulimus Dissert histor. p. 17.

Alius Macedoniae locus *Therma* vocatus est, quod testatur Procopius de aedif. 4, 4. Renovavit enim Justinianus imperator

---

nium. Demetr. Cydonius in monodia cap. 1: *Τίνα δὲ οὐκ ἂν* (dele *ἄν*) *ἀνώρθωσε* (Thessalonica); Hae sanationes junctae fuisse videntur cum sacris S. Demetrii, de quibus agam in Demetriacae ecclesiae expositione. V. quoque nostram balnei Demetriaci expositionem ad calcem descriptionis ecclesiae Demetriacae.

22) Hanc nominis Thessalonicae causam non ante medium sec. IV., s. Julianum imperatorem, invenisse mihi visus sum in Dissert. histor. pag. 5. Idem tamen jam Menander rhetor refert, seculo tertio a doctis assignatus. Is igitur encom. cap. 3. (Rhet. gr. ed. Walz. Vol. 9. pag. 190.) haec habet: *Νίκης δὲ* (sc. *παράδειγμα*)· *οἷόν φασι τὴν Θεσσαλονίκην ἐπὶ τῇ νίκῃ τῶν Θεσσαλῶν οἰκισθῆναι ὑπὸ τῶν Μακεδόνων.* Thessalonicam jam prisco aevo rhetorum laudibus atque exercitationibus inserviisse vides, quod non secus medio aevo, coll. Cameniatae, Demetrii Cydonii, Nicephori Chumni, Jo. Anagnostae scriptis, quorum locos iterum atque iterum afferet haec nostra dissertatio. Cum Malalae loco supra allato cfr. Suidam, in dignitate urbis politica memorandum.

cum alias illius terrae urbes s. castella, tum locum quendam, nomine *Therma* (*Θέρμα*), a Thessalonica distinguendum.

Ubinam Therma Procopii l. c. quaerenda sit, e nominibus catalogi Procopiani eorumque ordine non apparet. De ipsa Thessalonica, vel ejus arce, quominus cogites, maximopere impedit, quod Procopius, ubi urbes majores et nobiliores ab Justiniano restitutas vel munitas narrat, eas non in ipsis indicibus suis s. catalogis memorat, sed in brevi tractatu, qui indicibus praemitti solet; quod ut alibi fecit, sic l. c. cap. 3., sc. de Cassandria: *de Thessalonica ibi tacet.* Impedit quoque ejusdem tertii capitis alius locus, ubi Thessalonica *suo nomine* memoratur, additurque, Justinianum castellum *Artemisium*, XL. M. P. (ab urbe Thessalonica) remotum, imposuisse fluminis Rechii ostiis; quod flumen, alibi non obvium, Mannerto (Geogr. Vol. 7. p. 475.) idem esse videtur cum Echedoro, nunc Gallico, *Γαλικῷ* s. *Γαλυκῷ* Byzantinorum, Thessalonicae proximo. Sed obstant Procopii milliaria XL (*σημεῖα τεσσαράκοντα*), quorum multo pauciora Echedorum ac Thessalonicam intercedunt (i. e. duae leucae). Deinde Procopius, in sua locorum enarratione e promontorio Pallene Thessalonicam pergens, *sinus Thermaici oram terramque orientalem* lustrat, non borealem vel occidentalem. Quare alium fluvium istius tractus spectari puto; quam ego rem in descriptione agri Thessalonicensis illustrabo. Aliis vox Pliniana *Therme* (vide Dissert. histor. p. 3.) Procopianae voci *Θέρμα* respondere videbitur; quanquam ne sic quidem situs castelli, a Procopio memorati, clarior evadit.

Verum commodo lectorum consulens repeto Plinii locum H. N. 4, 10 (17), ut, quantum fieri poterit, Thermae, quam affert, situm diligentius definiam. Ergo Plinius, *In ora*, ait, *sinus Macedonici oppida Chalastra, et intus Phileros, Lete: medioque flexu litoris Thessalonica, liberae conditionis. Ad hanc a Dyrrhachio CXIV millia passuum. Therme.* De *Chalastra* agam in agri Thessalonicensis exposi-

tione; de *Lete* (Lite) disseram in dioecesi urbis nostrae. *Phileros*, si lectio sana, adhucdum latet: Plinianus verborum ordo suadet, situm habuisse in latere Echedori (Gallici) dextro, ut Lete in sinistro. Pauca addo de *Therme*.

Quodsi Plinii ordinem respexeris, Therme (si lectio sana), erit e meridie Thessalonicae quaerenda, eo loco, ubi tabulae Macedoniae hodiernae (Lapie, Cousinéry) habent balnea quaedam (bains minéraux), ad rivum s. fluvium, qui Chabrius esse videtur, prope Aeneam atque Anthemuntem, quarum situm aliis hujus dissertationis locis definiam. Anxie tamen Plinianus circa haec ordo sequendus non videtur. Pergit enim: *In Thermaico sinu* (mirifice eum distinguit a Macedonico) *oppida Dicaea, Pydna, Derrha, Scione*. In his monstrosus est Sciones situs. Ea enim, in Pallene sita, non Thermaeo sinui adscribenda est, sed Toronaeo; aut corruptela Plinii locum occupat, scribendumque *Methone* pro *Scione*. Quod tamen statuere nolim. Antecedit enim vox *Derrha*, quae plane eadem est cum v. *Derris* in Pomponii Melae loco parili 2, 3.: *Ante Axium Thessalonice est. Inter utrumque* (Peneum Axiumque) *Cassandria*, *Cydna* (Pydna), *Azoros, Derris*. Jamque Derrim nemo sinui Thermaeo assignabit; est enim prope sinus Singiticum Toronaeumque, coll. Ptolem. geogr. 3, 13., ubi *Δέρρις ἄκρα* inter Ampelum promontorium et Toronen ponitur, atque esse dicitur regionis *Παραξίας*, pro quo legere malim *Παραχτίας*. Derris vero Meletio (Geogr. ed. Gaz. Vol. 2. p. 462.) est hodierna urbs *Δετέρρε* (Deterra). Ex antecedentibus apparet, ordinem Plinii anxie teneri non debere in sede Thermae suae constituenda. Namque thermas alias satis celebres habet urbs Turcica *Langadak* s. *Lanksedé*, aliquot horarum spatio versus orientem dissita a civitate Thessalonica, prope lacum Langazae, quem eundem cum Prasiade Herodoti esse demonstrabo. De thermis vero *Lanksedé* haec habet Hadschi Chalfa l. c. p. 79.: *Das warme Bad von Lanksedé befindet*

*sich in dem zu Salonik gehörigen Distrikte gleiches Namens. Das Wasser ist gemässigt warm. Gleich daneben sprudelt auch kaltes hervor. Es ist mit einer Kuppel überdeckt, unter welcher sich ein Becken befindet, das mehr als 20 Ellen im Umfang hat. Ausserhalb des Gebäudes befindet sich eine Strecke schwarzen Kothes und Schlammes. Die Kranken ziehen sich nakt aus, und stecken sich bis an den Hals in diese Pfütze. Die Einwohner Saloniks begeben sich im Sommer hieher, und bringen die Zeit ihres Aufenthaltes unter Zelten zu.* [23]) Hae igitur thermae intus sitae sunt, ut cum Plinio loquar, non minus quam Phileros et Lete, haud procul tamen a sinu Thermaeo.

Locum indicis Procopiani *Θέρμα* (Therma) ego nondum exputavi. Possunt esse thermae e meridie Thessalonicae; possunt esse thermae urbis Langadak (Lanksedé). Ceterum Bolbe quoque lacus in ora sua boreali habet thermas (Hadschi Chalfa l. c. p. 83.). Suntque thermae e septentrione urbis Serrarum, unius diei itinere ab ea dissitae (Hadschi Chalfa l. c. p. 73.); item prope urbem *Ostromdscha* (Stromcza), coll. Hadschi Chalfa l. c. p. 90 sq.; denique ad pagum *Timurhissar* (Demürhissar), coll. Hadschi Chalfa l. c. p. 83. Macedonicas thermas iterum attingam in Thessalonicensium terrae motuum enarratione (p. 25 sq.).

Quaestioni de Thessalonicae nomine, [24]) hoc loco atque

---

23) Easdem thermas, nomine Langazae servato, fere ut Turca describit Leakius Britannus in libro: Travels in northern Greece, Vol. 3. p. 232 sq.

24) Thessalonicea (*Θεσσαλονίκεια*) urbs dicitur ap. Strabonem, coll. Dissert. hist. p. 3. Alius Strabonis locus est II, 4, 4. (pag. 106. ed. Casaub.): *Ἐξ Ἐπιδάμνου δὲ εἰς Θεσσαλονίκειαν.* Eandem formam diu post invenio in inscriptione cujusdam epistolae Gregorii, Demetrio Beasco sec. XIII. datae (Lambec. codd. Caesarr. Vindobb., parte VIII. p. 1070. ed. Kollar.): *Τῷ Θεσσαλονικείας, Δημητρίῳ τῷ Βεάσχῳ.* Longiorem formam Eustathius quoque agnoscit ad

in Dissert. histor. p. 4. institutae, pauca subjungenda videntur.

Formae corruptae s. decurtatae (*Salonicia*) exemplum e chronico Fossae Novae dedi in Dissert. histor. p. 4. [25]) Accedat Anonymus Cassinensis (Muratori Scriptt. rer. Italicar. Vol. V. p. 70. D.): *Rex Guilielmus Siciliae copiosum exercitum in Romaniam transmisit* (a. 1185), *qui civitatem Durachiae et civitatem Saloniquium* (sic) *ceperunt*. Formam *Salonica* bis habet Monachus S. Mariani ad a. 1185. (Trecis 1609. p. 88. a.): *Salonicam, amplitudine opibusque praesignem, pervadit et obtinet* (Guilielmi Normanni exercitus). Idem ibidem p. 88. b.: *Salonicam Graeci recipiunt* (a Normannis). Neque aliter Guilielmus Apulus l. 5. (Murat. SS. rer. Itall. Vol. V. p. 275.): *Dimissa magna Salonicae parte suorum, Ad propriae sedem remeavit Alexius urbis* (a. 1083). Bondelmontius Italus (sec. XV. scriptor) in libro insularum Archipelagi cap. 70., quem primus integrum edidit Sinnerus noster, doctrinae lectissimae vivum, ut pauci, specimen: *Mons Sanctus . . prope Salonicensem civitatem, in provincia Thraciae*. Idem tamen ibid. cap. 72. p. 129. habet: *Thessalonica civitate*. Adde Nos cap. 4 (de dignitate urbis politica). Alii chronographi istorum temporum puram antiquamque rationem sequuntur, scribentes *Thessalonica*, *Thessalonicensis*. Videatur Fulcherius Carnotensis in gestis peregrinantium Francorum cap. 3. ad annum 1097 (Gesta dei per Francos. Hanov. 1611. p. 386.). Otto Frisingensis de gestis Friderici 1, 59. (de Conrado imp. ex Hierosolymis reduce).

---

Hom. Il. XI, 710. (ed. Rom. p. 880, 32): *Θεσσαλονίκη, Θεσσαλονίκεια*. Ubi agit de similibus aliarum vocum apud veteres prolongationibus.

25) De medio seculo XII vide Nos in mercatura Thessalonicensi, ubi de Benjamino, Judaeo Hispano, agemus.

Sicardus episc. in chronico ad a. 1185 (Muratori l. c. Vol. VII. p. 602). Chronicon Cavense ad a. 1185 (Muratori l. c. p. 925 sq.). Robertus de Monte ad ann. 1180. (Struv. Script. rer. germ. ed. III. p. 924). Chronicon Alberici ad ann. 1191 (p. 390. ed. Leibnitz.); ad ann. 1202 (p. 427.); ad ann. 1205 (p. 439.); ad ann. 1206 (p. 442.); ad ann. 1239 (p. 573). Puritatem semper quoque Innocentius III. papa Romanus in epistolis sequitur, quas non est quod singulatim afferam. Puritatem tenent quoque Acta Latina Sanctorum Cyrilli et Methodii, Slavicae gentis apostolorum (Dobrowsky, *Mährische Legende von Cyrill und Method.* p. 9.). Forma Franco-Gallorum recentiorum est *Salonique.* V. Paul. Lucas itinerar. a. 1714. Amsterd. 1720. p. 29. 36.; Felix Beaujour in Tabl. du Commerce de la Grèce. Paris. 1800. Vol. I. p. 19. et alibi. Idem tamen Beaujour in Voyage militaire Vol. I. (Paris. 1829.), deinde Pouquevillius Noster in itinerario Graeco Ed. II. antiquam formam servant; neque aliter Meletius[26]) in Geogr. ed. Gaz. Vol. II. p. 460 etc.; quanquam is ibidem dicit *κόλπος τῆς Σαλονίκης.* Formam hodiernam *Salonique* jam habere videtur Geoffroy de Ville Hardouin (de la conqueste de Constantinople cap. 160. p. 50. ed. Ven.). Aliter tamen se res habet, si inspexeris novam libri aurei editionem, sc. Buchonianam. Ea enim modo habet *Salenique*, modo *Salenike*, non *Salonique.* Illud legitur in ed. cit. p. 109. 154. 155. 175. 178. (Collection des chroniques nationales françaises Vol. III.); hoc vero ibidem pag. 110—112. 118. Formam *Salenick* tuetur quoque libellus, cujus nomen: *Ancienne chronique, en dialecte Rouche* (Buchon. l. c. p. 291.). Adde libellum ejusdem aevi, nomine

---

26) Leake travels in north. Greece. Vol. 3. p. 238: *Salonica*, as the Italians and English name this city, is by the Turks called *Selanik*, by the Greeks *Σαλονίκη*, and by all the educated among them *Θεσσαλονίκη.*

*Chronique de Henri de Valenciennes* (Buchon. l. c. p. 221. 223. 243. 251.): is quoque scribit *Salenique*. Sed formam *Salenike* habet idem libellus l. c. p. 223. 233. 249. *Salenique* habet diploma Balduini, imperatoris Byzantini (Recueil de plusieurs chartes .. pour servir à l'histoire des Francois cett. ed. Paris. p. 17., ed. Ven. p. 10., ad calcem historiae regni Constantinopolitani, auctore du Cangio). [27]) Italis medii aevi, vernacula utentibus, fuit *Salonichi*. Videatur anonymus Ducae (ex ed. Bekkeri) interpres italicus, Ducae coaevus, pag. 373. 388. 411. 412. 450. 451.; idem tamen Italus alibi habet formam *Salonicho* (p. 352.) et *Salonichio* (p. 390.). Angli dicunt *Salonica*, coll. Pocock. Beschreib. d. Morgenl. Vol. III. Erlangae 1792. p. 213 sqq. Clark. travels Vol. II. Parte III. p. 346. et alibi. Leake travels in northern Greece

---

27) Non multum ab his formis abludit alia, sc. *Salence*, quam habet auctor anonymus poematis gallici, seculo XII vel XIII assignandus, qui mythistoriam narrat, maximopere circa res Gallo-Byzantinas versantem. Est is liber inscriptus: *Partonopeus de Blois*, publié par la première fois par Crapelet. Paris 1834. 2 Vol. Legatur ibi Vol. 2. p. 120: *Puis vint trosqu' en Salence op moi, Et je'l nori tant à secroi.* Ibidem: *En Salence nos en r'alames, Et a delit i sejornames.* Mihi certe mirum videretur, si in hac epopoeia erotica ea civitas, quae post Constantinopolin (apud poetam *Besance, Constantinoble, Chief-d'Oire*) splendidissima regni Graeci fuit, Thessalonica, inquam, prorsus omitteretur, quum Thessaliam (*Tessaille*), Elida, Arcadiam (*Arcaie*), all. memoret. Nec facit, ut sententiam mutem, quod auctor Salenciam (Saleniciam) nostram insulam, prope Tenedum sitam, uniusque fere diei spatio a Byzantio remotam, dicere videtur. Hoc non magni habendum in poeta, qui silvam Gallorum Arduennam mari apposuit, ut Shakespearius Britannus Bohemiam; urbem deinde Hispanorum Xeres de la Frontera, Gadibus vicinam (ipsi Serres), Serarum urbem dicit, ubi serica fabricentur, etc. Ludit homo ingeniosus et amabilis in rebus geographicis, immo etiam chronologicis.

Vol. III. p. 235—257. Hispani utuntur forma *Thesalonica* (sic, una *s*, secundum genium suae linguae), de quo videndendus Moncada (Expedicion de los Catalanes etc. cap. 61. etc.); idem tamen habet quoque formam *Salonique* (cap. 41). Germanis hodiernis est *Thessalonich*. Slavi Bulgarique dicunt *Solun*, *Selun*, accentu posito in ultima; *Solunjanin* de cive. V. Dobrowsky l. c. p. 78. Turcice dicitur Thessalonica *Salonik*, *Selanik*, coll. Hadschi Chalfa l. c. p. 75. et alibi. Leake l. c. p. 238. Nomen urbis apud poetas germanicos medii aevi est *Salneck*, non *Salnecke*, ut passim scribit Hagenius in sua poematis veteris editione: *Hugdieterich und Hildburg* (Zeit und Kunst, Altteutsche. Francof. ad M. 1822. p. 267—310). De hac forma (*Salneck*) tu potius adi ejusdem poematis meliorem editionem, quam curavit vir doctissimus Oechsle, Stuttgartiensis archivarius (Oehringae et Stuttg. 1834. p. 3. 4. 6. 7. 9. 10. 15. 20. 25. 29. 33 34. 37., coll. Dissertatione nostra historica p. 4.). [28]) Primam syllabam (*Θεσ*) voci antiquae qui homines abstraxerint, Slavi, Bulgari, Itali etc., ego multa legens nondum exputavi; de ipsis Graecis hoc non crediderim, quamquam vel hi, ubi dialecto sua mixobarbara utuntur, a corruptela vocis non abstinent. Videatur Chronicon Graecum Romaniae et Moreae libro I. (Buchon. p. 74.): *Ῥήγας καὶ αὐθέντης φυσικὸς*

---

28) Regni Thessalonicensis notio non est anno 1180 antiquior, coll. Roberto de Monte ad annum 1180, quem locum afferam cap. 3. Ibi tamen de mero titulo agitur. Regnum Thessalonicense (*realme*, *royaume de Salenique*) reapse extitit inde ab anno 1204, non prius. Hinc sua habuit poeta theotiscus supra citatus, non ex aevo multo antiquiori, sc. sec. V, ubi Gothi in Macedonia aliquamdiu sedebant cum rege suo Theodorico. Regni Thessalonicensis a. 1204 conditi initium orientale fuit Christopolis urbs (Cavala). V. Muntaneri Chronicon cap. 231: *La cité de Christoble, qui est à l'entrée du royaume de Salonique.* Adde Eundem cap. 224. 228.

*τῆς Σαλονίκης πόλης.* Idem Chronicon ibid. p. 78.: *Ὁ ῥήγας τοῦ Σαλονικιοῦ* (*Σαλονικίου*); de qua ultima forma v. locos supra allatos. Idem ibid. libro II. (p. 194.): *Ὁ ῥήγας Σαλονίκης.* Vixit auctor graecus circa annum 1300 vel paulo ante. Lusum in voce *Θεσσαλονίκη* memorat Cedrenus histor. compend. (p. 432. ed. Paris., p. 341. ed. Ven.): *Θὲς ἄλλῳ τὴν νίκην* (*cede alteri victoriam*). Vocis nostrae metrum (*Θεσσαλονῖκη*) testantur poetae Graeci et Latini. Antipater Thessalonicensis epigrammate 14. (Anthol. Palat. lib. IX. epigr. 428. Vol II. p. 152): *Σοί με, Θρηϊκίης σκυληφόρε, Θεσσαλονίκη, Μήτηρ ἡ πάσης πέμψε Μακεδονίης.* Claudianus in Rufinum 2, 279: *Murosque subibat* (Romanus exercitus), *Thessalonica, tuos.*

Non alios praeter nostros extitisse Thessalonicenses, in Dissert. histor. p. 4. monstravi, in subscriptione concilii Chalcedonensis pro *Thessalonicensium Sardanorum* cum codice Acumitensi legens *Thessalicorum Saltuum.* His plenior lux accedit e synecdemo Hieroclis, qui (vett. Rom. itinerar. p. 643. ed. Wesseling.) inter urbes XVII. Thessalicae provinciae memorat locos *Σαλτοβουραίνσιον* et *Σάλτος Ἰόβιος.* [29]) Addo Constantinum Porphyrogenitum

---

29) Sanam *Saltuum* (*Σάλτων*) lectionem habet actio I. concilii Ephesini (Mansi concil. Vol. 4. p. 1215. 1216): *Περέβιος Θεσσαλονικέων* (l. *Θεσσαλικῶν*) *Σάλτων.* Thessalonicae ac Thessaliae confusae exempla dedi in Dissertat. hist. p. 4. 71, quo posteriore loco apud Theophanem p. 385. *Θεσσαλίαν* legendum esse pro *Θεσσαλονίκην*, ex Anastasio Bibliothecario monstravi (hist. eccles. p. 169. ed. Par.). Male igitur Zinkeisenius (Gesch. Griechenlands I. 763) Fallmerayerum (Gesch. der Halbinsel Morea I. 217.) notat, quod is Theophanis loco *Θεσσαλίαν* legendum esse conjiciat, pro *Θεσσαλονίκην.* Addo alia hujus permutationis exempla, licet magis dubia. Scylitza p. 815. ed. Paris. (pag. 637. ed. Ven.): *Μοῖρα δέ τις αὐτῶν* (Uzarum) *οὐκ ἐλαχίστη, τούτων ἀποτ-*

(sec. X.) de them. 2. p. 23. ed. Paris., qui inter urbes thematis Macedonici urbem *Σάλτον* recenset; Hierocles vero

---

*μηθεῖσα, ἄχρι Θεσσαλονίκης καὶ αὐτῆς Ἑλλάδος εἰσήρισε (εἰσήρεισε? εἰσέῤῥευσε?).* Incommode h. l. Thessalonica urbs juxta regionem majorem (Graeciam) ponitur. Lege *Θεσσαλίας*, coll. Cedreno ed. Paris. p. 695., ed. Ven. p. 544: *Κατέδραμε πᾶσαν τὴν ἑσπέραν, οὐ μόνον Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν καὶ τὰ τῇ Θεσσαλονίκῃ πρόσχωρα, ἀλλὰ καὶ Θετταλίαν καὶ Ἑλλάδα καὶ Πελοπόννησον.* Ubi molesta Thessalonicae a Macedonia distinctio. Quidni hoc quoque loco leges *τὰ τῇ Θεσσαλίᾳ πρόσχωρα*, scil. Albaniam meridionalem? Sed nil muto; Thessalonica enim, locus primarius istarum terrarum, memoratur, ut posita sit pro ipsa Macedonia (Thessalia). Sic plane apud Cedrenum Thessalonica occurrit pro Thessalia (Macedonia) pag. 374. ed. Ven.; *δοὺξ* et *στρατηγὸς Θεσσαλονίκης* pag. 549 sq. 555. 562.; *τάγμα Θεσσαλονίκης* p. 557. etc. Cedreni vero loco memorabili exemplo distinctas vides Thessaliam, Helladem, Peloponnesum; unde apertum esse videtur, quod supra suasi, apud Scylitzam legendum esse *Θεσσαλίας* pro *Θεσσαλονίκης*. Sed obstat Zonaras histor. 18, 19., ubi Uzarum incursio, a Scylitza memorata, his verbis affertur: *Τήν τε Μακεδονίαν ἐλῃΐζοντο, καὶ μέχρις Ἑλλάδος προῆλθον.* Ceterum Macedoniam ab Uzis maxime vastatam fuisse, nemo quidem mirabitur. Sed Cedreni Thessalia, coll. Zonara l. c., eo sensu intelligi poterit, quo in scriptoribus medii aevi Graecis non semel tantum occurrit. Hi enim Thessaliae nomine Macedoniam insignire solent, Thraciamque apellant Macedoniam, quod alibi monstrabo. Apud Cantacuzenum quidem (hist. 3, 59.) occurrit *Macedonia et Thessalonica*, lectione non dubia; item apud Cedrenum (pag. 701. ed. Paris., p. 548. ed. Ven.): *Ἔξεισιν οὖν εἰς τὰπὶ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας χωρία, καὶ κάτεισιν εἰς Θεσσαλονίκην, ἀποδώσων τὰ εὐχαριστήρια τῷ μεγαλομάρτυρι Δημητρίῳ.* Indubia vero corruptela Stephanum Byzant. tenet hoc loco: *Βουκεφάλεια, πόλις ἐπὶ τῷ Βουκεφάλᾳ ἵππῳ, ἣν ἔκτισεν Ἀλέξανδρος ἐν Ἰνδίᾳ παρὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν. Ἔστι καὶ Βουκεφάλας λιμὴν τῆς Ἀττικῆς. Τὸ ἐθνικὸν Βουκεφαλῖται. Οὕτω γὰρ καὶ δῆμος Θεσσαλονίκης.* Tu lege *Θεσσαλίας* pro *Θεσσαλονίκης*; ubi tamen incertum est, num Thessalia vetere sensu, an eo intel-

urbem *Saltoburaminsium* per compendium scribit *Buraminsium*, et post *Saltum* habet *Joannubium*, quod ultimum vide ne corruptum sit ex Hieroclea voce Ἰόβιος (*Jovius*). De Actorum Chalcedonensium loco vide quoque Wesselingium l. c. p. 642.

Thessalonicam veneranda inter Europaeas urbes antiquitate gaudere, Dissertatio historica monuit, imprimis p. 41. not. Nunquam, si totum inter Darium Hystaspis filium et nostra tempora intervallum spectes, igne, ferro, terrae mo-

---

ligenda sit, quo apud scriptores medii aevi occurrit. Habuit Attica suos δήμους (theotisce: *Gemeinden*), item Chalcidice, Thessalia all., non urbs Thessalonica, quae ipsa fuit δῆμος. De hac confusione utriusque vocis v. quoque VV. DD. in commentario praevio ad martyrium S. Heliconidis (AA. Sanctorum ad Mai. T. 6. p. 736.). Adde Boissonadium in Notices et Extr. des Mss. Vol. XI. parte II. pag. 29. S. Hieronymus ad Heliodorum Epitaphium Nepotiani (Opp. ed. Paris. 1643. Vol. I. pag. 24.): *Scythiam, Thraciam, Thessalonicam Gothus, Sarmata... vastant.* Ubi manifesto legendum *Thessaliam.* Denique ne *Thessaliam* et *Thessalonicam* quis per ignorantiam confundat, monet Tzetza chil. IX. hist. 280 (p. 350. ed. Kiessling.). Adde Eundem chil. XIII. hist. 486. pag. 498. Ceterum Θρᾴκη quoque et Θεσσαλονίκη confundnntur. Cedrenus p. 374. ed. Ven. (ad annum quintum Irenes): Αὕτη καὶ τὴν ἐν Θεσσαλονίκῃ Βέῤῥοιαν ἔκτισεν (instauravit), Εἰρηνόπολιν μετονομάσασα. Ἔκτισε δὲ καὶ τὴν Ἀγχίαλον. Ubi falsam esse vocem Θεσσαλονίκη, vel Anchialus simul memorata ostendit, coll. Theophane pag. 334., qui item jungit Berröam et Anchialum. Librarius cogitavit de nobiliori Berröa Macedoniae; et Θεσσαλονίκη, per compendium scripta, similis esse poterat formae Θρᾴκη, quae hoc loco desideratur. Cedreni vero loco Berröam Thracicam (prope Philippopolin, hodie Veroj) significari, claris verbis testatur Zonaras 15, 10: Ἡ βασιλὶς (Irene) ἐξῆλθε σὺν τῷ υἱῷ κατὰ Θρᾴκην.. καὶ ἀπελθοῦσα εἰς Βερόην, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ φρούριον ἀνοικοδομήσασα, καὶ Εἰρηνόπολιν αὐτὸ ὀνομάσασα, ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀγχίαλον δειμαμένη, καὶ ἕως Φιλιππουπόλεως προελθοῦσα, ὑπέστρεψε.

tu aliaque calamitate eversa vere atque extincta omnis est; quod, nisi alia res, magna veterum monumentorum copia testatur, quibus inter graecas urbes, exceptis Athenis, excellere Thessalonica dicitur (Beaujour Voyage militaire dans l'empire Othoman. 1829. Vol. I. p. 200). [30]) Verum historia quoque, libris niteus, non aliam urbis conditionem faciemque toto illo temporis spatio monstrat.

Terrae quidem motu aliquoties aevo pristino quassatam fuisse, bellorum Slavicorum memoria ostendit (Dissert. hist. p. 56—59); quam calamitatem respicere videtur Jo. Anagnosta narratione Turc. cap. 6.: *Οἳ πρὸ μακροῦ τὴν πόλιν ἐκεῖνοι συνέσειον σεισμοί.* Urbem tamen statum suum tenuisse, ibidem narravimus. Sed Anagnosta seculum proximum (XIV.) respexisse putandus est, quo motum terrae Thessalonicensem accidisse refert Demetrius Cydonius monod. cap. 10.: *Τοῖτ' ἦν ἄρα ἀήθεις τε ἀστέρες καὶ σεισμοὶ γῆς .. χάσματα γῆς.* Alium terrae motum anni 1[illegible]. historia refert, coll. Jo. Anagnosta narrat. Turc. cap. 6.: *Παρῆν δὲ ἡ κυρία τῶν ἡμερῶν, καὶ περὶ μέσας νύκτας σεισμὸς καὶ τῇ πόλει γίνεται μέγας.* Ubi tamen aedificia collapsa, Joannes Anagnosta haud narrat. Terrae motum passa est urbs anno Christi 1759., referente Belleio in Memorr. Franc. inscriptt. Vol. 38. Sect. histor. p. 146.; sed statum urbis sedemque nec haec calamitas mutavit. [31])

---

30) Leake (travels in northern Greece, Vol. 3. p. 235): ... *Turkish cemetery which surrounds the city, and which contains many fragments of columns and sori dispersed among the tombstones.*

31) Macedoniam pristino aevo non semel tantum terrae motu quassatam fuisse, testatur Seneca ep. 91: *Quoties Asiae, quoties Achaiae urbes uno tremore ceciderunt! Quot oppida in Syria, quot in Macedonia devorata sunt!* Unum hujus calamitatis, sc. terrae motus, exemplum docti norant, primo Christi seculo. D. Lucas in Actis apostolorum 16, 26: *Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας,*

Ignis quoque ferrique impetum per omnem obsidionum seriem elusit. Bello Slavico quarto sec. VII. (Dissert. hist.

---

ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου (carceris, ubi capti sedebant DD. Paulus et Silas). Lucas loquitur de Philippis Macedoniae. Exemplum tamen urbis Macedonicae terrae motu *eversae* mea mihi lectio non praestitit. De *tempore* vero, quo Macedoniae talis calamitas secundum veterum s. sapientiam s. superstitionem impendebat, ita praecipit Laurentius Lydus in libro de ostentis cap. 58. (p. 355. ed. Bonn.): Ἥλιος αἰγοκέρῳ. Ὅταν δὲ ἥλιος ἀποστρέφων ἀπὸ τοῦ νοτίου καμπτῆρος ἐπὶ τὸν αἰγόκερων ἔλθῃ, εἰ σεισμὸν συμβαίη γενέσθαι, ἐπὶ μὲν τῆς ἄνω Ἀσίας πᾶσα ἡ Ἰνδικὴ, Ἀριανή τε καὶ Γεδρωσία, ἐπὶ δὲ τῆς κάτω Φρυγία τε πᾶσα καὶ Ἑλλήσποντος, ἐπὶ δὲ τῆς Εὐρώπης Μακεδονία καὶ Θρᾴκη πρὸς τῷ Ἰλλυρικῷ ἕως Ἴστρου ποταμοῦ οὐ μετρίως ταραχθήσονται πρὸς τῶν πλησιοχώρων, καὶ οἱ χείμαῤῥοι τὰ λῇϊα καταχώσουσι, προσεπιλοιμωττόντων τῶν βοσκημάτων. Ἐμφύλιοί τε πόλεμοι ἔσονται, ὀνείρων δὲ καὶ μαντευμάτων ψευδὴς ὄχλος· ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πόλεις ἀθρόως καταποντισθήσονται. Idem ibidem: Ἥλιος ὑδροχόῳ. Ἡλίου ἐπὶ ὑδροχόον ἰόντος εἰ γένηται σεισμὸς, ἐπὶ μὲν τῆς ἄνω Ἀσίας Ὀξιανὴ, Σογδιανὴ, Ἀραβία μικρὰ καὶ Ἀζανία, τῆς δὲ Εὐρώπης ἡ Θρᾴκη ἕως Ἰλλυρικοῦ σφόδρα ταραχθήσονται· πόλεμοι γὰρ βαρεῖς ἐπιπεσόνται ταῖς χώραις. Τῇ δὲ Μακεδόνων χώρᾳ τὰ χείριστα συμβήσεται, ὡς ἐγγὺς ἀφανισμοῦ γενέσθαι. Ex his ultimis id saltem cognoscitur, Macedoniam terrae motibus nunquam non obnoxiam fuisse. De causis terrae motuum idem Laurentius libro citato cap. 53. (ed. cit. pag. 349): Καὶ γὰρ τὸ πῦρ, διεργαζόμενον καὶ ἐξαραιοῦν τὴν ἐν βάθει γῆν, τοῦτὶ παρασκευάζει συμβαίνειν. Ἥτι ἀμέλει τὰ πλησιάζοντα τοῖς ἀναφυσήμασι καὶ ταῖς τῶν θερμῶν ἀναβολαῖς ὑδάτων πυκνότερον σείεται. Id quod ad thermas quoque Macedonicas trahes, de quibus v. Nos supra p. 16 sq. De causis vero terrae motuum eorumque temporibus vide Aristotelem meteorolog. II., capp. 7. 8.; ubi (cap. 8.) Phlegram Macedonicam non praetermittit civis Macedo. Idem vero aliter de thermis ibid. cap. 8.: Διὸ καὶ τὰ θερμὰ τὰ περὶ Αἶδεψον ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας (ex terrae motu, prope angustias maritimas facto) γέγονε. Nimirum summus phi-

pag. 56.) barbari machinas ignem ferentes (*διαπύρους μαγγανείας*), i. e. tela ignea jaculantes, praeter aliam tormentorum largam suppellectilem, urbi admoverunt; quo eventu, tacent Acta Sanctorum. Igne Graeco, per fistulas fuso (*διὰ τῶν σιφώνων*), urbem a. 904 a Sarazenis Syriae Tripolitanis tentatam fuisse, Cameniata docet narratione Sarazenica cap. 34.; is tamen ignis solos defensores a munimentis repulit. Dein aliquot diebus post expugnationem elapsis ignis numerum aedium quendam, non adeo multas, consumsit (Camen. l. c. c. 64.). Anni quoque 1185. expugnatio Normannica, ut taceam de bellis Bulgaricis aliisque anterioribus, ipsam urbem incolumem vidit; neque audiendus Gibbonus Britannus, qui in historia sua Romana cap. LVIII. Thessalonicam *combustam* a Siculis anno 1185. narrat, incertum, quo nisus veteris scriptoris testimonio: certe non Nicetae vel chronographorum Italicorum, apud quos, me teste, altum est de ea re silentium. Atque ipse Eustathius, a me primo editus, testis ocularis, quem Nicetas (Andron. Comn. I, 9.), nomine ejus indigitato, non prolato, tantum non exscripsit, nil habet de Thessalonica ignis fervore *tum deleta atque excisa*; qua ultima voce Cameniatae atque Joannis Anagnostae interpretes latinos abuti monuimus in Dissert. histor. pag. 41. not. Salva quoque per insequentium seculorum decursum urbs mansit; quo pertinet occupatio Latinorum anni 1204; seditio civium anni 1346.; occupatio Serborum 1349.; res Venetae Turcicaeque ad annum usque 1430. gestae. Idem de seculis

---

losophorum terrae motus proximae circa fauces maritimas accidere monet eodem loco: *Ἔτι δὲ περὶ τόποις τοιούτοις* (loquitur de Euripo Euboëae) *οἱ ἰσχυρότατοι γίνονται τῶν σεισμῶν, ὅπου ἡ θάλασσα ῥοώδης, ἢ ἡ χώρα σομφὴ καὶ ὕπαντρος. Διὸ καὶ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον καὶ περὶ Ἀχαΐαν καὶ τῆς Εὐβοίας περὶ τούτους τοὺς τόπους.* Id quod Thessalonicae quoque, sinui Thermaeo appositae, prorsus convenit.

ultimis monendum [32]); quamquam post Turcicam urbis occupationem incolas eorumque numerum cum aedibus suis varia pro temporum ratione incommoda, ut puto, affecerunt.

Habebat igitur Nicephorus Chumnus, seculi XIV scriptor, quod Thessalonicam omnium urbium fere antiquissimam praedicaret (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 143.): *Πρεσβυτάτη σχεδὸν τῶν ἁπασῶν οὖσα.* Idem jam Eustathius praedicaverat in narratione Normannica cap. 81. (Opuscc. p. 292, 17.): *Ἡ πρεσβυτάτη Θεσσαλονίκη.*

## CAP. III.

### MAGNITUDO URBIS ATQUE OPULENTIA.

Eam *matrem Macedoniae,* item *metropolin* ejusdem terrae pristino aevo dictam fuisse, Dissertatio historica pag. 19. 28. monstravit.

His subjungo seculorum Christianorum seriem.

*Seculum I.* Incolarum multitudinem brevi post Christi natalia testatur Strabo geogr. 7, 7, 4.: *Θεσσαλονικείας, Μακεδονικῆς πόλεως, ἣ νῦν μάλιστα τῶν ἄλλων εὐανδρεῖ.*[33])

---

32) Grave incendium a. 1585. permultas ibi Judaeorum domos absumsit, coll. Jost. Gesch. der Israeliten Vol. VIII. p. 61 sq.

33) His non adversatur Cic. orat. in Pis. 34., de prov. consul. 2., ubi Thessalonica *oppidum* dicitur, non *urbs* vel *civitas.* Verba Romanus orator facit de urbe extranea hominumque subditorum. Quid? quod Thessalonica vel seculo XIII. sua jura et privilegia habuit. Nicetas in Balduino Flandro 7: *Τοῖς Θεσσαλονικεῦσι προσέσχε* (Balduinus a. 1204. vel 1205), *καὶ γράμμα σφίσιν ἐρυθρόγραφον εἰσεχείρισε, πᾶσι τοῖς ἐθίμοις τῇ πόλει τὸ ἔμπεδον χαριζόμενον.* Georgius Acropolita histor. cap. 45.: *. . . κοινοῦ χρυσοβούλλου ἐπευμορῆσαι* (Thessalonicenses), *τῶν ἀνέκαθεν προσαρμοσάντων Θεσσαλονίκῃ ἐθίμων τε καὶ δικαίων περιεκτικοῦ, καὶ τῆς σφων ἐλευθε-*

*Seculum II.* Lucianus in Lucio s. asino aureo 46.: *Πόλεως τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τῆς μεγίστης, Θεσσαλονίκης.*

*Seculum IV.* Locum actorum concilii Sardicensis (a. 347.) attuli in Dissert. histor. p. 34. Addo Anonymi (ejusdem fere seculi) expositionem totius mundi (Hudsoni geograph. Gr. min. Vol. III. p. 13.): *Habet* (Macedonia) *ci-*

---

ρίας παρεκτικοῦ. Thessalonicenses Graeci num hodiedum illa statuta sua possideant, mihi dubium semper visum est, atque a Doctis nec quaesitum video. Invenientur quandoque spero Constantinopoli in patriarcheo, vel in aliis ibi bibliothecis, coll. iis, quae Fallmerayerus noster de patriarcheo Cpolitano narravit in Ephemeridibus Monacensibus (Münchner Gelehrte Anzeigen. 1835. no. 29.): „Referent theilt Herrn Michaud's (Correspondance de l'Orient. 1830—1831.) Erwartung, dass man in den kais. Bibliotheken Stambuls, besonders im Serail, einst noch wichtige Entdeckungen alter literarischer Schätze machen werde, da die Osmanli's bei Eroberung der griechischen Hauptstädte die Schriften der Ungläubigen nicht vertilgten, sondern wie geheimnissvolle Talismane und Zauberformeln, die zur Macht verhelfen, mit Sorgfalt und Eifersucht verschlossen. Eben so müssen im Centralarchive der griechischen Patriarchalkirche manche alte Documente zur Aufhellung des mittlern Zeitalters verborgen liegen, da Referent allenthalben in den griechischen Klöstern des Orients hörte, man habe alles, was an alten Diplomen, Stiftungsurkunden, Urbarien, Lagerbüchern, selbst Mirakelbildern und andern Gegenständen des Alterthums in den christlichen Gotteshäussern und Mönchswohnungen der Diöcesen Konstantinopel und Antiochia vorräthig war, dem ökumenischen Patriarchen schon vor langer Zeit einliefern müssen. Arabische, altsyrische und griechische Documente mannichfacher Art sind wahrscheinlich im Archive des Fanar noch vergraben und vergessen. Vieles ist vielleicht auch durch Feuer vernichtet worden. Jene Centralisationsmassregel hat sich natürlicherweise auch über die Inseln des Archipelagus, über Griechenland und die übrigen griechischgläubigen Provinzen der europäischen Türkei erstreckt.“

*vitatem splendidam, Thessalonicam, quae est et ipsa una eminentium.*

*Seculum IV. et V.* Theodoretus hist. eccles. 5, 17.: *Θεσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος.* Aethicus in cosmographia (p. 120. ed. Henr. Steph.): *Oceanus septentrionalis habet famosa oppida quinquaginta .... Thessalonicam ...*

*Seculum VII. VIII.* Pseudoioannes in Actis Sanctorum ad Octobr. VIII. p. 124. (cap. 58.): *Τῆς περιφανοῦς Θεσσαλονίκης.*

*Seculum IX.* Anastasius Bibliothecarius in historia p. 161. ed. Paris.: *Thessalonicae, magnae civitatis, quae est in Illyrico* (est imperium Constantini VII cum Irene 782 vel 783.).

*Seculum IX. et X.* Eam Cameniata (ad a. 904.) in narratione de expugnatione urbis Sarazenica cap. 3. *magnam* dicit *primamque Macedoniae.* Idem ibid. cap. 4.: *Πόλις μεγάλη τε καὶ εὐρεῖα.* Idem cap. 7.: *Τῶν ἄλλων πόλεων ἀσυγκρίτως ὑπερτερεύουσα.* Idem cap. 8.: *Εὐρεῖα καὶ μεγάλη ἡ πόλις.* Simeon Metaphrastes in Actis Sanctorum ad VIII. Oct. cap. 1. pag. 96.: *Μεγάλη πόλις Θεσσαλονίκη.* Acta S. Heliconidis cap. 1. (Acta Sanctorum ad mensem Mai. Vol. 6. p. 738.): *Ἐν τῇ λαμπροτάτῃ πόλει Θεσσαλονίκῃ.* Quamquam haec Acta quando scripta sint me latet.

*Seculum XI.* Fulcherius Carnotensis in gestis peregrinantium Francorum (ad annum 1097.) cap. 3.: *Urbem Thessalonicam, bonis omnibus habundantem.* Locum plenius afferam in Axii illustratione.

*Seculum XII.* Otto Frisingensis de gestis Friderici 1, 59.: *In Achaiae seu Thessaliae finibus* (sc. Thessalonicae, ubi Conradus, Germanorum imp., e Syria redux, Manuelem imp. convenit). Cfr. de his Cinnamum 2, 19. — Anna Comnena (lib. II. p. 60. ed. Paris.) eam *maximam Thessalorum urbem* dicit, ubi in contextu Graeco *Θετταλῶν*

legendum pro *Θετταλοῦ*; quae corruptela alium quoque Annae locum foedat, scil. librum XII. p. 351. ed. cit. Quare Thessalorum urbs dicatur, de eo inferius agemus in Dignitate urbis politica. Ejusdem *seculi XII.*, ut volunt, scriptor, Timario (Notices et extraits des mss. Vol. 9 parte 2. p. 168. cap. 3.): *Τὴν περίπυστον Θεσσαλονίκην.* Eustathius oratione IV (Opuscc. p. 30, 20.), *ἐνταῦθα*, ait, *ὅπου τὸ μέγα καὶ κάλλιστον ἡμῖν κατάλυμα τῆς βιωτικῆς ὁδοῦ ἀπεκληρώθη.* Idem in S. Demetrii laudatione cap. 52. (Opuscc. p. 181, 40.): *Γλαφυρὸν οὕτω καὶ βαθὺ τῆς πόλεως λήϊον*, i. e. *urbem ipsam.* Idem in narrat. de expugnatione urbis Normannica cap. 2. (Opuscc. p. 268, 40.): *Τὴν ἐν ταῖς ὑπ' οὐρανὸν πόλεσι πάνυ λαμπρὸν φαίνουσαν Θεσσαλονίκην.* Idem ibid. cap. 134. (p. 304.): *Οὐ γὰρ πόλις ἦν ἡ ἁπλῶς, ἀλλὰ μακάρων γῆ.* Robertus de Monte ad annum 1180. (Struve rerum German. Scriptt. ed. III. p. 924.): *Et dedit* (Manuel imp.) *ei* (Rainerio Montisferratensi) *honorem Thessalonicensem* (titulum regis Thessalonicensis), *quae est maxima potestas regni sui post civitatem Constantinopolitanam.*

*Seculum XII. et XIII.* Nicetas in Andronico Comn. 1, 7.: *Τὴν λαμπρὰν ἐν πόλεσι Θεσσαλονίκην.* Idem ibid. 2, 1.: *Λογίμη Θεσσαλονίκη.* Idem in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 2, 4.: *Τῆς λαμπροτάτης πόλεως Θεσσαλονίκης.* Jo. Stauracius de miraculis S. Demetrii, apud Leonem Allatium ad Georgium Acropolitam cap. 8. (p. 224. ed. Paris., p. 13. ed. Ven., p. 226. ed. Bekk.): *Θεσσαλονίκη δὲ πόλις αὕτη περιφανὴς καὶ λαμπρά, καὶ Μακεδόνων μὲν κορυφή, Θετταλίας δὲ πάσης ὑπεριδρυμένη καὶ ὑπερέχουσα, οἷς τε παντοδαπαῖς ὀλβίζεται χάρισι, καὶ οἷς εἴδεσι καλῶν ἁπάντων ἐναγλαΐζεται.* [34])

---

34) Hoc Stauracii loco vetera et novitia mixta vides. Macedones enim secundum usum medii aevi Thessaliae denomina-

*Seculum XIII. et XIV.* Demetrius Cydonius in monodia rebellionis a. 1346. cap. 2.: .. *Μέγεθος . . ., ὥστ' ἐξεῖναι ταῖς μεγίσταις αὐτὴν παραβάλλειν.* Nicephorus Chumnus oratione ad Thessalonicenses habita (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 142.): *Ἡ πόλις μεγάλη, μεγαλωστὶ τεταμένη.* Eandem seculi ejusdem scriptor Cantacuzenus hist. 3, 93. post Constantinopolin primam dicit urbium (*Θεσσαλονίκην μετὰ τὴν μεγάλην παρὰ Ῥωμαίοις πρώτην πόλιν*). Idem lib. 4, 16. regni Byzantini non parvam partem praedicat, coll. Jo. Anagnostae monodia in urbem a Turcis (a. 1430.) captam (pag. 3. ed. Ven.); qui scriptor eam cum lapide magnete comparat. Adde Nicephorum Gregoram hist. 7, 6. (ad annos 1292—1328.): *Μεγάλης τε καὶ πολλῷ πλούτῳ βριθούσης.* Idem ibid. 13, 1.: *Ἐν εὐανδρούσῃ καὶ πολυανθρώπῳ πόλει.* Nicephorus Chumnus (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 152.): *Ἐν οὕτω μεγάλῃ πόλει, καὶ μυρίων τῶν ἐθνῶν πληθούσῃ.* Moncada in libro: *Expedicion de los Catalanes y Aragoneses contra Turcos y Griegos* (Madrid. 1805. p. 334. cap. 61.): *Thesalonica* (sic) .. *ciudad tan grande y populosa.*

*Seculum XV.* Antecedentibus accedat (ad annum 1430.) Turcarum imperatoris Murati II. de eadem judicium, apud Jo. Anagnostam de expugnatione urbis Thessalonicae Turcica cap. 17.: *Πόλιν τοσαύτην καὶ οὕτω κειμένην, τῇ θαλάττῃ τε προσομιλοῦσαν, καὶ πάντα δεξιὰ οὖσαν.* Ducas hist. cap. 29.: *Ἐν τοσαύτῃ πόλει.* Idem ibidem: *Ἡ τοσ-*

---

tione comprehendebantur. Hunc Stauracium non ante sec. XIII. scripsisse patet ex fragmento quodam Ejusdem de miraculis S. Demetrii, ubi sermo est de Ibanco (Iwano, i. e. Joanne), Bulgarorum rege, Latinorum Byzantinorum vexatore. Attulit hoc fragmentum Leo Allatius ad G. Acropolitam (p. 236. ed. Bekker.), deinde et alia Nicetam spectantia scholia Vaticana, quae neglexit Bekkerus in sua Nicetae editione.

*αὐτη πόλις*. Laonicus Chalcocondylas lib. V. p. 126. ed. Paris. (p. 99. ed. Ven.): *Μεγάλη τε οὖσα καὶ εὐδαίμων* (Thessalonica, a Turcis capta). Phrantzes 2, 9.: *Atque ita mense Aprili ejusdem . . quae est anni* 1430., *inclytam Thessalonicam armis subjugavit* (Turca). Ambrosius Camaldulensis epist. 15, 3. (Martenii et Durandi ampliss. collect. T. 3. p. 495.): *Thessalonicam, nobilissimam Graeciae.*

Nomen *μεγαλοπόλεως*, quo Romam et Constantinopolin ornari solitam constat, nostra quoque urbs adepta est, ita tamen, ut proprium Thessalonicae nomen addatur, quod secus se habet in Roma et Constantinopoli, quarum loco simpliciter utuntur voce *Μεγαλόπολις*, coll. Ducang. gloss. Gr. s. v. *Μεγαλόπολις*. Igitur Theophanes in chronographia ed. Paris. p. 389., ed. Ven. p. 305. (imp. Constantini et Irenes, fine sec. VIII.): *Ὅστις καὶ ἀρχιεπίσκοπος* [*τῆς*] *ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ μεγαλοπόλεως Θεσσαλονίκης διέπρεψεν.* Georg. Pachymeres in Man. Palaeologo 6, 23.: *Μεγαλόπολις Θεσσαλονίκη.* Nicephorus Gregoras histor. 2, 2, 1.: *Ἕως καὶ αὐτὴν, ἣ τῆς τῶν Μακεδόνων προκάθηται γῆς, ἐχειρώσατο μεγαλόπολιν, τὴν Θεσσαλονίκην* (Theodorus, imperante Jo. Duca a. 1222—1254.).

Aedium pulchritudinem praedicat Nicephorus Chumnus l. c. p. 142. sq. Eas idem scriptor altas dicit, ob magnum puto incolarum numerum. Hodierna urbs, si interiora ejus spectes, sordida dicitur atque immunda, quamquam pulcherrimis regni Turcici urbibus adnumeratur, coll. Fel. Beaujour. in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 27. Adde Eundem in voyage militaire dans l'empire Othoman. Vol. I. p. 201.: *Vue de la mer, Thessalonique présente un aspect assez agréable; mais dans l'intérieur elle est sale et mal bâtie.* Clarkius (travels 4, 348.): *Like all the ancient and modern cities of Greece, its wretched aspect within is forcibly contrasted with the beauty of the external appearance, rising in a theatrical form, upon*

*the side of a hill surrounded with plantations of cyprus and other evergreen trees and shrubs. The houses are generally built of unburned bricks, and, for the most part, they are little better than so many hovels.* Adde antiquiorem Walpolio scriptorem, Dapperum (Description des isles de l'archipel. Amsterd. 1703. p. 347.): *Les maisons y sont la plúpart petites par rapport au grand nombre des habitants, et les rues sont étroites et sales.* Plateas urbis aedesque publicas laudat Turcicus scriptor Hadschi Chalfa l. c. p. 77. De forma urbis et ambitu Felix Beaujour in Tableau l. c. p. 26. testatur, e portu visam lunae dimidiatae speciem referre; habere semicirculi figuram, cujus diameter quoad longitudinem mari sit parallelus. Hunc diametrum in longitudinem patere usque ad cubitos Gallicos 900; circumferentiam vero arcus, admodum excentrici versus septentrionem, cubitos Gallicos habere 1700. Dapperus l. c. p. 346.: *A l' égard de son circuit, les uns le font d'une lieue et demie d'Allemagne, et les autres de trois.* Leake travels in North. Greece Vol. 3. p. 239.: *Saloniki bears the usual characteristics of a Turkish town; no attention is paid to cleanliness or convenience in the streets; the exterior of the houses is designed to conceal all indications of wealth, nor can any correct opinion be formed of the population from the central part of the town, or a visit to the bazár, where crowds are collected during the greater part of the day, while the rest of the city is a solitude. The houses in the lower part of the town are shut out from all external view by the narrow streets and the high townwalls, but in rising higher, a noble prospect opens of the grand outlines of Olympus, Ossa, and Pelium, seen above the promontory of Karáburnu together with a part of the Chalcidic peninsula to the southward, and to westward the immense level, which extends for 50 miles to Verria and Vodhená.*

## CAP. IV.

### DIGNITAS URBIS POLITICA.

Victus anno ante Chr. 168. Perseus, Macedonum rex, ejusque terra Romanis subdita fuit. Hi Macedoniam in quatuor regiones divisere, teste Livio 45, 29.: .... *in quatuor regiones dividi Macedoniam ... capita regionum .. primae regionis Amphipolin, secundae Thessalonicen, tertiae Pellam, quartae Pelagoniam fecit.* De secunda regione Idem ibidem: ... *secundam fore regionem, quam ab ortu Strymo amplecteretur amnis, praeter Sinticen, Heracleam et Bisaltas: ab occasu, qua Axius terminaret fluvius, additis Paconibus, qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent.* Haec secunda regio quantum a septentrione, occidente, oriente patuerit, senatusconsultum Romanum, quod potissimam partem efficit Liviani capitis 29., satis ostendit. Fines meridionales e capite ejusdem libri tricesimo intelliguntur: *Secunda pars celeberrimas urbes, Thessalonicen et Cassandriam, habet; ad hoc Pallenen, fertilem ac frugiferam terram. Maritimas quoque opportunitates ei praebent portus ad Toronem ac montem Atho (Aeneae vocant hunc), alii ad insulam Euboeam, alii ad Hellespontum opportune versi.* Major igitur secundae regionis pars peninsulâ constitit, quae inter Echedori (Gallici) ostia, sinus Strymonii latus occidentale montemque Atho cum reliquis promontoriis extenditur.

*Amphaxitis* (regio juxta Axii *inferioris* oram sita) apud Macedonas veteres ea regio dicta videtur, in qua situm habuit Thessalonica, quanquam Mygdoniae quoque assignata urbs nostra fuit, coll. Herodot. 7, 123. De finibus Amphaxitidis videndus Ptolemaeus geogr. 3, 13.: *Ἀμφαξίτιδος Θεσσαλονίκη. Ἐχεδώρου ποταμοῦ ἐκβολαί. Ἄξιοῦ ποταμοῦ ἐκβολαί.* Idem paulo ante: *Ἀμφαξιτιδος Ἀρέθουσα.*

Στάντειρα (l. Στάγειρα). Mirum tamen, quod in contextu Ptolemaei, qui eodem loco aperte de sinu Strymonio agit, Amphaxitidis nomine quaedam loca eidem sinui admoventur. Amphaxitis sinum Thermaeum borealem spectavit, non Strymonium.[35]) Magis est mirum, quod ejusdem Ptolemaei verba, ut nunc habentur, ibidem hoc narrant: *Παραξίας Ἄμπελος ἄκρα. Δέρρις ἄκρα. Τορώνη* etc. Antecessit apud Ptolemaeum sinus Singiticus. Ubi quis regionem Paraxiae nomine exspectabit? Legendumne *Παραχτίας*, ut antea apud eundem Ptolemaeum forsan *Ἀμφαχτίας*? Nil decerno. Finem Amphaxitidis Mygdoniaeque occidentalem Axius flumen constituit, coll. Herodoto l. c. Adde Excerpta e Strabonis libro VII. §. 9. Amphaxiorum (*Ἀμφαξίων*) numum v. apud Eckhelium D. V. N. Vol. II. p. 65.: incertum, quae urbs significetur. De Amphaxiis (si lectio Ptolemaei sana) v. quoque Leakium in Travels in north. Greece. Vol. 3. p. 449.

Macedoniae Romanae in quatuor regiones divisionem numi quoque referunt, excepta regione tertia, cujus numum nondum repertum esse monuit Eckhelius l. c. p. 64. Infinitam fere eorum numorum copiam esse constat, qui sunt primae regionis (*Μακεδόνων πρώτης*), inter Nestum Strymonemque sitae, ubi sc. multa metalla, coll. Eckh. l. c. Secundae regionis, cujus caput Thessalonica, numos duos, non plures, se nosse ait Eckhelius l. c. p. 63. Unde paucos omnino hujus generis factos, jure contendes. Multo plures Thessalonica suo nomine fecisse videtur, ipsius typo insignes; et hi sunt inter numos urbium Macedonicarum frequentissimi. Quod nemo mirabitur. Thessalonica enim Macedoniae Romanae metropolis revera fuit; quare suum honorem in numis faciendis magis curavit, quam regionis, cujus erat caput.

---

35) Scylax cap. 66. (p. 202. ed. Klaus.) Arethusam Strymonio sinui admovere videtur; Scymnus Chius v. 633. eam prope Olynthum ponit. Habuitne duas pluresve Arethusas Macedonia?

Macedoniae in quatuor regiones divisio usque ad Diocletiani imperium (post Chr. 284—305.) mansisse dicitur. Is terrae totius duas partes esse voluit. Prior pars, loca inter Nestum Peneumque fluvios sita cum urbibus XXXII. complecteus, *Macedonia prima* dicebatur: ejus caput *Thessalonica*. Posterior, regionem septentrionalem circa Axium superiorem cum urbibus VIII. comprehendens, *Macedonia secunda* s. *salutaris* vocabatur: hujus partis, Dardaniae puto, caput *Stobi* urbs. Priorem partem vir consularis, posteriorem praeses regebat, coll. Hierocle deinceps afferendo. Eundem sensum habet Alexandri, Thessalonicensis episcopi, subscriptio in Actis Synodi Nicaenae (a. 325.), [36]) ubi memoratur Macedonia prima et secunda (i. e. omnis Macedonia); quem locum in exponenda Thessalonicae dignitate ecclesiastica afferemus. Justinianeo quoque seculo, s. sexto, mansit Diocletianea Macedoniae divisio, coll. Justiniano in Novella XI. Adde Hieroclem in Synecdemo p. 638. sq. ed. Wesseling. [37]) Fuit igitur, teste Hierocle, Macedonia prima cum Thessalonica (urbium XXXII. principe) Illyrici orientalis provincia prima; Macedonia secunda, s. salutaris, ejusdem Illyrici provincia secunda.

Vidimus Thessalonicae, ut Macedonicae urbis, dignitatem politicam. Major ejus dignitas fuit, si terrarum rationem habes, quae inter medium Danubium, Adriam, pontum Euxinum et maria Graeca locum habent. Fuit seculo quarto atque insequentibus Illyrici orientalis vere metropolis Thes-

---

36) Macedoniam primam, sensu novitio, habent quoque Acta Synodi Chalced. a. 451 (Mansi Concil. Vol. 6. p. 847. 951). Ibi Doberus, Serrae, Berröa, Cassandria Macedoniae primae assignantur.

37) *Ἐπαρχία Ἰλλυρικοῦ ά. Μακεδονία (Μακεδονία ά) ὑπὸ κονσουλάριον. Πόλεις λβ'. Ἐπαρχία Μακεδονίας β' ὑπὸ ἡγεμόνα. Πόλεις ή.*

salonica. Partes Illyrici orientalis tum fuere: Achaia, Macedonia, Creta, Thessalia, Epirus vetus, Epirus nova, Dacia mediterranea et ripensis, Dardania et Praevalis, coll. Notitia imperii orient. cap. 1. 24. Accessit seculo VI. Pannonia, quam Justinianus recuperaverat, coll. Novella ejus XI. Harum provinciarum caput Thessalonica fuit, teste Theodoreto hist. eccles. 5, 17. (ad sec. V.): *Θεσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος, ἐς μὲν τὸ Μακεδόνων ἔθνος τελοῦσα, ἡγουμένη δὲ καὶ Θετταλίας καὶ Ἀχαΐας καὶ μέν τοι καὶ ἄλλων παμπόλλων ἐθνῶν, ὅσα τῶν Ἰλλυριῶν τὸν ὕπαρχον ἡγούμενον ἔχει.* His tamen adversari videtur Justiniani imp. novella XI. (de privilegiis archiepiscopi Justinianeae primae et sede PP. Illyrici in Pannoniam secundam, i. e. Justinianam primam, transferenda): *Cum enim in antiquis temporibus Firmi (Sirmii)* [38] *praefectura fuerit constituta, ibique omne fuerit Illyrici fastigium tam*

---

38) Haec literarum confusio minus librariorum incuriae, quam genio aevi medii deberi videtur. Similiter isto literarum stadio confunduntur literae S et Th, et literae C, F, Th. De priori adeatur Georgius Syncellus in chronographia p. 705. ed. Bonn.: *Δέκιος* (imp.) *. . ἀναιρεῖται ἐν Ἀβρύτῳ, τῷ λεγομένῳ φόρῳ Θεμβρωνίῳ.* Ubi legendum *Σεμπρωνίῳ*. Posterioris confusionis exempla satis multa praestat Innocentius III Papa Romanus in scriptione Thermopylensis episcopatus. Et *Thermopylarum* formam semel tantum invenio in Papae epistolis (13, 6. ed. Baluz.): *Archiepiscopo Atheniensi, et Thermopilensi* (sic) *et Sidoniensi* (i. e. Zituniensi) *episcopis.* Adde 15, 57. De forma *Cermopilarum* (sic) v. Ejusdem epistolas 11, 256. 13, 13. 47. *Fermopilensem* episcopum habes 11, 118. 152. 13, 37. 41. 101. 151. 155. Literarum vero *S* et *F* eodem aevo confusionem vides in chronico Henrici Valenciensis (Chronique de Henri de Valenciennes, in Buchoni collectione Vol. 3. pag. 227.): *Si volons avoir la Verre* (Berroeam) *et la Ferme*; ubi legendum *Serre*. Quid? quod apud Theophanem p. 186. (ed. Ven.) *Θέρμιον* legitur pro *Σέρμιον* (Sirmium); quod reponendum.

*in civilibus, quam in episcopalibus causis, postea autem Attilanis temporibus ejusdem locis devastatis, Apennius (?) praefectus praetorio de Firmitana* (l. *Sirmitana*) *civitate in Thessalonicam profugus venerat; tunc ipsam praefecturam et sacerdotalis honor secutus est, et Thessalonicensis episcopus, non sua auctoritate, sub umbra praefecturae meruit aliquam praerogativam.* Ostendit hic locus, praefectum Illyci aliquamdiu non in sede pristina, Thessalonica, sed Sirmii habitasse, donec Attilana tempestas, terras Istrianas Romanis eripiens, antiquam praefecturae sedem Thessalonicae redderet. Quodsi vero S. Demetrii Acta (sec. VI. VII. VIII. scripta) praefecti *Illyriciani* sedem Thessalonicae assignant, per abusum id intelligendum est, coll. iis, quae paulo inferius monebimus in praetorio Thessalonicensi illustrando. Seculis enim proximis post Justinianum imperatorem elapsis longe maxima pars earum provinciarum, quae Illyricum olim constituerant, barbari tenebant, non Graeci Byzantini.

Postero tempore, incertum quando, certe ante imperatorem Leonem sapientem (a. Chr. 886—907), magna provinciarum mutatio evenisse videtur. Ejus enim Novella de thronis §. XVI. haec habet (Leunclavii jus Graeco-Rom. Vol. I. p. 92.): *Τῷ Θεσσαλονίκης Θετταλίας* (Thessalonicae archiepiscopo, quae est in Thessalia, subsunt episcopi sqq.). Macedonia igitur vetus, quantum Graecis parebat, Thessalia tum dicebatur, quod et reliquo tempore valuisse sequens tractatio ostendet. Ceterum Cameniata, Leonis imp. coaevus, minus lucis, quam exspectabas, geographiae Thessalonicensis agri affundit in narratione de expugnatione urbis Sarazenica a. 904.; quod non mirum videri debet, cum is scriptor magis expugnationem urbis ipsius spectet, quam conterminarum regionum eo tempore conditionem. Quare praefecti quoque, extra ordinem e Constantinopoli Thessalonicam tum missi (Cam. cap. 18. 19. 20. 27. 41.), potius pro ducibus urbis militaribus habendi videntur, quam pro praesidibus re-

rum totius provinciae civilium. Sclavini, Thessalonicae vicini, huic urbi tum parebant (Cam. cap. 20.); Sclavini Strymonii suum praesidem (*στρατηγὸν*) habebant (Cam. 20. 59.), regno Graecorum et ipsi parentes. Axius Thessalonicae ac Berroeae territoria istis temporibus diremisse videtur, quod in ejusdem fluminis historia docebo.

Ceterum noto, *Thessalonicam* quoque dictam fuisse pro *Thessalia*. Constantinus Porphyrogenitus in cerimoniis aulae Byz. 2, 50. (tabula rogarum, quas accipiebant Strategi et Clisurarchae tempore Leonis Sap.): *Ὁ στρατηγὸς Στρυμῶνος* (sic, non *Στρυμόνος*) . . *ὁ στρατηγὸς Θεσσαλονίκης.*[39]) Ibid. cap. 52. (consuetudo pietatis s. munerum imperatoriorum): *κδ΄* (XXIV.)· *ἡ τοῦ στρατηγοῦ Στρυμόνος. κς΄* (XXVI.)· *ἡ τοῦ στρατηγοῦ Θεσσαλονίκης.* Eadem paulo inferius repetuntur (ed. Bonn. T. I. p. 715.). Idem de thematibus s. provinciis regni Byzantini 2, 4.: *Τέταρτον θέμα Θεσσαλονίκη* *** *Τὸ δὲ νῦν*[40]) *εἰς θέματος τάξιν χρηματίζον* (l. *χρηματίζει*) *Θεσσαλονίκη· καὶ αὐτὸ Μακεδονίας*[41]) *μέρος ἐστί.* Mirum primo intuitu videtur in Constantino, quod primum thema dicit Thracicum, secundum Macedonicum,[42]) tertium Strymonis, quartum Thessalonicam, quintum Helladem. Ceterum repetit

---

39) In quanam Strymonis urbe is praetor sedem habuerit, id nondum, ut tot alia, inveni. Forsan Serris, medio aevo opulentis ac munitis; reliquae tum erant *κωμοπόλεις*, certe Amphipolis. Thessalonicae vero (Thessaliae) *δοῦκα* et *στρατηγὸν* promiscue habere videtur Cedrenus p. 549 sq. 555. 562. ed. Ven.

40) Lacunae signum in Constantini contextu a me positum nemo doctorum improbabit. Vide inprimis verba *τὸ δὲ νῦν*, quae sensum habere non possunt, ni Constantini sententiam hanc fere originetenus fuisse statuas: *Τέταρτον θέμα Θεσσαλονίκη, πάλαι μὲν οὖσα μητρόπολις Ἰλλυρικοῦ· τὸ δὲ νῦν κ. τ. λ.*

41) Macedoniae, sensu puto veterum.

42) Macedonia et Thracia medii aevi comprehendit veterem Thraciam, exclusa terra Strymonia et Macedonia veteris sensus.

Hieroclem, sexti, ut volunt, seculi scriptorem, hujus narrationes ut alibi in suam aetatem transferens. Credo tamen Constantino imperatori referenti, Thessalonicam peculiarem provinciam (*θέμα*) constituisse (sec. IX. X.); [43]) atque ita quidem, ut Thessalonica tum fuerit caput Thessaliae ac Macedoniae (veteris), et loco harum regionum (i. e. Thessaliae secundum dictionem istius aevi) apud ipsum memoretur.

Pergo in *Thessaliae* usu pro *Macedonia* illustrando. Isidori locum ex ejus originibus v. supra p. 12. not.

*Seculum XII. XIII.* Niceph. Caesar Bryennius hist. 4, 16.: *Τὴν ἐν Θεσσαλίᾳ μητρόπολιν, ἣν Θεσσαλονίκην ὀνομάζουσιν.* Annae Comnenae testimonia supra attulimus pag. 30 sq. Suidas s. v. *Θεσσαλῶν νόμισμα* (coll. Malala supra allato p. 14.): ...*τῆς δὲ Μακεδονίας βασιλεύοντος Φιλίππου ἔτη κ', καὶ τὴν Θεσσαλίαν ὑποτάξαντος, ἐν ᾗ πόλιν κτίσας ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην. Οἱ δὲ ἐπ' ὀνόματι Θεσσαλονίκης θυγατρὸς ἐκτίσθαι τὴν πόλιν φασί.* Ibi priorem sententiam de Thessalonicae conditae causa Suidae placuisse vides; recte quidem secundum medii aevi rationem, ex qua Thessaliae nomine vetus Macedonia insigniebatur. Eaque Thessalonicae denominatio deberi videtur ei vocis etymologiae, quae urbem a Thessalis ibi victis dictam fuisse vult. Quia

---

43) De administr. cap. 32.: *Δύο δὲ ἀδελφῶν τὴν ἀρχὴν τῆς Σερβλίας . . διαδεξαμένων, ὃ εἷς αὐτῶν τὸ τοῦ λαοῦ ἀναλαβόμενος ἥμισυ εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα Ῥωμαίων προσέφυγεν* (ann. 610—641)· *ὃν καὶ προσδεξάμενος ὁ αὐτὸς Ἡράκλειος βασιλεὺς παρέσχε τόπον εἰς κατασκήνωσιν ἐν τῷ Θέματι Θεσσαλονίκης, τὰ Σέρβλια, ἃ ἔκτοτε τὴν τοιαύτην προσηγορίαν παρείληφε.* Hi Serbi brevi post in patriam remearunt, coll. Const. Porph. l. c. Alio tempore Servia peculiarem ditionem (*θέμα*) constituerunt. Manuel solutione III (Leunclavii Jus Graeco-Rom. Vol. I. p. 242): *Τῇ ἐν τῷ Θέματι τῶν Σερβίων πατριαρχικῇ μονῇ τῶν ἁγίων Θεοδώρων.* Ubi tamen *θέμα* territorium minus significat.

enim Thessali juxta urbem victi dicebantur, ideo loco eodem habitare debebant (ex opinione etymologorum). Revera Thessaliae nomen veteris sensus Macedoniam seculo X comprehendebat. V. Constantinum Porphyrogenitum de them. libro. 2. init. Ibi primum Europae thema est Thracia (i. e. Cpoli loca vicina ; secundum Macedonia (Haemus cum valle Hebri); tertium Strymon, s. terra Strymonia; quartum Thessalonica (Thessalia); quintum Hellas (terrae inter Naupactum, isthmum Corinthi et Spercheum, cum quibusdam insulis, etc.). De Thermopylis, Helladis provinciae fine boreali, v. imprimis Constantinum Porphyr. l. c. p. 24. ed. Paris.

Guilielmus Apulus poematis Normannici libro quinto (Muratori SS. rerum Ital. Vol. V. p. 275.): *Urbem Thessaliae.. Appetit egregiam* (Alexius I.): *vulgus vocat hanc Salonichin.* Eadem forma iterum ibidem occurrit. Nicetas in Isaacio Angelo I, 1. (ad annum 1185): *Τὴν Θετταλῶν προκαθημένην πόλιν.* Idem in Manuele Comneno 3, 1.: *Αὐτὸς δὲ τὴν Θετταλῶν καταλαβὼν ἐπαρχίαν κ. τ. λ.* Ubi codex Augustanus: *Αὐτὸς δὲ εἰς Θεσσαλονίκην ἔρχεται.* Georgius Pachymeres in Mich. Palaeologo 1, 10. (ad a. 1258.): *Ὡς Θεσσαλίας διὰ ταχέων ἐπέβησαν, καὶ ἤδη πρὸς τὸ περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν Βαρδάριον ἦσαν.* Idem in Andronico Palaeologo 3, 31.: *Τὴν Θετταλῶν μητρόπολιν* (Thessalonicam). Adde Eundem ibidem 5, 27.: *Καὶ κακῶς ἔδρα περὶ τὰ κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην, οὐ Θεσσαλὸν πάντως, ἀλλὰ Βουλγαρικὸν, καὶ οἷον αὐτῷ σύνηθες.* Annales Minorum ad annum 1345. (Ed. Wadding. Vol. 7. p. 321.): *Ad Thessalonicensem* (archiepiscopum) *in Thessalia* (electus est) *frater Ludovicus de Urbe veteri.*

*Seculum XIII. XIV.* Joannes Stauracius de miraculis S. Demetrii. Ejus locum supra vidimus pag. 31.

*Seculum XV.* Ducas histor. byzant. cap. 19.: *Ἴλεμψας δὲ* (Turcarum imp.) *στρατὸν οὐκ ὀλίγον ἐν Θετταλίᾳ, ἐπολιόρκει Θεσσαλονίκην.* Idem cap. 3.: *Ἔσχε*

(Turca) *καὶ Θετταλίαν πᾶσαν, πλὴν Θεσσαλονίκης.* Idem cap. 18.: *Παραλαβὼν αὐτὴν* (Thessalonicam).. *καὶ δεικνύει τοῦτον βασιλέα πάσης Θετταλίας.* Neque aliter *Thessalia* pro *Macedonia* utitur Damascenus hypodiaconus Studites Thessalonicensis in Thesauro p. 508. Archaismum tamen, s. veteris Macedoniae et Thessaliae discretam denominationem, passim seculi XIV. scriptores, Nicephorus Gregoras et Cantacuzenus, tenent, quos vide.

Quantum Thessalonicensis provincia medio aevo patuerit, magis divinare licet, quam affirmare. Eam ego a parœcia s. diœcesi Thessalonicensi non diversam puto, quam cap. VI. pag. 55. sqq.) illustrabo. Hoc posito patuit inter Peneum, Thessaliae fluvium, et sinum Strymonium: magnum utique spatium, si longitudinem spectes: minus, si latitudinem. Ejus ergo partes erant vetus Pieria, Bottiaea, Amphaxitis cum Mygdonia, Chalcidice. Vides, Thessalonicensem medii aevi provinciam fere Macedoniae primae, sensu Diocletianeo, respondisse; oppida vero, exceptis paucis, alia fuisse, quam prisco tempore, et quidem pagos (*κωμοπόλεις*), minus urbes, exceptis, ni fallor, praeter Thessalonicam, Serviis, Berrœa et Cassandria. Serrae et Doberus alius diœceseos fuere. — De his omnibus v. Nos in diœcesi et agro Thessalonicensi.

Thessalonica Romanis Byzantinisque nobilioribus pro exilio assignari solebat. Horum agmen ducit Licinius, Constantini M. in imperio aemulus, in eam urbem relegatus, ibique circa annum 322. interemtus jussu Constantini, fidem violantis, de quo videndus Zosimus hist. 2, 28. Carnifices fuere Gothi, Constantini in debellando Licinio socii, qui non laqueo, ut refert Zosimus l. c., sed gladio aemulum Constantini trucidarunt, narrante Jornande de rebus Geticis cap. 21. [44])

---

44) De hac Licinii caede v. quoque Aurelium Victorem epit. 41, 7., coll. Oros. 7, 28.; qui posterior scriptor more suo talia defendit.

Accedit eodem seculo quarto (anno Chr. 351.) Paulus, Constantinopolitanus patriarcha, qui jussu Constantis imperatoris Thessalonicam in exilium missus est, teste Socrate hist. eccles. I, 16., collata tamen ibidem Valesii nota. Anno circiter 717. Artemius (s. Anastasius), throno dejectus imperator, eodem exul mittitur, coll. Theophane p. 323. ed. Paris. Idem imperator paulo antea Theodorum et Georgium, patricios, Thessalonicam exules miserat, de quo videndus Theophanes p. 321. ed. Paris. Cedrenus p. 449. ed. Paris. (p. 354. ed. Ven.), coll. Zonara annal. 14, 27. Eodem seculo (a. 786.) monachi, Platonis Byzantini asseclae, eodem relegantur. V. Theophanem ed. Paris. p. 397. Est autem Constantini VI. imperium cum matre Irene (a. 780—796.). [45]) Seculo decimo sq. (a. 976—1028.) Basilius Bulgaroctonus imp. Nicolitzam, virum nobilem, eodem mittit custodiendum, coll. Cedreno p. 716. ed. Paris., p. 560. ed. Ven. Seculo XIV (a. 1354.) Graecus imperator Pergamenum eodem mittit custodiendum, coll. Cantacuz. hist. IV, 38. Adde Nicephorum Gregoram 9, 5. [46])

Arcis Thessalonicensis carcerem, de quo in historia arcis agam, sedem illorum exulum vulgarem fuisse puto, ni quidam eorum liberam in urbe custodiam habebant, quod ex

---

45) Theodorus Studita imperante Constantino Coprouymo Thessalonicam relegatus est. V. menologium Basilianum ad XI Nov. p. 181.

46) Similis usus insularum quarundam fuit (Zinkeisen Gesch. Griechenlands. I. 736.) atque Athenarum medio aevo, de quo videantur: Incertus Continuator in Leone, Basilii filio, cap. 15. Simeon Magister in Leone cap. I. Cedrenus p. 475. ed. Paris., p. 374. ed. Ven.; p. 595. 598. ed. Paris., p. 466. 469. ed. Ven. Zonaras 15, 13. ed. Paris. Vol. II. p. 120. Arcem Athenarum, non urbem, custodiae horum exulum inserviisse, bene monet Fallmerayerus Noster in libro eximio: „Entstehung der heutigen Griechen" p. 34. Athenae ipsae tum eversae erant, coll. Falmerayero l. c. p. 20 seqq.

Zonara 18, 21. consequi videtur, ubi Melisseno cuidam Thessalonica ad incolendum assignatur. Est autem initium imperii Alexii I.

## CAP. V.

### DIGNITAS URBIS ECCLESIASTICA.

Tempore inter D. Paulum et S. Demetrium intercurrente, i. e. seculis quartum Christi antecedentibus, qui status sacrorum Christianorum apud Macedonas fuerit, doctorum neminem scire puto; immo nec quaesitum video, coll. Dissert. histor. p. 30. De primis tamen post D. Paulum Thessalonicae, ut volunt, episcopis (Aristarcho, Caio, Achilleo) vide veterum s. narrationes s. fabulas apud Mich. Lequien. in Oriente Christ. Vol. II. p. 27. 28. Primus reapse Thessalonicae episcopus historia nitens [47]) mihi Alexander esse videtur, qui in Actis Synodi Nicaenae (a. Chr. 325.) lib. II. cap. 27. (Mansi concil. Vol. II. p. 881.) his verbis subscripsit: *Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης, διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τελούντων, ταῖς κατὰ Μακεδονίαν πρώτην καὶ δευτέραν, σὺν τῇ Ἑλλάδι, τήν τε Εὐρώπην πᾶσαν, Σκυθίαν ἑκατέραν, καὶ ταῖς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσαις, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν* (sc. mittit decreta Synodi Nicaenae). Docet is locus, Thessalonicae episcopum summa jam tum dignitate atque auctoritate inter clericos Macedonicos, Graecos aliosque fuisse; quod etiam ex Eusebio consequitur, sc. ejus vita Constantini 4, 43. (non 4, 23., ut habet Spanhemius de praest. et usu numorum Vol. I. p. 633.): *Μακεδόνες γὰρ*

47) Indicem praesulum Thessalonicensium graeci ritus v. apud Mich. Leq. l. c. p. 27—66. Enumerantur viri LXXIV (usque ad annum Christi 1733). Multis emendationibus eget hic index Michaelis Lequienii.

*τὸν τῆς παρ' αὐτοῖς μητροπόλεως παρέπεμπον* (ut aliae majores urbes a. 335., ad dedicationem ecclesiae S. Resurrectionis in urbe Hierosolymitana). Fuit is idem Alexander, qui concilio Nicaeno interfuerat.

Episcopi Thessalonicensis nisi regimen semper, tamen auctoritatem non solius Macedoniae fines spectasse, ejusdem Alexandri subscriptio Nicaena modo allata testatur. Fuit ille reapse episcoporum totius Illyrici orientalis nobilissimus et quasi princeps, ut Thessalonica earundem terrarum caput vere ac metropolis, coll. Mich. Lequ. l. c. p. 7 sqq. Ceterum Papae Romani summam potestatem agnoscebat, antequam graeca ecclesia a Romana divelleretur, coll. Michaele Lequienio l. c. [48]) Hanc metropolitae Thessalonicensis ante schisma summam dignitatem maxime testatur Innocentius III (Epistolarum libro 15, 18. ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. 2. p. 605.): *Quantae dignitatis Thessalonicensis antistes fuerit ab antiquo, per authentica scripta praedecessorum nostrorum evidenter apparet.* Sequuntur deinde apud Innocentium epistolarum pristini aevi pontificiarum partes quaedam.

Ex illo honoris fastigio, quod Thessalonicensis episcopus prae reliquis Illyrici praesulibus tenuit, aliam dignitatem pro-

---

48) His accedat Brevis descriptio sanctorum patriarcharum (ad calcem Codini de officiis aulae Byz. p. g. 363. ed. Paris.): *Ὁ πρῶτος θρόνος τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου . . . ἄχρι Ῥαβέννης, καὶ Λογγιβάρδων, καὶ Θεσσαλονίκης, Σθλάβων, Ἀρράβων* (l. *Ἀράβων* s. *Ἀραβίσκων* Pannoniae), *καὶ Ἀβάρων, καὶ Σκυθῶν κ. τ. λ.* Est haec Descriptio e codice Vaticano, ante schisma, ut patet, Photianum concinnata. De divulsione nostrae ecclesiae a Romano patriarchatu vide Additamentum Novellae Leonis Sap. de thronis (Leunclav. jus Graeco-Rom. T. I. p. 100.): *Οἱ ἀποσπασθέντες ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς διοικήσεως, καὶ νῦν τελοῦντες ὑπο τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως μητροπολίται, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπίσκοποι, εἰσίν· ἃ ὁ Θεσσαλονίκης κ. τ. λ.*

fectam esse constat. Fuit Papae Romani in rebus ecclesiarum orientalis Illyrici legatus, cujus muneris quaedam exempla v. apud Mich. Lequ. l. c. p. 7. sqq. De re ipsa v. Innocentium l. c., ubi agitur de dignitate antiqua metropolitae Thessalonicensis, ut legati pontificii. Omisit Innocentii locum, ut alia, Michael Lequ. l. c. Adde Theodori Balsamonis scholia ad synodum Chalced. can. 28. (Canones SS. Apostolorum etc. Paris. 1620. p. 351 sq.): *Τὸν δὲ πάππαν κακῶς λέγουσί τινες χειροτονεῖν ποτὲ τὸν Θεσσαλονίκης καὶ ἑτέρους δυτικοὺς* (i. e. Graecos) *μητροπολίτας. Λεγάτους γὰρ εἶχε τούτους.*

Dictum quoque *patriarcham* antiquo tempore Thessalonicensem antistitem, sunt qui contendant. Ego hujus rei non aliud testimonium inveni, quam hoc, quod apertam suae infirmitatis speciem prae se fert. Theophanes in chronographia ad annum 508., sub Anastasii imperio (ed. Paris. p. 399., ed. Ven. p. 317.): *Τὸν Θεσσαλονίκης ἐπίσκοπον Θεόδωρος ἱστορικὸς πατριάρχην ὀνομάζει ἀλόγως, μὴ εἰδὼς, διὰ τί.* Hoc tamen ex Theophanis loco apertum est, magnam vel tum, ut antea, auctoritatem ac dignitatem Thessalonicensis episcopi fuisse; quod ex alia quoque antiquitatis narratione consequitur, sc. e Chronici paschalis quodam loco (T. I. p. 630. ed. Bonn.). Nimirum anno Chr. 533. Justinianus imperator sanctionem adversus haeresin Nestorii Eutychisque misit Romam, Hierosolyma, Antiochiam Syriae, Alexandriam Aegypti, in Illyricorum gentis urbem Thessalonicam (*καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ τῇ πόλει τοῦ Ἰλλυριῶν ἔθνους*), Ephesum Asiae. Idem imperator praesulem Thessalonicensem *archiepiscopum* dicit Novellâ XI. Alius honor seculo antecedente eidem ecclesiae metropolitanae a Theodosio juniore imp. concessus fuerat, sc. immunitas a tributis, coll. Spanhem. de usu et praest. num. Vol. I. p. 652.

Thessalonicensis episcopatus ditionem aliquantulum imminuit Justinianus imp., qui ab Agapeto et Vigilio, Papis Ro-

manis, obtinuit, ut ab Justinianae primae, patriae suae, episcopo provinciarum Illyrici pars non contemnenda administraretur. V. Mich. Lequ. l. c. p. 18 sq., coll. Novella Justiniani XI. supra allata p. 38. De his ad nos scripsit Schneckenburgerus Bernensis, celeberrimus theologus: „*Illyrien*, die kleinste der 4 Präfekturen, die Constantin schuf, hatte 5 Metropolen: zu Nicopolis, Philippi, Larissa, Corinth, Gortyna; über ihnen stand der Eparch (Exarch, Archiepiscop) von Sirmium, dem Sitz der Präfektur (Justiniani Novell. XI.). In der Mitte des 5ten Jahrhund. wurde die politische und kirchliche Oberbehörde nach Thessalonich verlegt (ibid.). Unter Justinian wanderte die beiderseitige Oberverwaltung nach Justiniana prima, so aber, dass Thessalonich den bisherigen Titel behielt (Agathias V, 21. Procop. de aedific. Just. IV, 1.). — Illyrien wurde von seiner ursprünglichen Verbindung mit Rom auch nicht durch das Gesetz (Honor. et Theod. II. Just. Cod. Lib. I. Tit. II. l. 6.), welches dasselbe Constantinopel unterordnete, wirklich getrennt, sondern bald darauf die disciplina apostolica wieder hergestellt (Honor. et Theod. apud Const. epist. Rom. pont. ep. 10. 11. Justin. epist. ad Joannem. Just. Cod. lib. I. Tit. I. l. 7. — auffallender Weise nicht im Codex —). In Illyrien übte der Bischof von Thessalonich als Vikarius von Rom Patriarchatrechte (Innocent. I. epist. 13. ad Rufum episc. Thess.) als althergebracht; cf. Bonif. I. ep. 14, 15; Sixti III. ep. 7, 8; Leon. I. ep. 5, 13; so bis zu der obenbezeichneten Periode. Unklar ist mir das Verhältniss des Bisch. von Thessalonich zu dem von Justiniana, welcher Exarch von ganz Illyrien — nach dem Hofkirchenrecht war, und (Just. Novell. 131, c. 3.) gleichfalls Vikarius des röm. Stuhls. Ob vielleicht letzteres nur für Nord-Illyrien? Oder anfangs für ganz Illyrien, aber nach der Streitsache mit dem Bischof von Theben nicht mehr (Greg. I. epist. lib. III. ep. 6. 7.)? Oder hat vielleicht die römische, der griechisch-kaiserlichen entgegengesetzte

Praxis es nach und nach dahin gebracht, dass die durch einen förmlichen Vertrag dem Metropoliten von Justiniana übergebenen Vikariatsrechte durch den Usus auf den von Thessalonich übergingen? Immer begünstigte Rom die kirchlichen Metropolen — sedes apostolicas — entgegen den politisch-kirchlichen, durch kaiserliche Institution geschaffenen. Am wahrscheinlichsten kommt mir jetzt vor, die Sache so zu denken: Exarch von ganz Illyrien war zuerst der Metropolit von Sirmium, dann der von Thessalonich, zuletzt der von Justiniana — vermöge kaiserlicher Anordnung. Gegen diese kaiserlich-kirchliche Oberverwaltung sträubten sich manche Bischöfe, namentlich solche, die in altberühmten Sitzen Primatenwürde sich zueigneten, und nach früherer Gewohnheit bei dem römischen Bischof Hülfe suchten. Als daher der genannte Hadrian von Theben durch seinen Metropoliten zu Larissa und seinen Exarchen zu Justiniana entsetzt war, so appellirte er nach Rom, und wurde restituirt und für die Zukunft eximirt (Greg. epist. l. c.), d. h. das römische Kirchensystem ergriff diese Gelegenheit, über das constantinopolitanische ein Uebergewicht zu gewinnen in dieser Gegend, und diess gelang so vollständig, dass zur Verwaltung der Patriarchatrechte ein eigener Vikarius nöthig wurde. Dazu ward der schon längst als solcher angesehene, mit Rom verbundene Metropolit von Thessalonich aufgestellt. Nur um seinem Eparchen von Justiniana gleiche Ehre zu verschaffen, unterhandelte Justinian mit Vigilius, welcher ersterem dieselbe Würde für die nördlichen Theile Illyriens verschaffte, welche — früher von den Barbaren besetzt — nie unter Thessalonich gestanden hatten.“

Magis vero ditionem episcopatus Thessalonicensis imminuerunt gentilium septentrionalium in regnum Graecorum incursiones, Sclavinorum, inquam, dein Bulgarorum. Posteriores barbari seculo IX. Christo quidem nomen dederunt, verum Bulgaria sub thronum Thessalonicensem nunquam venit;

quod secus visum Wilkenio in Andronico Comneno (Raumer. histor. Taschenb. Erster Jahrg. 1830. p. 500.), ubi e Niceta (in Alexio Comneno, Manuelis filio, cap. 15.) narrat, *Thessalonicensem archiepiscopum*, Constantinopoli tum morantem, consecrasse nuptias vetitas Irenes atque Alexii nothi; eundemque praesulem Thessalonicensem dictum fuisse *Bulgarorum archiepiscopum*, sc. a Bulgaris, tempore iconoclastico Graeciam ingressis, tandemque a Basilio Bulgaroctono imp. debellatis. Verum *Bulgarorum metropolita* Constantinopoli tum aderat, non *Thessalonicensis*, teste Niceta l. c., nuptiasque illas consecravit, quum renuisset patriarcha Constantinopolitanus. Dein Thessalonicensem archiepiscopum simul Bulgarorum archiepiscopum dictum fuisse, minime consequitur e Nicephoro Gregora hist. 2, 2. (ed. Bonn. T. I. p. 26. 27.), quem solum scriptorem Wilkenius affert ad firmandam suam sententiam. Gregoras non aliud narrat nisi hoc, Theodorum Angelum, Macedonia potitum, Thessalonicae a *Bulgarorum archiepiscopo* unctum fuisse more imperatorio. Ergo *Thessalonicensis archiepiscopus* simul Bulgarorum archiepiscopus fuit? Quod quis e Gregorae loco concludet? Habuit Thessalonica tum, ut ut alio tempore, *suum* archiepiscopum (Graeci ritus), ut alterum Latini, Constantinum Mesopotamitam, *qui Theodorum ungere noluerat*; unde factum, ut a Bulgarorum praesule, qui tum ibi versabatur, ungeretur, narrante Georgio Acropolita histor. cap. 21. Rectiora de his discere Wilkenius poterat e Theophylacti, Bulgarorum archiepiscopi fine sec. XI., epistolis, quae, Achridae Bulgaricae, non Thessalonicae scriptae, utramque metropolin non uno tantum loco satis distinguunt. Quid? quod *metropolita Achridensis* (idem Theophylactus) *metropolitae Thessalonicensi* epistolam dedit, sc. undecimam (Opp. ed. Ven. Tom. 3. p. 641.).

Urbs Thessalonicensis metropolitana inde a Leone Isauro, qui regnum Graecorum a sedis apostolicae jurisdictione avellere coepit, pristinae dignitatis multum amisit, quod ma-

xime docent subscriptiones archiepiscoporum Thessalonicensium Actis synodorum suppositae, quae ultimis ante decimum seculis habitae sunt, coll. Mich. Lequ. l. c. p. 25. In Novella Leonis Sapientis imp. (sec. IX. X.) metropolita Thessalonicensis decimus sextus metropolitarum regni Graeci censetur. Postea quidem altiorem locum adeptus est. Namque in Notitia Andronici junioris (sec XIV.) ad honorem loci XI. pervenit; inque alia Notitia apud Georgium Codinum (Mich. Lequ. l. c. p. 25.) quartus ei locus datur. Testantur vero hae mutationes regni Graeci ultimis seculis infirmitatem, ad paucas tum provincias redacti.

Laudes nostrae metropoleos agit Innocentius III. papa Rom. Epist. 11, 106., quem locum in dioecesi afferam. Adde Eugenici Synodicon ms. apud Michaelem Lequien. in Oriente Christ. Vol. II. p. 58.: *Ταύτην τὴν περιώνυμον μητρόπολιν.* Ubi sermo est de Symeone, Thessalonicae archiepiscopo brevi ante Turcicam urbis expugnationem (1430 .

Ultima me monent, ut ad partem harum disquisitionum historicam recurrens, titulum quendam Thessalonicae honorificum novis curis illustrem. Dixi in Historia Thessalonicae p. 22.: *Nulla re magis Thessalonica inclaruit, quam primis fidei Christianae seminibus, quae D. Paulus ibi sparsit; deinde S. Demetrii, urbis ejus Rossorumque nunc patroni, martyrio; postremo orthodoxiae gloria. Tria haec ut proprium civitatis et peculiare decus Cameniata jungit narrationis de expugnata urbe per Sarazenos a.* 904. *capite tertio. His addidi pag.* 23.: *Velim .. ab aliis edoceri, quanam occasione honorificum orthodoxae nomen civitati sit inditum, a quo s. imperatore s. concilio. Ibidem p.* 32 *sq.: Scripta autem haec omnia* [de Thessalonicensium summa superstitione, qua Sanctorum Martyrumque reliquias colebant] .. *ante imperatorum iconoclastarum aevum (a. Chr.* 728—842); *post illud aevum, sc. a.* 904., *Cameniatae locus scriptus est de Thessalonica, orthodoxa cognominata.*

*Thessalonicam puto in famosissimo illo iconoclastico bello imperatoribus rerum novarum cupidis fortiter restitisse, atque in Sanctorum cultu ecclesiae militantis partes non deseruisse, unde prae ceteris orthodoxae nomen honorificum adipiscebatur. Ibidem* (not.): *Opinioni nostrae favet quoque nomen festi Orthodoxiae, quod cultum imaginum a.* 842. *a Methodio patriarcha una cum memoria concilii II Nicaeni restitutum spectare, nota res est.* De his nuper a me consultus Schneckenburgerus Bernensis, professor Theologiae celeberrimus, haec peramice rescripsit: *Sententiae tuae de causa istius tituli lubenter ego adstipularer, si notitia aliqua superesset de Thessalonica doctrinam orthodoxam adversus imperatores iconoclastas fortiter defendente. Verum hoc de aliis imperii Byzantini partibus narratur, ut insulis Cycladibus. Deinde Thessalonicensium circa Sanctorum Martyrumque reliquias superstitio, Te monente, aevo iconoclastico antiquior est; postremo reliquiarum istarum veneratio in bello iconoclastico partes inferiores tuetur. In Cameniatae loco a Te allato equidem non conspicio titulum, Thessalonicae publico nomine et quasi ex officio impositum, qualem aliae urbes habent, neque igitur laudem tertiam Tuo sensu. Orthodoxa mihi Thessalonica eam ob causam dicta videtur, quod nullo non tempore episcopos habuit orthodoxos* (εἶτα τοὺς καθεξῆς ἀρχιερεῖς cett.). *Hanc sibi gloriam Thessalonica paraverat disceptationum Arianarum et Semiarianarum occasione, cum sola e Graecis atque orientalibus ecclesiis cum Illyrico suo occidentis orthodoxi partes sectaretur, cōmunionem vero cum reliqua Graecia repudiaret. Motus orthodoxiâ Ascholii, episcopi Thessalonicensis, Theodosius imp., symboli Nicaeni restitutor, ab isto praesule a.* 380. *baptizari voluit* (Sozom. H. E. 7, 4). *Mansit deinde Thessalonica sub imperio patriarchatus Romani vel ex inde eo tempore, cum Illyricum orientale cum metropoli sua Thessalo-*

*nica regni Graeci pars esse coepisset. Juncta haec necessitudo tum, cum bellum illud de orthodoxia inter occidentem atque orientem gereretur. Sic mihi Thessalonicensium de orthodoxia gloriatio e disceptationibus Arianis orta videtur. Jam vero, cum illa laus urbi tribuatur a scriptore, qui post aevum iconoclasticum vixit, et quidem ut laus antiqua, non controversa, ad Tuam equidem sententiam ita accedo, ut statuam, bellum iconoclasticum aliquantulum contulisse ad nomen illud Thessalonicae imprimis imponendum, cum antiqua orthodoxiae gloria reliquis quoque Illyrici episcopatibus competierit. Scilicet commercii illius beneficio, quod inter Thessalonicam Romamque veterem pridem intercedebat, metropolita Thessalonicensis fuit Illyrici orientalis primas Romanique patriarchatus vicarius, donec imperatores iconoclastae ob patrocinium, quod Roma vetus imaginum cultoribus praestabat, vinculum illud, quo Thessalonica et Roma jungebatur, dissolverent (Nicolai I. epistola ad Michaelem imp., apud Mansium in Concil. Vol. XV. p.* 167. *Hadriani epist. ad Carolum, ap. Mans. ibid. Vol. XIII. p.* 808.). *Hoc igitur tempore hacque occasione antiqua orthodoxiae gloriatio reviviscere poterat, tituloque illo gestire, quem ipsi sibi Graeci imposuerant.* Hactenus Schneckenburgerus noster; ad cujus doctam sane acutamque sententiam haec libet respondere. Thessalonicam cum reliquo Illyrico doctrinam orthodoxam strenue defendisse tempore disceptationum Arianarum et Semiarianarum, nec ego negarim, quamquam historiae testimonium peculiare de Thessalonicae in eo bello partibus nondum equidem conspexi. Deinde Thessalonicam plerumque episcopos orthodoxos habuisse, duce Cameniata l. c. concedo; quod tamen ita intelligi nolim, ut inde potissimum civitas illa orthodoxa dicta fuerit. Habuit enim non unum tantum praesulem heterodoxum. Fine seculi V episcopus ejus Andreas sectae Acacii Constantinopolitani adscriptus esse dicitur (Michael Lequien. in Oriente Christiano Vol. II. p. 34

sqq.); circa annum vero 515 eandem sectam defendebat Dorotheus, episcopus Thessalonicensis (Mich. Lequ. l. c. p. 36 sqq ). Deinde Thallelaeus episcopus, qui inter quintam synodum et pontificatum Gregorii M. thronum Thessalonicensem tenebat, haereticus fuit, negans trinitatem (Mich. Lequ. l. c. p. 39.). Martino vero I., papa Romano, regnante, reus impietatis monotheleticae agebatur Paulus, episcopus Thessalonicensis (M. Lequ. l. c. p. 40 sqq.). Postremo Joannes, philosophiae aliarumque artium Constantinopoli magister imperante Caesare Barda, deinde a Theophilo imperatore archiepiscopus Thessalonicensis electus, primo tempore, quum adhuc Constantinopoli viveret, auctor fuit haereseos iconomachorum (Mich. Lequ. l. c. p. 45.). Vides, non totam episcoporum Thessalonicensium ante annum 904 seriem heterodoxiae nota vacasse; quamquam vel sic episcopos Thessalonicenses Cameniata, si plures omnino spectabat, orthodoxos dicere poterat, ut aliarum civitatum archiepiscopos. Thessalonicenses vero praesules quidam in bello illo iconoclastico non ignobiles extitere. Pro imaginibus enim scripsit Joannes II., archiepiscopus Thessalonicensis sec. VII (Mich. Lequ. l. c. p. 42.); de quo viro egi in Dissert. histor. pag. 51. Josephus vero, praesul Thessalonicensis sec. IX, ob strenuam imaginum defensionem in carcere diem obiit (Mich. Lequ. l. c. p. 43 sqq.). Ceterum in omni cultu imaginum reliquias Sanctorum non nullius momenti esse, etiamnunc ego statuendum puto: harum autem reliquiarum partes in sacris Thessalonicensium magnas fuisse, monuimus in Dissert. historica p. 32 sq. Postremo scriptor Graecus seculi decimi, i. e. vir doctus post schisma Graeco-Latinum scribens, ecclesiam suam propter obsequium veteri Romae praestitum vix laudare, eoque titulo orthodoxam eam dicere potuit. Laus enim orthodoxiae ante schisma Graecorum collata alium sensum habuit, quam eadem laus post illud imposita. Neque est vero absimile, laudem Thessalonicensis orthodoxiae postero tempore maxime nisam di-

sputationibus clericorum Thessalonicensium, cum clericis Latinis de theologia habitis; quorum certaminum insigne testimonium in schedis meis Florentinis invenio (codex XII. bibliothecae Laurentianae, pluteus LIX). Nimirum inter opuscula inedita Michaelis Choniatae, qui fuit Nicetae historici frater et metropolita Atheniensis secc. XII. XIII., invenitur *μονῳδία εἰς τὸν ἁγιώτατον Θεσσαλονίκης, κυρὸν Εὐστάθιον* (lamentatio in summe reverendum Thessalonicensem archiepiscopum, dominum Eustathium). In ea monodia legitur (cap. 13.): *Μὴ εὐαγγελισάσθω τις τῇ πρεσβυτάτῃ Ῥώμῃ τὸν Εὐσταθίου μόρον, μηδ' ἀπαγγειλάτω ταῖς ὑπ' αὐτὴν Ἰταλικαῖς πόλεσι, μή ποτε ἐφησθῶσιν οἱ ἀλαζόνες καὶ ὑπερήφανοι, καὶ τὰς ἐπὶ δογματικοῖς προβλήμασι διαλεκτικὰς προσβολὰς θαρσήσωσιν, ἃς τωτέως ἀντιπεριΐσταντο, τὸ τῆς ἐκείνου γλώττης ἄμαχον ὑφορώμενοι.* Extitere igitur vel tum disceptationes theologicae, haud infrequentes puto, inter clericos Graecos Italicosque, quo itidem traho Eustathii locum e tractatu de emendanda vita monachica cap. 146. (Opuscc. p. 249, 90. 250, 1—20.), ubi queritur archiepiscopus de monachis suis, qui sint impares ecclesiasticis disputationibus et controversiis.

## CAP. VI.

### DIOECESIS. 50)

Fines Dioecesis Thessalonicensis, quam ego in antiquissimo indice episcopali, sc. Epiphanii Cyprii (?), frustra

---

50) Iustum ejus titulum (*paroeciam*) habet suggestio Germani rell. ad papam Hormisdam (Conciliorum tomus X. pag. 552): *Congregata synodo de paroecia ecclesiae Thessalonicensis* (est annus 519) . . Singulos episcopatus hujus ecclesiae metropolitanae ibidem non legi.

quaesivi (apud Constantinum Porphyrog. de cerimoniis 2, 54. p. 792. sqq. ed. Bonn.), qui prisco aevo fuerint, i. e. inter Constantinum M. et Leonem Sapientem imperatores (secc. IV—IX.), nemini compertum esse existimo; neque ego, multa legens, antiquiorem illius dioeceseos descriptionem novi, [51]), quam ea ipsa est, quae occurrit in Leonis modo allati (a. Chr. 886—907.) novella s. indice de thronis (Leunclavii jus Graeco-Romanum Vol. I. p. 92.): ις' (XVI). *Τῷ Θεσσαλονίκης Θεσσαλίας* (subest) *α' ὁ Κίτρους. β' ὁ Βερ-ροίας. γ' ὁ Δρουγουβιτίας. δ' ὁ Σερβίων. ε' ὁ Κασανδρίας. ς' ὁ Καμπανίας ἤτοι Καστρίου. ζ' ὁ Πέτρας. η' ὁ Ἐρ-κουλίων (Ἐρκούλων? Ἐρκυλλίων?) ἤτοι Ἀρδαμέρεως (Ἀρ-δαμερίου). ϑ' ὁ Ἱερισσοῦ ἤτοι ἁγίου ὄρους. ι' ὁ Λίτης*

---

51) Bandurius (imper. orient. pag. 236 seq. ed. Paris., pag. 201 seq. ed. Ven.) dedit graecum „catalogum episcopatuum, quorum singuli matricibus urbibus subjiciuntur, qui nunc ex parte supersunt; eorum vero plurimi exoluerunt.“ Hic catalogus solos metropolitas XXXIV habet; Novella vero Leonis Sap. LVII (jus Graeco-Rom. Vol. I. p. 101), sed in praevio suo indice metropolitarum LXXXI. Mancus uterque catalogus, Anonymi Banduriani et Leonis Sap. Ille vero ordinem catalogi Leoniani tantum non sequitur, intrusis postera manu recentioribus quibusdam notitiis, quae Andronici junioris aevum redolere videntur. Thessalonicam nostram, ut catalogus s. Novella Leonis, loco XVI habet, his verbis: *Τῇ Θεσσαλονίκῃ Θετταλίας* (subest) *α ὁ Κύτρου. β ὁ Βερροίας, καὶ* (l. ἥ) *νῦν μητρόπολις ὑπάρχει. γ. ὁ Δουργοβιτίας. δ. ὁ Σερβίων. ε ὁ Καυανδρείας, ἥτις εἰς ἀρχιεπισκοπὴν ἐτιμήθη. ς. ὁ Καμπανίας ἤτοι Καστρίου. ζ. ὁ Πέτρας. η ὁ Ἑρκούλων ἤτοι Ἀρδαμερίου. ϑ ὁ Ἱερισσοῦ καὶ ἁγίου ὄρους. ι ὁ Πολιανῆς. ια ὁ Πλαταμῶνος.* In his Berroeam metropolin factam, novum est, item quod Cassandria archiepiscopatus evasit. Lite cum Rentina in hoc indice non invenitur, neque magis Bardariotae et Langada. Recurrit tamen Durgobitia (Drugobitia); et Poliana (puto) pro Bardariotis apparet. Decimo loco ponitur Poliana, undecimo Platamo. Mihi hic catalogus idem esse videtur cum catalogo Leonis, quamquam serioris aevi mutationes non paucae intercurrunt.

*καὶ Ῥεντήνης (Ῥεντίνης). ια' ὁ Βαρδαριωτῶν ἤτοι Τούρκων.*

Unum, non plures, suffraganeum, sc. Citrensem, metropolitae Thessalonicensi tribuit Buchonus (ad chronicon Moreae p. 175.); qui error manifesto originem traxit e Michaele Lequienio, qui in Oriente Christiano (Vol. 3. p. 1095.) Citrensem episcopatum latini ritus enarrat, non alios, ipsi sc. incognitos.

Sequitur nostra Leonianae Notitiae interpretatio geographica.

1. *Citros*, Citrus, turcice *Csetros*, *Csetrus* (Hadschi Chalfa l. c. p. 87. 101.). De ea Epitomator Strabonis geogr. libri VII. fin. §. 8.: Ἐν ᾗ (Pieria) *καὶ πόλις Πύδνα, ἡ νῦν Κίτρον καλεῖται.* Alia nominis novitii forma est apud Leonem, ubi est neutrum tertiae *Κίτρος*, gen. *ους*, adstipulante scholio codicis Angelici in Anonymi scholiasten ad Aphthonium (Rhetores Graeci ed. Walz. Vol. II. p. 48.): *Πύδναν,* [52]) *τὸ νῦν Κίτρος. Ποτιδαίαν, ἡ νῦν λεγομένη Βέρροια* (immo *Κασσάνδρεια*). Alia duplicis declinationis circa hoc nomen exempla v. apud Michaelem Lequienium in Oriente christiano Vol. II. p. 79., [53]) ubi conferendus quoque Graecorum Citri episcoporum brevis elenchus.

*Cytrus* (*Κύτρος, ου*) scribit Theophylactus, Bulgariae archiepisc., epist. 14. (Opp. ed. Ven. T. 3. p. 645.). Sed *Κίτρος*, gen. *ου* habet Idem epist. 54., p. 695. Neque aliter epist.

---

52) De forma *Pydna* v. Nos in sinus Thermaei illustratione. Similem ei errorem, quem commisit scholiastes Aphthonianus supra notatus, deprehendo apud Laonicum Chalcondylam libro I. p. 9. ed. Paris.: *Καυσάνδριαν, Πύδναν τὸ πάλαι καλουμένην.* Ubi legendum *Ποτιδαίαν* pro *Πύδναν*.

53) Formam *Κίτρος* (Citros) tabulae recentiorum geographiae reddere solent. V. tab. Macedoniae Cousinerianam, all. *Cytre* dicitur in chronicis medii aevi Gallicis. V. Chronique de Henri de Valenciennes (Buchon. collect. Vol. III. p. 249. 250.). Item *Chitre* (ibid. p. 250. 259). Adde Nos infra in diöcesi Latinorum Thessalonicensi exponenda.

66. p. 700. *Κύτρος* librariorum incuriae debendum videtur, ut illud *Cytre* in chronicis Gallicis nota 53 citt. De monumentis antiquioribus in urbe Kitros v. Leak. trav. in north. Gr. Vol. 3. p. 426. sq. Eidem Pydna et Kitros diversa esse videntur (l. c. p. 429. sq.); quod solidis argumentis nondum monstratum video.

Arcem ejus (*πύργον ἐν Πύδνῃ*) affert (ad a. 1343.) Cantacuzenus hist. 3, 62., urbis vetere nomine servato, ut cap. 64. Tuberibus claruit urbs, coll. Eustathio de emendanda vita monachica c. 178. (Opuscc. p. 259, 70.): *Τὰ κατὰ Πύδναν ὕδνα.*

2. ***Berroea.*** Fuit inter veteris Macedoniae urbes nobiliores; deinde D. Pauli itinere et praeconio inclaruit, coll. Act. Apost. 17, 10. Diu post Leonem Sapientem imp., seculo, ut videtur XIII. vel XIV., a throno Thessalonicensi avulsa est, coll. Mich. Lequ. l. c. p. 71. sq., qui Doctus ibidem quosdam ejus episcopos enumerat. Tenebatur fine sec. X. a Bulgaris (Cedren. p. 704. ed. Paris.); sed restituebatur regno Graecorum a Basilio Bulgaroctono (Cedr. l. c.). Magnum ejus momentum fuit ultimis regni Byzantini seculis, coll. Nicephoro Gregora et Cantacuzeno non uno tantum loco. Eratque eo tempore valde munita (Cantacuz. IV, 18. Nicephorus Gregoras 13, 5, 2). Seculis X. XI. XII. territorium ejus ac Thessalonicae Axio flumine dirimebatur, quod Nos infra illustrabimus in hujus fluvii expositione; non alio puto sensu, quam ut Berroea suum quidem agrum habuerit, Thessalonicae tamen paruerit. Habuit tamen isto aevo ut urbs munita suum praetorem. Theophylactus Bulg. archiepisc. epist. 68. (p. 702.): *Τῷ σεβαστῷ καὶ δουκὶ Βερρόιας.* Fuit revera isto tempore Berroea unica urbs Macedoniae occidentalis et meridionalis (Pieriae et Bottiaeae); reliquae, exceptis Serviis, erant *κωμοπόλεις* (rusticorum fere habitationes), licet munitae. Nunc dicitur apud Turcas ***Verja*** s. ***Cara-Verja*** (nigra Verja). Videatur de ea imprimis

Cousinerius itin. Maced. Vol. I. p. 57. sqq. Est nostro aevo inter potiores Macedonicas, licet munimentis veteribus destituta, coll. Hadschi Chalfa l. c. p. 86. *Verre* dicitur in chronicis aevi medii Francicis. Vide Buchoni Collect. Vol. III. p. 250. ibique locum chronici Henrici de Valenciennes (*une nuit se herbergierent devant la Verre; de là s'en sont alé au Cytre* . Adde ib. p. 227. De Berröa nuper egit Leakius in Trav. in north. Greece Vol 3. p. 290—293. Amari Berroea distat stadiis 160 (Niceph. Greg. 13, 8, 3). Qua via D. Paulus usus sit, cum Berroea relicta mare peteret (Acta apostolorum 17, 14.), mihi non liquet. V. tamen Leakium l. c. Vol. 3. p. 330. sq.

3. *Drugubitia.* Eam a Sclavinis Drugubitis nomen traxisse, ex iis patet, quae de his barbaris monuimus in Dissert. histor. p. 54. Sedebant inter Berroeam et Thessalonicam, coll. Dissert. hist. l. c. Locum urbis s. pagi eorum diligentius significare nondum licet. Unum ejus episcopum Michael Lequienius enotavit e synodo Photiana (Mansi concil. Vol. 17. p. 375.). Male vero idem doctus *Drugubitiam* confundit cum *Dragobintia* (Dragovitch), Haemi s. oppido s. regione, de qua videatur Ordo thronorum metropolitanorum (ad calcem Codini de officiis aulae Byz. p. 407. ed. Paris., p. 350. ed. Ven.).

4. *Serbia.* [54]) Urbs Macedonica, in confiniis Macedoniae ac Thessaliae posita, coll. Cantacuz. hist. III, 58.: *Σέρβια . . . περὶ τὰ μεθόρια Θετταλιας κειμένη πόλις.* Idem IV, 19.: *Πόλις δὲ ταῦτα* (sc. *Σέρβια*) *οὐ μικρὰ, ἐν μεθορίοις Βοττιαίας κειμένη καὶ Θετταλίας.* Fuit aevo medio munita, coll. Cedreno p. 704. ed. Paris., p. 551. ed.

---

54) De fatis hujus urbis sec. VII (imperante Heraclio) v. Nos supra pag. 41. Seculo X (fine) fuit Bulgarica, ut Berroea. Cedrenus p. 704. ed. Paris. Eam Basilius Bulgaroctonus regno Graeco restituit (Cedr. l. c.).

Veu. (ἐάλω τὸ φρούριον). Paucula de hac urbe notavit Mich. Lequ. l. c. p. 101. sq. V. quoque Meletium geogr. ed. II. p. 450. Turcice nunc locus dicitur *Serfidsche* s. *Selfidsche*, habetque aestatis tempore nundinas celebres. Praeterlabitur flumen Indschekara (Haliacmo). Hadschi Chalfa l. c. p. 98. De ejus situ praeter Leakium (trav. in north. Gr. Vol. 3. p. 303. 330. 332.) videatur Cantacuzenus 4, 19.: *Κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐκείνη ἐπί τινος ἀνάντους τοῦ ὄρους προβολῆς, εὐθὺς ἐξαρχῆς αὐτὴ ἑαυτῆς μετεωροτέρα φαινομένη καὶ οὖσα προϊόντι (προσιόντι). Ἐπ' αὐτήν τε τὴν ἀκρώρειαν καταλήγει, τρισὶ διατειχίσμασι διῃρημένη, ὡς δοκεῖν ἔξωθεν τρεῖς εἶναι πόλεις κειμένας ἐπαλλήλους. Ἑκατέρωθέν τε φάραγγες περιβέβληνται βαθεῖαι. Τὸ δ' ἀπὸ τῆς πόλεως ἄχρι τοῦ ἐπιπέδου καὶ τῶν φαράγγων, ὅσον μάλιστα οἰκεῖσθαι ἐπιδέχεται, οἰκιῶν πεπλήρωται καὶ ἀνθρώπων, οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ἐκ τῶν πολιτῶν καὶ ἐκ τῶν στρατιωτῶν, οἳ ἦσαν ἐγχώριοι πολλοί τε καὶ ἀγαθοί· ἥ τε πόλις ἐπαλλήλους τὰς οἰκίας ἔχουσα διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου θέσιν, ὀλίγας ἔχειν δοκεῖ οἰκίας πολυορόφους. Οἰκεῖται δὲ τὰ μὲν δύο τμήματα ὑπὸ τῶν πολιτῶν· τὸ δὲ τρίτον, ἄκρα ὄν, τῷ ἄρχοντι ἀνεῖται. Ἔστι δὲ δυσπρόσοδος πανταχόθεν, καὶ οὐ πάνυ ῥᾴδια πρὸς τειχομαχίαν.* Nomen solum servavit haec urbs; incolae (Serbi) eodem, quo venerant, seculo (VII., imp. Heraclio) in patriam remearunt. V. Nos supra p. 41. Eam memorat quoque chronicon Moreae libro 2. p. 210. ed. Buchon.

5. *Cassandria.* Antea Potidaea dicta, in isthmo Pallenensi, medio quoque aevo urbs haud prorsus ignobilis, cujus tamen memoria raro occurrit. Post Leonem Sapientem imp. (immo, me teste, post Innocentium III. sec. XIII.) jura archiepiscopalia nactam esse, Mich. Lequ. refert l. c. p. 77. sq., ubi pauculi ejusdem praesules enumerantur. Mythicam ejus historiam supra attigi p. 11.

6. *Campania s. Castrium.* Prius nomen apud reliquos Graecos non invenio. Thessaliae oppidum habet Cantacuzenus 2, 28., nomine *Κάστριν*; item 4, 19., ubi *Καστρίον* vocatur. Panium quoque (corrupte ex Campania) vocatum videtur, coll. Mich. Lequ. l. c. p. 91. sq., qui duos ejus episcopos affert. Campaniae nomen iterum occurrit apud Innocentium III., coll. sqq. Fuit Lycostomio oppido, ut videtur, Castrium vicinum, coll. Cantacuz. 4, 19.: *Καὶ ἐκ τῶν Θετταλίας πολιχνίων τὸ Λυκοστόμιον λεγόμενον καὶ τὸ Καστρίον.* De Campaniae episcopatu v. Leakius (Trav. in north. Greece Vol. 3. p. 259.): *Below the bridge* (Axii s. Bardarii), *about midway to the mouth, the river leaves Kulakiá, a large Greek village .. Kulakiá, which is in the road from Saloniki to Katerina as well as to Verria, is the residence of the bishop τῆς Καμπανίας, one of the subordinates of the metropolitan despot of Thessalonica .. the bishop of Campania formerly resided at Kapsokhori, another Greek village, situated between the Karasmák, or Μαυρονέρι, and the Injékara, or Βιστρίτζα, in a well-wooded part of the plains, around which are some other Greek villages. All the rest of the population of these great plains of lower Macedonia consists of Bulgarian cultivators of the Turkish tjiftliks, which are dispersed over it.* Hic igitur episcopatus suffraganeus primo e Campania Castrium (prope hodiernum Turnabum Perrhaebiae, coll. Leak. l. c. Vol. 3. p. 360. 380. Vol. 4. p. 298.) transpositus videtur; deinde Capsochorium; postremo Kulakiam.

7. *Petra.* Occurrit in historia Byzantina oppidum et arx Macedonica, inter Berroeam atque Edessam. Cantacuz. 4, 19.: *Τὰ περὶ Ἔδεσσαν καὶ Βέρροιαν φρούρια, καὶ αἱ πολίχναι, τό τε Σταρίδολα λεγόμενον, καὶ ἡ Πέτρα, καὶ ἡ Σωσκὸς, καὶ ἡ Δεύρη, ἔτι δὲ ὁ Ὄστροβὸς, καὶ τὰ Νότια.* Idem 3, 58.: *Πέτρα .. Σωσκὸς καὶ Σταρίδολα.* Utramque

urbem jungit quoque Pachymeres in Mich. Palaeologo 2, 11.: *Πέτραν .. τε καὶ Στερίδολα* (sic). His accedat scriptor Pachymere paulo antiquior, Georg. Acropolita, hist. cap. 46.: *Τοὺς δὲ Βοδηνοὺς* (sic) *καὶ Σταρίδολα* (Pachymeres *Στερίδολα*), *Στρόβον* (i. e. Ostrobum) *τε καὶ τὰ περὶ ταῦτα.* Unde forsan emendandus Georg. Pachymeres l. c.: *Βοδεεινά τε καὶ Βόστρον, ἔλλιμνον νῆσον* (i. e. *Στρόβον* s. *Ὀστρόβον*). Insulam alibi non inveni. — Fuitne igitur Petra inter Edessam et Berroeam sita, huicque forsan propior, quam illi? Non credo. Obest ordo locorum in indice Leonis imp., ubi juxta Castrium memoratur nostra Petra. Eam igitur Pieriae tribuo, coll. Liv. 39, 26.: *Petram in Pieria.* Fuit Pythio vicina, coll. Liv. 44, 32.: *Ad praesidium Pythii et Petrae.* Item Pydnae. Liv. 45, 41.: *Inter praesidia ejus* (Persei regis) *saltum ad Petram evasi, et ad pugnam* (Pydnae) *rege coacto, acie vici.* Fuit et Maedica Petra, coll. Liv. 40, 22. De nostra Petra (Pieriae) v. inprimis Leak. l. c. Vol. 3. p. 337.: *Petra is described to me as situated on a great insulated rock which is naturally σχισμένη, or separated from the adjoining mountain: the road passes through the opening and then descends into the plain of Katerina, which, being undoubtedly a part of the ancient Pieria of Macedonia, a the situation of Petra thus illustrates Livy* (39, 26. 44, 32. 45, 41) .. etc. Adde eundem Leak. ibid. p. 340. Omisit Petram Mich. Lequ. l. cit. Hunc episcopatum attigit Meletius geogr. ed. II. Vol. II. p. 448., de quo docto v. Nos inferius. Cantacuzenus 3, 35. monasteria Petram et Choram habet, incertum, quo loco ponenda: crediderim Cpoli, vel prope.

8. *Herculia* (*Hercula*) s. *Ardameris* (*Ardamerium*). Ubi posita fuerit haec urbs, mihi cum Michaele Lequienio in Or. christ. l. c. p. 97. incognitum est. Herculis nomen facit, ut in Mygdonia sitam alicubi fuisse putem, forsan prope locum itinerariorum Romanorum *Heracleus Stibus*

(*Herculis vestigium*), inter Thessalonicam atque Apolloniam Mygdoniae, quem locum ego in exponenda via Egnatia illustrabo. Unum ejus praesulem invenit Mich. Lequ. l. c. p. 97. sq. Adde Nos infra in metropoli nostrae urbis Latina, item in urbe Chalcidices *Galatz* illustranda.

9. *Hierissus* s. *mons sanctus*. Urbem nomine *Erissos* in radice montis Atho septentrionali positam invenio apud Cousinerium in tabula Macedoniae geographica. Adde Eundem in itinerario Macedonico Vol. II. p. 150. Apollonia prisco aevo dicta fertur, coll. Mich. Lequ. l. c. pag. 99. 100., qui doctus fata hujus episcopatus breviter tangit, ejusdemque aliquot praesules affert. Memorabilis vero in novella Leonis est usus particulae ἤτοι (*sive*). Num igitur Hierissi nomen in montis Atho nomen abierat? Minime vero. Namque Hierissum vel ultimis seculis occurrere docebo. Immo montem Atho cum monasteriis suis seculorum decursu eam famam nactum puto, ut in episcopatu Hierissensi juxta hunc poneretur, idemque esset, Hierissum memorare et montem Atho. Docet tamen Leonis novella, seculo IX et X montem Atho cum monachis suis subjectum adhuc fuisse episcopo Hierissensi, quod postero tempore mutatum esse paulo inferius narrabo. Jamque idem Michael Lequienius, de Apollonia montis Atho agens, haec habet l. c.: „In laterculo civitatum et locorum, quorum nomina mutata sunt, quae olim *Apollonia*, posthac *Hierissus* dicta fertur. Ἀπολλωνία, ἡ νῦν Ἱέρισσος.“ Addere debebat sequentia laterculi verba: „ἡ πρὸς τῷ Ἄθῳ ὄρει κειμένη“ (ad montem Atho sita). Vide hunc indicem s. laterculum in Notitiis Graecorum episcopatuum, ad calcem Codini de officiis aulae Byzantinae (ed. Paris. p. 404., ed. Ven. p. 347). Hanc ego Apolloniam apud Xenophontem invenio H. Gr. 5, 2, 11.: Ἐξ Ἀκάνθου δὲ καὶ Ἀπολλωνίας (αἵπερ μέγιστα τῶν περὶ Ὄλυνθον πόλεων) πρέσβεις ἀφίκοντο ἐς Λακεδαίμονα. Eam ipsi monti Atho imponit Plinius H. N. 4, 10 (17). Est

vero, secundum tabulam geographicam Cousinerianam, initio montis Atho septentrionali sita urbs Hierissus; neque majorem urbem, quae fuerit Apollonia, in ipso Atho ejusve ora spatium invenisse puto. Eodem vero loco, quo Hierissus, eadem tabula Acanthum collocat, sc. in ora sinus Strymonii: vix recte, si quid video, quamquam praeierunt Herodotus 6, 44. Scymnus v. 645. Pomponius Mela 2, 2, 9. Acanthus enim sinui Singitico, i. e. lateri montis Atho occidentali, assignanda est, monente Strabone (Exc. e libr. VII. §. 16.): *Ὅτι Ἄκανθος πόλις ἐν τῷ Σιγγιτικῷ κόλπῳ ἐστὶν παράλιος, πλησίον τῆς τοῦ Ξέρξου διώρυχος.* ***Portus*** ejus ad sinum Strymonium pertinuit, ut recte veterum dissensum conciliat Mannertus (Geogr. VII. 451.). Et forsan Apollonia fuit is portus s. *ἐπίνειον* Acanthi, ut Apollonias (Apollonia) *ἐπίνειον* Cyrenarum (Strab. XVII, 3, 20. p. 837. ed. Cas.). Tum vero, quum Apollonia cum Acanthiis legatos mitteret ad Lacedaemonios, sui jam status arbitriique esse debebat, non Acanthiorum. Hanc Apolloniam evertit Philippus, coll. Demosthene in Philippica III. pag. 106. ed. Bekk.; de Haloneso pag. 76. Priore loco cum Olyntho et Pallene jungitur, posteriore cum Olyntho. Quando restituta fuerit, me latet. In situ hujus Apolloniae cum Strabone bene consentit Livius 31, 45.: *Inde superato Toronae promontorio, navigantes Acanthum petiere. Ibi primo ager vastatus .. nec ultra progressi.* Vides ex his quoque verum Acanthi situm. Is non in sinu Strymonio quaerendus est. Quodsi vere sic se habuisset, Livius hoc addidisset (id quod non facit), sc. hostes illos promontorium Atho superasse, etc.

Ceterum distingue nostram Apolloniam ab Apollonia Mygdoniae, quae non fuit „*prope ad Olynthum*“, ut loquar cum Xenophonte l. c. Apollonia Mygdoniae, de qua praeter alios agit Scylax cap. 67., prope locum hodiernum *Laregovi* sita fuisse videtur Müllero (Götting. gel. Anz. 1833. p. 1264). Idem Chalcidicae eam assignat. Ultima vix recte.

Apollonia fuit colonia quidem Chalcidicensium Olynthi, neque tamen sita in ipsa Chalcidice. V. Nos in Expositione Viae Egnatiae. Denique Erissum nostram habet quoque Ducas hist. cap. 24.: *Καὶ τὰ τῆς Θεσσαλίας ἄχρι Ἐρισσοῦ καὶ ἁγίου ὄρους.* Ubi seculorum istorum more Macedoniam, cujus Erissus cum monte Atho, Thessaliae nomine inclusam vides. Hierissi fata post initia Turcici imperii in Europa narrat Petrus Belonius (Les observations etc. Paris. 1555. cap. 39.): *Il n'y a pas long temps, que Hierizos n'estoit qu'un grand village; mais depuis huict ans le grand Turc l'a fait enclorre de muraille et fortifier, pour la crainte des Pyrates.* Apolloniadem (Apolloniam) Macedoniae assignat Chronicon Paschale (p. 63. ed. Bonn.): *Μακεδονίας . . Ἀπολλωνιάς.* Significatur, puto, Apollonia Mygdoniae, reliquis notior vel nobilior, non alia Macedonica. Apolloniam quandam prope Olynthum, e meridie montis Chortaeti (Cissi puto), ponit Leakius (Trav. in North. Greece Vol. 3. p. 457.), afferens Hegesandrum Athenaei 8, 3 (immo 11). Ibi tamen sermo est de Apollonia Mygdoniae, a Chalcidensibus (tempore puto Perdiccae Macedonis) prope Bolben condita.

10. *Lite et Rentine.* Attendendum in hoc Novellae Leonis imperatoris loco ad usum particulae *καὶ*, quam ab altera particula *ἤτοι* (*sive*), ibidem aliquoties obvia, ita distingues, ut *ἤτοι* nonnunquam significet, habuisse unum eundemque locum alio tempore aliud nomen, *καὶ* vero, ab altero loco in alterum sedem aliquam episcopalem fuisse quodam tempore transpositam. [55]) Idem de Lita et Rentina statuit Mich. Lequ. l. c. p. 97., ita tamen, ut Rentinae episcopatum in urbem Litam transpositum putet; de quo ego contrariam sententiam foveo. Litae thronum in oppidum Rentinam transpositum puto, Philipporum motus exemplo,

55) Agam de his particulis in Bardariotarum illustratione.

cujus urbis Macedonicae episcopus Gerasimus a. Chr. 1720. hoc titulo memoratur (Mich. Lequ. l. c. p. 69. 70.): *Ὁ Φιλίππων καὶ Δράμας Γεράσιμος.* Philippis enim (incertum quando) eversis (Belon. observ. cap. 58. Melet. geogr. ed. II. Vol. II. p. 406.), episcopatus sedes in vicinam e borea urbem Dramam translata fuit, servato ac praemisso antiquo Philipporum nomine, sc. in honorem urbis olim clarae, a cujus ruinis trium fere horarum spatio separata est Drama (Cousinéry Voyage en Macéd. Vol. II. p. 14.), quae jam Nicetae Choniatae nota fuit in vita Isaacii Angeli III, l. 56) Idem ego de Lita statuo. Eam a veterum Lete non diversam esse video, coll. Suida infra afferendo. Jamque de ea Stephanus Byz. (de urbb. s. v.): *Λητὴ, πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ τοῦ πλησίον ἱδρυμένου Λητοῦς ἱεροῦ, ὡς Θεαγένης Μακεδονικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν, Ληταῖος. Οὕτω γὰρ ἱστορεῖται Νίκαρχος* (l. *Νέαρχος*) *Ληταῖος, τῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ συστρατευσαμένων ὁ διασημότατος.* Harpocratio s. v.: *Λητὴ, Ὑπερίδης κατὰ Δημάδου. Λητὴ πόλις ἐστὶ Μακεδονίας. Μνημονεύει δὲ αὐτῆς πολλάκις Μαρσύας ὁ νεώτερος ἐν ἕκτῃ Μακεδονικῶν.* Scriptionem *Λητὴ* tenet quoque Ptolemaeus geogr. 3, 13.: *Ἀπολλωνία Μυγδονίας .. Λητή.* Aliud medio aevo visum, cujus scriptores per itacismum habent *Λιτή.* Videatur Leonis imp. index supra allatus pag. 56.; Suidas s. v., qui Harpocrationem exscribit, loco Marsyae omisso; Nicephorus Bryennius deinde afferendus. De urbis situ haec habet Pli-

56) De Drama v. quoque Acta S. Germani, abbatis in Cosinitra (Acta SS. ad. 12 Mai. Vol. III.), cap. 12; quae quando scripta sint, ego nondum exputavi. V. tamen Nos in Via Egnatia, ubi sermo erit de Christopolis Neapolisque situ. Dramam habet etiam Benjamin Tudelitanus (qui paulo ante annum 1175 iter suum fecit per Graeciam), sed interpretatione corrupta *Darma.* V. itinerarium ejus ex interpret. Constantini l'Empereur. Lugd. Bat. 1633. 16° p. 39.

nius M. N. 4, 10. (17): *In ora sinus Macedonici oppida Chalastra, et intus Phileros, Lete: medioque flexu litoris Thessalonica.* Diligentiora veteribus scriptor seculi post Chr. duodecimi praestat, sc. Nicephorus Bryennius Caesar histor. 4, 19.: .... *ἐξήει τῆς πόλεως* (Basilacius rebellis brevi ante a. 1081, egressus Thessalonica). *Καταλιπὼν δὲ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἵν' οὕτω λάθῃ τὸν μικροῦ δεῖν ἀλάθητον* (Alexium Comn.), *διὰ τῆς λεγομένης Λίτης διελθὼν, ἐπεὶ πρὸς τὸν ποταμὸν γέγονεν, ὃν Γαλικὸν καλοῦσιν ἐγχώριοι, διαπέρασας τοῦτον ἐγγύς που τοῦ φρουρίου τοῦ Ἀετοῦ καλουμένου, καὶ τὸν ἐκεῖσε ὑπερβὰς αὔλακα* (agrum puto), *ἐχώρει* (ultra progressus est versus Axium) *διὰ τῆς πεδιάδος.* [57]) Ubi memorabilis est vox *λεγομένης*, Litae adjecta. Appellat eam scriptor *sic dictam*, ut oppidum puto obscurum, cujus tum forsan vix vestigia supererant. [58]) Situm vero Litae bene Nicephori locus definit. Fuit inter Gallicum (Echedorum) et Thessalonicam condita, qui fluvius duarum horarum spatio a Thessalonica abest; erat tamen Gallico multo propior quam Thessalonicae, et quidem supra viam publicam, s. Egnatiam. Sic plane jam Ptolemaeus l. c., e cujus notis compendiisque mathematicis, situm Letae notantibus, idem fere consequitur; quamquam Meletius (Geogr. Vol. II. p. 471.) millia XX inter Thessalonicam et Leten interesse statuit. Vix recte. Sunt multo pauciora. Male igitur, quod Letronnius quoque notat in Journal des Savans (1835. p. 80.), Leten Macedonum Cousinerius (Voyage en Macéd. Vol. II. p. 54.) eandem esse putat cum novitia urbe *Soho*, medio inter Thessaloni-

---

57) Praeter hunc Bryennii locum de Lita nil legi post mentionem ejus in indice Leonis; quod secus in Rentina, quacum Litam Leo jungit, coll. sqq.

58) Haud rarum in scriptoribus medii aevi Graecis, urbes quasdam veteri nomine afferre, quarum ruinae memorandae eraut. V. Nos imprimis in Via Egnatia, ubi Maximianopoleos (Mosynopoleos) fata trademus.

cam et Serras spatio posita. Adde Müllerum in censura itinerarii Cousineriani (Götting. gel. Anz. 1833. p. 1263). De porta Thessalonicae Litaea v. Nos infra cap. VII. Novitiam vocis pronuntiationem aperit Meletius in geogr. l. c.: *Λήτη, ἥ τις καὶ Λήτα λέγεται, καὶ κοινῶς τανῦν Λήττα.* Ergo rudera ejus vidisse putandus est Meletius (fine sec. XVII).

Ex hoc igitur oppido, olim non ignobili, coll. ejus numis, postea obscuro et everso, ut videtur, sedes episcopalis (incertum quando) Rentinen transposita est, quod posterius oppidum munitum (*φρούριον*) unius diei itinere a Thessalonica abest (Cantacuz. hist. III, 38.: *Ῥεντίνα, φρούριόν τι Θεσσαλονίκης ἡμέρας ὁδὸν διέχον*), inter Thessalonicam Amphipolimque positum in monte, huic tamen propius, Bolbaeque lacui ab oriente imminens, coll. Cantacuzeno II, 28.: *Ῥεντίνης, φρουρίου τινὸς, ὃ παρὰ τῇ Βόλβῃ λίμνῃ κεῖται ἐπὶ λόφου ἱδρυμένον.* ***Rentine*** dicitur in Novella Leonis, ***Rentina*** apud Cantacuzenum III, 38. 39. 46.; apud Eundem tamen alibi, ut apud Leonem, ***Rentine*** (II, 35). Novitiis Graecis dicitur ***Rendina*** (Melet. l. c. p. 464.) et ***Renthine*** (*Ῥενθίνη*), coll. Mich. Lequ. or. christ. Vol. II. p. 97. 98.; ubi occurrit episcopi simplex titulus (*ὁ Ῥενθίνης*), omissa Lita novellae Leonis Sapientis. Unde plane contra Lequienium id evincitur, quod supra de throno episcopali e Lita Rentinam translato monuimus. Utraque tamen vox (Lite et Rentine) denuo occurrit in subscriptione episcopi Rentinae apud Crusium in Turco-Graecia p. 329.: *Λητῆς καὶ Ῥενδίνης* (sic) *Δαμασκηνὸς* (sec. XVI.). Castellum eodem plane loco, sc. prope oram Bolbes paludis orientalem, nomine ***Rondino***, habent tabulae Turciae geographicae. Adde Paulum Lucam in itinerario (Amstelod. 1720. Vol. I. p. 43.), apud quem est ***Rondine***. Sed ***Roenthene*** (sic et ***Rendine*** audit Cousinerio (itiner. Maced. Vol. I. p. 118.), locumque veteris Bromisci occupare putat doctus Franco-Gallus; Me-

letius (geogr. l. c. p. 464.) locum Arethusae. Sclavinos *Runchinos*, de quibus egi in Dissert. hist. p. 63., eidem loco assignari posse, infra demonstrabo in agri Thessalonicensis illustratione. Ceterum locus *Rentina* occurrit quoque in Thessalia, apud superiorem Sperchei (Helladae) alveum, coll. Tab. geogr. Lapie.

In fine hujus expositionis non incongruum esse puto, pauca adjicere de Damasceno Crusii supra memorato. Fuitne hic ille Damascenus hypodiaconus Studites Thessalonicensis, cujus homiliae lingua Graecorum vulgari Venetiis prodierunt anno 1603? Hujus libri rarioris, quem asservat bibliotheca Monacensis aulica, titulus est: *Βιβλίον, ὀνομαζόμενον Θησαυρὸς, ὅπερ συνεγράψατο ὁ ἐν μοναχοῖς Δαμασκηνὸς, ὁ ὑποδιάκονος καὶ Στουδίτης, ὁ Θεσσαλονικεύς . . . Τὸ παρὸν τετύπωται Βενετίησιν παρὰ Ἀντωνίῳ τῷ Πινέλῳ . . ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰῦ Χῦ αχγ'* (1603). Legi hunc totum librum, et paginas, quibus carebat, foliis adjeci. Eum primus puto citat Leunclavius in Pandectis Turcicis cap. 120., ubi sermo est de Moreae nominis origine. Damasceni locus de Morea (apud ipsum legitur genitivus *τοῦ Μωρέως*) est in editione citata (Veneta) p. 486. homil. 33., non 53., ut habet Fallmerayerus Noster in libro eximio: *Entstehung der heutigen Griechen* p. 100. Hunc oratorem secúlo XVI, vix XV, assignaverim. Namque (ut pauca de multis memorem) pag. 205., ubi memorat imperium Nicephori Phocae (a. 963—969.), affert invasiones Bulgarorum, *Ungarorum*, Scytharum, Medorum, *Turcarum* (quis vero istius aevi scriptor *Ungaros* et *Turcas* distinxit? *Ungari* eo tempore apud Byzantinos scriptores dicebantur *Turcae*). In historia cujusdam Sancti praefectum praetorio in urbe Roma dicit „*τουρκικώτερα Γιανιτζαράγαν*“ (p. 259). Utitur quoque novitia aera Christiana, coll. pag. 501., ubi *anno CCC* post Christum natum imperatorem fuisse narrat Maximianum Herculium. Pag. 504.

Nestorem, S. Demetrii discipulum atque athletam, dicit *παλικάριον*. Pag. 506. habet *Μεγαλοβλαχίαν*. Pag. 507. regnum Turcicum dicit *ἀνατολὴν* (i. e. novitium *Levant*). Sarazeni, qui a. 904. Thessalonicam ceperunt, illi audiunt modo *Agareni*, modo *Turcae* (p. 513.). Ad hunc vocis Turcarum usum vide Eundem p. 506. In aetate Damasceni a me definita mecum (spero) consentient ultimae Graecitatis peritiores. Damascenum vero quendam, Rhendinae metropolitam, ad annum 1564 deprehendo ap. Crusium in Turco-Graecia p. 174., ubi subscripsit suo nomine et metropolitae Serviorum. Alia v. apud Mich. Lequ. in Oriente Christiano Vol. II. p. 97. Eodemque aevo iterum Damascenus occurrit, sc. Demonici et Elassonis in Thessalia archiepiscopus (Crus. Turco-Gr. lib. 4. p. 327.).

11. *Bardariotae* sive *Turcae*. De his Thessalonicae nostrae dioecesanis liceat jam nunc paulo mihi longius exspatiari. In Leoniano indice difficillimus est sensus particulae *ἤτοι*, quae veteribus, poetis praesertim, fuit *vel*; medio aevo fuisse videtur idem quod *sive*. Verum (ut pauca e multis observem) quis urbem Hierissum eandem fuisse putabit cum monte sancto (Atho); Glabinitzam Illyriae eandem cum Acroceraunïis (Novella Leonis l. c.: *ὁ Γλαβινίτζας ἤτοι Ἀκροκεραυνίας*); Traianopolin Thraciae eandem cum Didymoticho (Andronici index episcopatuum, in Imperio Orientali libro 8. p. 195. ed. Ven.)? Particula *ἤτοι* isto aevo tum haud raro adhibita fuisse videtur, ubi sedes episcopalis ab alia urbe in aliam transposita erat, servato tamen simul nomine urbis antiquioris, in hujus puto honorem. Quare haec particula eum sensum habet, ut idem *episcopatus* (non eadem urbs) duplex nomen habuisse videatur, vetus et novitium, ubi sedes episcopatus translata erat ex altera in alteram; quod plane apparet ex Andronicïani indicis loco modo allato de Traianopoli. Sic *ἤτοι* idem erit quod particula *καὶ* in eodem indice Leonis Sap. supra allato, ubi occurrit

ὁ Λιτῆς καὶ Ῥεντίνης (episcopus). [59]) Sc. Lite fere evanuerat; quare episcopatus Rentinam transferebatur. Sic legitur episcopus Φιλίππων καὶ Δράμας (i. e. solius Dramae), de quo videndus Michael Lequien in Oriente christ. Vol. II. p. 69. 70. Alia exempla praestat Crusius in Turcograecia p. 172. sqq.

Ergo Bardariotae Turcaeque Leonis imperatoris diversi sunt? Primo equidem aspectu vix hoc crediderim. Namque parum probabile videtur, duas nationes eodem episcopatu comprehensas fuisse. Deinde particula ἤτοι medio aevo haud raro etiam idem valuisse mihi persuasum est, quod *sive* sensu vetere; id quod ii quandoque monstrabunt, qui in istas partes Novellae Leonianae inquirent, quas citavi in nota. Postremo quaedam nationes apud Byzantinos haud raro variis nominibus insigniuntur, e. g. Serbi (Triballi), Bulgari (Moesi, Pannonii), Hungari (Turcae), Cumani (Patzinacitae, Petschenegri), Turcae (Persae) etc.

Oppones, tales episcopatuum Indices non opus habere notitiis doctis, quod secus in annalium auctoribus, qui legentium ornatusque causa multa addunt, per se abundantia.

Sed primo videamus de Bardariotis, qui non semel tantum occurrunt in historiae Byzantinae monumentis. Erant in palatio Constantinopolitano cum Cortinariis satellites, primicerio subditi, coll. Georgio Pachymere in Michaele Palaeologo 4, 29 (ad annum 1271): Βαρδαριώτας (sic) καὶ Κορτιναρίους. Addo antiquiorem scriptorem, Georgium Acropolitam (hist. cap. 64.), ubi in castris imperatoris Nicaeni occurrunt Bardariotarum satellitum tentoria; unde simul cogno-

---

59) Alia exempla hujus usus particulae ἤτοι praebet idem Leonis index §. 2. 7. 10. 21. 22. 43. 56. Ubi tamen alii de una eademque urbe cogitabunt, quae sit antiquo nomine et novitio vocata. Sic plane in indice Andronici l. c. verba Χριστόπολις ἤτοι Καβάλλα (Cavala) eandem urbem significant, sc. Cavalam.

scitur, capta a. 1204 Cpoli Bardariotas cum Lascaridis Nicaeam concessisse. Jam vero Codinus (sec. XV) de officiis aulae Cpolitanae 4, 51.: . . *Οἱ δὲ Βαρδαριῶται εἰς τὴν τῆς αὐλῆς θύραν* . . (stationem habent). Idem ibidem 53.: *Τοιαῦτα ἐνδύματα ἐρυθρὰ* [60]) *ἐνδύονται μὲν καὶ οἱ Βαρδαριῶται* . . *ἐπὶ κεφαλῆς δὲ Περσικὸν φόρεμα, Ἀγγουρωτὰν* (cucurbitinum) *ὀνομαζόμενον.* Idem ibid. 54.: *Τούτους πάλαι, Πέρσας κατὰ γένος ὄντας, ὁ βασιλεὺς* (Theophilus, Michaelis filius, a. 829—842.) *μετοικίσας ἐκεῖθεν εἰς τὸ* (l. *τὸν*) *Βαρδάριον ἐκάθισε ποταμὸν, ἀφ' οὗ καὶ Βαρδαριῶται καλοῦνται.* Idem ibidem 7, 13. (de mensa epulisque imperatoris Byzantini): *Μετὰ γοῦν τὸ πάντας τοῦ παλατίου πολυχρονίσαι κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν, μέχρι καὶ τῶν Βαρδαριωτῶν κατὰ τὴν πάτριον καὶ τούτων φωνὴν, ἤτοι Περσιστὶ, εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται, καὶ πολυχρονίζουσι ψάλλοντες, καὶ μετ' αὐτὸ τὸ κοντάκιον· ἡ παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει, καὶ πάλιν τὸ πολυχρόνιον* (multos annos imperatori).

Igitur *Persae* hi Bardariotae esse videntur? Suadere videntur loci Codiniani; quibus accedit major quaedam aucto-

---

60) Nicetas in Alexio, Manuelis filio, cap. 18. p. 354: *Δαδιβρηνὸν Θεοδώρου, προεστῶτος τῶν ῥαβδοφόρων.* Ubi codex Augustanus: *Ὁ τοὺς βαρβαριώτας* (l. *Βαρδαριώτας*) *κρατῶν.* Idem Nicetas in Andronico Comneno 2, 10: *Οὐχ οἱ τὰ ὑσγινοβαφῆ φοροῦντες ῥαβδοῦχοι.* Pro his glossa ejusdem codicis: *Οὐ βαρδαριώτης.* Non antiquius novi antiquitatis testimonium de Bardariotarum aulico ministerio, quam hos Nicetae locos, qui vel absque glossa Augustana de iis intelligendi erant. Horum hominum partem, cum uxoribus puto et liberis, Byzantinus quidam ignotusque nobis imperator Cpolin transtulerat, ut diu post Tzaconum Moreoticorum partem Michael Palaeologus (Georg. Pachymeres in Michaele Palaeologo 4, 26., coll. Nicephoro Gregora 4, 5.). Tzaconum vero ministerium nauticum erat Cpoli, Bardariotarum mere aulicum. Tzacones Cpolin primo venere a. 1269.

ritas, Leo Grammaticus, Codino multo antiquior, qui in Theophilo haec habet (ed. Paris. p. 450., ed. Ven. p. 358): *Τούτῳ προσέφυγεν Θεόφοβος Πέρσης ἅμα τῷ πατρὶ αὐτοῦ μετὰ Περσῶν χιλιάδων τεσσαρεσκαίδεκα, οὓς διένειμεν οὗτος ἐν τοῖς θέμασι κατασκηνώσας, καὶ εἰς τούρμας ἀποκαταστήσας· οἳ μέχρι τοῦ νῦν λέγονται τούρμαι Περσῶν.*[61]) Vixit hic scriptor seculo decimo (*Hanke*, de Byzantinarum rerum scriptoribus graecis. Lips. 1677. p. 678.), Leoni addo Incertum Constantini Porphyrogeniti continuatorem (Scriptores post Theophanem ed. Paris. p. 77.): *Ὅθεν ἄχρις ἡμῶν τὴν προσηγορίαν Περσῶν αἱ τῶν θεμάτων τούρμαι κεκλήρωνται, ἐφ' οἷς διεσπάρησαν.* Vixit et hic scriptor seculo X., qui verba facit de eadem plane re, quam narravit Leo Grammaticus (uterque scriptor vixit eodem seculo, quo Leo Sapiens imp., qui mortuus est a. 912.). Neuter vero *Turcis* utitur pro *Persis;* immo uterque in sua Theophili historia Turcas Persasque distinguit, ut diu ante Theophylactus Simocatta hist. 3, 6. 5, 10. (ad Mauricii imperium).

---

61) Horum Persarum, qui primo in urbe Sinope consederant, triginta millia in regnum Graecorum recepta esse refert Incertus Constantini Porphyrogeniti continuator in Theophilo (Scriptores post Theophanem ed. Paris. pag. 77.; ed. Ven. p. 57). Neque aliter Iosephus Genesius regum libro 3. p. 59. ed. Bonn. Bina millia in singula themata s. provincias divisa esse dicuntur (Ios. Genesius atque Incertus ibid.). Parvum Leonis Grammatici numerum (14,000) sequitur quoque Symeon Magister in Theophilo (Script. post Theoph. ed. Paris. p. 415.; ed. Ven. p. 312). Zonaras (hist. 15, 29.) habet 13,000. Ceterum regni Graecorum provinciae XV e majori numero (30,000) consequuntur. Verum seculo X., cujus sunt hi scriptores, Graecorum imperium in sola Asia habuit provincias XV., in Europa XII., coll. Constantino Porphyrogenito de Them. libr. I. II. Seculo IX., i. e. Theophili imp. aevo, arctiores Graeci imperii fines fuisse existimo.

Reliqui quoque rerum Theophilinarum scriptores Persas illos, a Graecis in fidem receptos, a Turcis, Arabum sociis, distinguunt. Vide, si tanti est, Genesium l. c. p. 68. 69. ed. Bonn. Ergo stabit Codini testimonium, qui Bardariotas dicit Persas.

Venio ad posteriorem indicis Leoniani gentem, Turcas. Hos cum Cumanis, in Hungariam, ut volunt, post Magyaros delatis, vel cum Magyaris quidam unos eosdemque esse putabunt.

Missa nunc quaestione de ratione, quae intercedere videtur inter *Cumanos Magyarosque*, toti erimus in explananda ipsa Turcarum voce et gente, quos cum Bardariotis Macedonicis jungit index Leonis imperatoris. Et primo quidem in medio historiae Byzantinae stadio, sc. Comnenico, *Turci* sunt iidem, qui *Hungari* (Magyari). Cedrenus p. 596. ed. Paris. p. 467. ed. Ven.: *Τοὺς Τούρκους ... Οὔγγρους καλουμένους* (*Turcos ... Ungros dictos*). Zonaras annal. 16, 27.: *Τῶν δὲ Τούρκων, τῶν Οὔγγρων δηλαδή*. Loquitur uterque de foedere, quod Leo Sapiens, *Novellae nostrae auctor*, cum Magyaris contra Bulgaros pepigit anno Christi 888., coll. Thunmanno in libro eximio: *Untersuchungen über die Geschichte der östl. europ. Völker*. T. I. p. 149. Adde Theodor. Gazam de origine Turcarum (Leonis Allatii Symmicta p. 123. ed. Ven.). Hosque Turcos eosdem esse, qui dehinc Magyari (Megeri apud Constantinum Porphyrogenitum) dicebantur, ex historia hujus nationis patet, quam dedit Constantinus Porphyrogenitus de administr. cap. 40., coll. 51. Deinde simile nomen *Bardanius* (sic, non *Bardarius*) occurrit in historia Byzantina, conjunctum cum nomine *Τοῦρκος*, coll. Josepho Genesio lib. 1. (de imperio Leonis Amalecitae) p. 3. ed. Ven: *Βαρδανίῳ τῷ πατρικίῳ, ᾧ Τοῦρκος ἐπίκλην*. Huic Bardanii nomini adde nomina similis soni *Bardas*, *Bardanes*, in eodem historiae Byzantinae stadio frequentia;

quanquam hae voces magis Turco-Persice sonant, quam Magyarice.

Persis (Bardariotis) Codini illustratis, ex me quaeres, quinam vere Leonis Turci fuerint? Ei, qui utrumque Novellae Leonianae populum distinguendum putat, aut erunt captivi quidam Turcarum apud Genesium et reliquos post Theophanem scriptores, i. e. Asiani, qui cum Persis ibidem junguntur; aut erunt Europaei, sponte descendentes in Graeciam e terra boreali (Hungrica, i. e. Turcica), incertum, quando. Nec magis certum, sintne Hungariae incolis ante Magyarorum ibi adventum (a. 889), an ipsis Magyaris adnumerandi? Hoc vero, sc. Hungaros fuisse, liquere videtur e vi nominis Turcici in illo rerum Byzantinarum stadio. Sed habeo alium testem, Luitprandum episcopum in legatione Ottonis ad Nicephorum Phocam, Graecorum imperatorem (Muratori script. rer. Ital. Vol. II. p. 485.; ad calcem Leonis Diaconi ex edit. Bonn. p. 365): *Cum obsideretis* (Ottones) *Bareas, trecenti tantummodo Ungari juxta Thessalonicam quingentos Graecos comprehenderunt, et in Ungariam duxerunt. Quae res, quia prospere successit, compulit ducentos Ungariorum, haud longe Constantinopoli in Macedonia similiter facere. Ex quibus, cum incaute per angustam redirent viam, quadraginta sunt capti; quos nunc Nicephorus, de custodia eductos, pretiosissimisque vestibus ornatos, patronos sibi et defensores parat, secum in Assyriam ducens.* Cum his Bardariotas in aulico ministerio junctos putabis, incertum, quando. Namque Bardariotarum ut satellitum aulicorum mentio non ante finem seculi XII. mihi occurrit, coll. iis, quae exposuimus supra p. 72. not. 60. Quare juncti sint, non magis liquet. Propter stirpium quandam affinitatem hoc factum putabis.

Quo anno Nicephorus Phocas, qui regnare coepit a. 963., hos satellites Magyaros suae personae admoverit, e Luit-

prando satis apparet. Evenit hoc neque anno 962., ut falso opinatur illustris comes de *Mailath* in histor. Magyarica Vol. I. (Vindobonae 1828. Vol. I. p. 24.); neque a. 969, ut narrat Lupus Protosospatha in Chronico (Muratori scriptt. rer. Ital. Vol. 5. p. 40.): *Anno* 969. *introivit Otho rex in Apuliam, mense Martii, et obsedit civitatem Barii irrito conatu.* Immo anno 968. debetur irrita Barii in Apulia per Ottonem obsidio, eodemque anno Luitprandum legationem suam Byzantinam obiisse constat, coll. viro doctissimo Vehse (Das Leben und die Zeiten Kaisers Otto des Grossen. Dresd. 1829. p. 536. not.). In eundem igitur annum vel paulo post ministerium illud aulicum Hungarorum incidit, quod alibi non memoratum video.

Cum *Cumanis* Turcas (Bardariotas) nostros alii eosdem esse suspicabuntur. Male, si quid video. Turcae Leonis multo sunt antiquiores Cumanis. Verum redeo ad *Magyaros.*

Prima Bardariotarum (Turcorum) in rebus Graecorum mentio occurrit apud Leonem (a. 886 - 912.). Quaeres, num is ipse imperator eos in Macedoniam veteris sensus receperit, an aliquis antecessorum? Leo cum *Magyaris*, qui anno 889 in Hungariam immigrasse dicuntur, foedus habuit, paulo ante, sc. a. 888., initum (Leonis tactica. Ed. Meurs. p. 283. Cedren. p. 506. ed. Paris.; p. 467. ed. Ven. Zonaras hist. 16, 12.); deinde etiam bello ab illis petitus fuit (Engel. Gesch. v. Ungarn T. I. p. 347.). Hinc fieri potuit, ut captivos eorum nactus, eos in Macedonia juxta Bardariotas collocaret. Verum liberi Magyari nondum eo tempore christiani erant; quod secus in Bardariotis et Turcis imperatoris Leonis, quos Thessalonicensi metropolitae subiectos vidimus. Unde aliquamdiu ante Leonis imperium in regno Graecorum sedere debebant; id quod ad tempus paulo antiquius nos remittit, forsan Theophili (a. 829—842) imperium. Eo regnante pugna commissa dicitur

inter Graecos Turcosque (Magyaros) in sinistro litore Danubii inferioris. Fuerant enim satis diu antea Graecorum Hadrianopolitanorum multa millia a Chrumo Bulgaro ad ripam ejus fluvii sinistram abacta, ubi duce quodam populari, Cordyle, agebant, Bulgaris subditi. Temporis decursu, patriae prioris desiderio acti, eam repetere conabantur. Quo cognito, Bulgari, eorum domini, Turcos (Magyaros), qui e septentrione horum Graecorum Istrianorum in hodierna Valachia vel Moldavia tum habitabant, adversus abiturientes evocant. Fiunt proelia Graecorum cum Turcis. Hi fugantur. Graeci, classe Byzantina e Danubio avecti, in patriam evadunt, manum forsan Turcorum (Magyarorum) captorum secum ducentes. Acta haec omnia Theophilo regnante, de quibus videndus Leo Grammaticus in Michaele p. 364. sq. ed. Ven. (p. 458. sq. ed. Paris.).

Aliam Turcorum nostrorum s. Magyarorum manum in regno Graecorum apud Achridem (Lychnidum) invenire mihi videor, Illyrici orientalis civitatem satis claram, paludemque Lychnitida, et quidem seculo undecimo. Anna Comnena libro IV. (p. 109. ed. Paris. p. 88. ed. Ven.): *Τῶν περὶ τὴν Ἀχριδῶν* (sc. *πόλιν*) *οἰκούντων Τούρκων.* Horum dux erat Taticius, patre et gente Sarazenus (Anna l. c.); unde tamen conjicere nolis, milites ejus Sarazenos vel Turcos Asianos sensu nunc vulgari fuisse, quorum nomine passim jam utitur Anna Comnena. Certe hi Turci Achridenses non poterant iidem esse ac Persae illi, a Theophilo in provincias regni sui distributi. Tum enim (a. 829–841) Achris cum Illyrico aliis parebat, quam Graecis, qui istas regiones initio demum seculi undecimi per Basilium imp., cognomine Bulgaroctonum, recuperarunt. Auxiliares vero Asiani, a Sultano transmissi Graecorum imperatori Alexio I. (Anna libro 5. p. 137. ed. Paris., p. 110. ed. Ven.), erant Turci sensu vulgari; Turci Achridenses pridem ibi, sc. in Illyrico orien-

tali, sedebant;[62]) Turci vero seculi X (Magyari) a Sarazenis, Atticam Graeciamque e parte maritima vastantibus, satis distinguuntur in vita S. Lucae junioris §. 52. (AA. SS. ad Februar. T. II. p. 95. sqq.): *Turcarum gente incursante Atticam* (propter hos Sanctus in insulam quandam propinquam fugit).[63]) Sarazeni, Atticam oram simul infestantes, ibidem dicuntur *Agareni*, item *Ismaëlitae* (Sarazeni). Turci vero S. Lucae fuere non alii quam Magyari, isto seculo tum aliis terris, tum Graeciae infesti. Ergo Turcos Achridenses ac Thessalonicenses eidem Ungrorum genti assignabis. Ungri vero a Luitprando memorati Turcarum Macedonicorum populares esse poterant, ex Hungaria sua in regnum Graecorum tum, ut alias, irrumpentes; quod non semper bene illis cessisse testatur idem Luitprandus, qui nobis initium ministerii Ungrorum aulici apud imperatores Byzantinos primus aperit.

Et haec fere argumenta esse videntur, quae nos permovere possint ad discernendos Novellae Leonianae Bardariotas a Turcis. Nihilominus alia se nobis offerunt, quae faciunt, *ut Bardariotas Turcasque* (et quidem sensu proprio) *eosdem esse putemus.* In his primum locum obtinet usus particulae ἤτοι perquam ambiguus locis supra allatis. Accedit veterum silentium de Magyaris ad fluvium Axium (Bardarium) transpositis. Macedoniam quidem cum Graecia seculo X depraedabantur, nec tamen habitabant; parva eorum manus Con-

---

62) Quodsi hos Turcos Achridenses cum nostris Turcis (Bardariotis) cognatos esse putas, eos debellata demum Bulgaria (sec. XI. init.) ex alia Graeci regni parte istuc transpositos fuisse statues.

63) De his Turcis (Ungro-Magyaris) intelligo nomen paludis Boeoticae, sc. Οὐγγροκλίμνη, quod habet chrysobullium Alexii I. Comneni. Istam paludem modo dictus imperator monachis τῆς Μεταμορφώσεως in monte Sagmata (Hypato) donavit. V. Abhandlungen der philosophisch-philologischen Klasse der kön. bayerischen Akademie der Wissenschaften. Vol. II. Monachii 1837. p. 154 seq.

stantinopolin abducta est eodem tempore. Turcae vero Novellae Leonianae integro seculo his antiquiores sunt, atque inter Macedoniae incolas recensentur.

Quid multa? Novellae Leonianae verba ἤτοι etc. glossam redolent, quae seculo IX vel X tribui non potest, coll. iis, quae supra monui de Persarum (et hi fuere Bardariotae secundum Codinum) Turcarumque discrimine apud scriptores seculorum VII—X. Est tamen haec glossa melioris notae interpretamentum, licet diu post Leonem textui intrusum; quod ex sequentibus apparebit.

Habemus revera Bardariotarum Turcarumque nomine unam nationem Macedonicam, non duas. Videatur Innocentius III. Papa Romanus epistolarum libro 15, 18. (ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. II. p. 607.): *Ad haec ipsi Thessalonicensi metropoli suam confirmamus provinciam, in quo* (l. *qua*) *subscriptos episcopatus specialiter nominibus duximus exprimendos, videlicet: Citrensem, Beriensem* (Berroeensem), *Vardariensem, Serviensem, Platamonensem, Langardensem* (Langadensem), *Adrameriensem* (Ardameriensem), *Nerisiensem* (Hierissiensem) *et Cassandrensem.* Hic index, tertio fere post Leonis imperium seculo scriptus tum, cum Latini imperium Byzantinum tenerent (ab a. 1204), Leonianum indicem fere repetit, *nil tamen additamenti habet ut Leonianus, et Vardariensem quoque episcopatum nude memorat.* Quod solum mihi documento est, Bardariotas Leonis a Turcis non diversos esse putandos.

Verum sententiam meam maxime confirmat Pouquevillii doctissimi auctoritas, qui Bardariotas Macedonicos, veterum posteros, in Macedonia ipse visitavit. Ergo vir eximius in Voyage de la Grèce. Ed. II. Vol. III. p. 74 sqq.: „Je venais de faire des conquêtes géographiques en explorant un pays nouveau pour la science, et en retrouvant au milieu de la poussière de quelques villes anciennes, les Guèbres

Bardariotes, qui sont établis dans la Macédoine depuis le huitième siècle de notre ère,[64]) et je m'éloignai en méditant d'autres découvertes. Plein d'espérances, je revins jusqu'au pont de *Smighi*, d'où je marchai pendant quatre lieues en suivant la base verdoyante du mont Bermius, jusqu'au bourg de *Bogotziko*, où nous nous refugiâmes aux approches d'un orage, qui commençait à éclater. J'appris *des habitants, qui sont d'origine Bardariote*, mais restés chrétiens, que de père en fils tous sont maçons, exerçant leur métier à Constantinople et das les principales villes de l'empire, où ils sont parfois appelés en vertu d'ordres supérieurs, comme les souterrazzis de la Londgiaria." Idem ibidem in nota p. 75.: „On serait, d'après cela, embarassé d'expliquer comment ces trente mille Guèbres, qui avaient pour évêque le prélat de *Poliana* (aujourd'hui *Cogliana*, ville ruinée voisine de Cara-Verria), suffragant de Thessalonique (Oriens Christianus), *parlaient le turc tatare, puisque j'ai vu des fragments des évangiles traduits dans cette langue pour leur usage*, lorsqu'ils étaient chrétiens? Mais cela s'explique: la langue des Sassanides, dont ils descendaient, était le pehlvi, je le sais: mais Codin (p. 56.) dit que les Bardariotes adressaient leur félicitations a l'empereur *en langue turque*, ou bien en *persan*." Idem ibidem: „Ne pourrait-on dire plus raisonnablement encore que ces 30,000 guerriers provenaient des tribus turcomanes, qui, tout en adoptant le culte du feu et la religion des Perses, pouvaient cependant avoir conservé leur langue; car les mots *Πέρσαι*, *Περσιστὶ*, *Ἀραβιστὶ*, *Τουρκιστὶ* sont synonymes pour les Byzantins, qui ont écrit sans critique ni discernement?"

Persas et Turcas a Byzantinis scriptoribus seculorum VII—X vere discretos fuisse, supra monuimus. Arabesne

---

64) Affert in nota quosdam Byzantinorum locos de Bardariotis, a nobis quoque supra cum aliis allatos.

(Sarazeni) cum Persis Turcisque confusi ab iis fuerint, exponere hoc loco non licet. [65]) Sed concedo Pouquevillio doctissimo, aevo Comnenorum et sequentibus usque ad captam a Turcis Constantinopolin modo Turcas [66]) occurrere, modo Persas, ubi sermo est *de solis Turcis hodiernis* s. *Osmanis*. Inspice Annam, Eustathium, Nicetam, Acropolitam, Pachymerem, Gregoram, Cantacuzenum, ut alios omittam. Puriorem sermonem sectantes scribebant *Persae*, vulgarem *Turcae*.

Quod vero Pouquevillius de Bardariotis habet ut Turcomanis (Turcis), id unice verum est. Testantur hoc evangelia illorum Christianorum in linguam Turco-Tataricam conversa. Jam videbis, quam vera sit glossa illa Novellae Leonianae (ἤτοι Τοῦρκοι). Erant *Turcae stirpe, religione Christiani, sede Macedones* s. *Bardariotae*, a Theophilo imp. istuc transpositi. Ergo ἤτοι revera erit *sive*.

Sed Persas et Turcas discernunt scriptores Leoni imp. coaevi, nostrosque Bardariotas vocant Persas. Scio equidem. Persas illi scriptores eosdem puto dixere, qui prisco aevo Parthi vocabantur, a veteribus Persis discernendos, Scythas ex Asia boreali in Persidem delatos, et Persarum in regno ipsoque nomine successores. Anonymi apud Chalcondylam I. p. 5. ed. Paris.: *Ἔνιοι δὲ Πάρθων ἀπογόνους Τούρκους φασὶν εἶναι.* Ab his Turcas historia Byzantinorum coaeva non raro distinguit ut hostes. Recte. Turcae enim ut liberi nomades, velut cognati Curdi, [67]) agebant, modo his, modo

---

65) Damascenus l. c. p. 515. Arabas, qui a. 904. Thessalonicam cepere, Turcas dicit, ubi verba facit de S. Demetrio, Thessalonicensium Rossorumque patrono.

66) Antiquissimus aevi Comnenici scriptor, Theophylactus, Bulgariae archiepiscopus, Turcas memorat pro Persis epist. 26 (Opp. ed. Ven. T. III. p. 661).

67) De Curdis Turcisque cognatis vide quoque Theodorum Gazam in Origg. Turc. (Leonis Allatii Symmicta pag. 121. ed. Ven.).

illis operam suam vendentes, saepius vero praedantes. Unde tamen non consequitur, stirpe diversos fuisse ab iis, qui seculo IX Persae vocabantur. Immo id ipsum, quod de lingua Turco-Tatarica Persarum Bardariotarum Pouquevillius tradit, coll. additamento Leoniano ἤτοι Τούρκων, claro testimonio est, Persas illos, seculo IX in regnum Graecorum receptos, non minus Turcas stirpe fuisse, quam Turcas tum proprie dictos.

Persae (Turcae) illi num jam tum Christiani fuerint, cum in regnum Graecorum reciperentur, necne, e scriptoribus Graecorum non liquet. Prius tamen mihi probabile est. Eorum certe dux Theophobus (nomen viri pristinum s. Asiaticum ignoro) in aula Byzantina educatus Christianusque fuit; et Theophilus imp. Persarum genti libera cum Graecis connubia (ἐπιγαμίαν) concessit (Constantini Porphyrogeniti continuator cap. 21., in Scriptt. post Theophanem p. 70. ed. Paris.); quod non aliter fieri potuit, quam si Persarum quaedam copia tum Christi signa sequebatur. Utut statuas, fine ejusdem seculi, quo in regnum Graecorum transierant, Christiani fuere ii Persae, qui in Macedoniam recepti fuerant, coll. Novella Leonis. De reliquis illorum receptorum eorumque posteris nil proditum legi.

Nomen suum Bardariotae a fluvio Bardario accepisse videntur, quam Codini reliquorumque Graecorum sententiam fuisse nullus dubito. Poterant tamen fluvio ipsi ex se nomen dare, quod certe nec Slavice sonat, nec Bulgarice. Quid? quod Turcicam fluvii etymologiam Hadschi Chalfa prodit in Rum. et Bosnia p. 87. Adde Nos in Axii illustratione. Deinde non unus tantum Turciae fluvius ab accolis nomen accepit; ut Strymon (*Struma* bulgarice) Turcis modo est flumen *Marmar*, ab oppido quodam medii aevi Marmario, modo flumen *Orfan*, ab oppido Orfano; neque aliter veterum lacus Cercine nunc audit *Takinos*, a pago vicino Takinos. Sed de his alibi agam.

Postremo hoc mihi certum esse videtur, Persas s. Turcas Theophili imperatoris ad ipsum Axium (Bardarium) initio translatos fuisse. Hinc forsan originem traxit Turcicum oppidum *Jenidsche-Vardar*, inferiori Bardario vicinum (Hadschi Chalfa l. c. p. 85.) [68]) De superiore Bardario, vel etiam medio, nolis cogitare, ut sede pristina advenarum. Namque seculo IX ista Macedoniae pars Bulgarica fuit, non Graeca. Nunc ex occidente Bardarii, procul ab hoc flumine, habitant, in oppido *Bogotzico*, ad Haliacmonem (Pouquev. Vol. III. p. 74.); [69]) item in oppido *Anaselitza*, e meridie Bogotzici (Pouquev. Vol. II. p. 509.), et in pagis quibusdam ex occidente et septentrione urbis Castoriae (Pouquev. Vol. III. p. 27.). Qui prope Castoriam versantur, nunc sunt Turcae religione (Pouquev. T. III. l. c. p. 27.), seculo forsan XV. a sacris Christianis vi aversi.

Urbs eorum episcopalis *Poliana* fuit, hodie, ut Pouquevillio videtur (Vol. III. p. 75. not.), *Cogliana*, nunc eversa (Tab. geogr. Lap.), prope ad Haliacmonem, e septentrione. Indices episcopales Leonis Sap. atque Innocentii III. idem suadent, si ad ordinem episcopatuum Thessalonicensium diligentius attenderis, quo in indice utroque enumerantur. Ad seculum XVI Martinus Crusius in Turco-Graecia habet episcopum, qui se subscripsit *ἐπίσκοπος Πολεανίνης καὶ Βαρδιω-*

---

68) Idem Turcicus scriptor Bardarium inde ab urbe *Jenidsche-Vardar* majorem fieri narrat. Ergo vix eadem esse poterit haec urbs cum turcica urbe *Jenidsche* (*Neapoli* dixeris), prope ad Ludiae lacum (e septentrione ruderum Pellae), quae eodem nomine jam ad annum 1430 apud Jo. Anagnostam occurrit (narratione Turc. c. 20.). Unde simul intelligitur, Turcas jam ante suam Thessalonicae expugnationem in Macedonia sedisse, cujus partes quasdam jam fine seculi antecedentis ab iis occupatas fuisse puto.

69) Alibi (Vol. II. pag. 391.) Pouquevillius eos nunc ad Axium habitare dicit, nil documenti afferens.

ριτῶν, ubi *Πολιάνης* legendum et *Βαρδαριωτῶν*, coll. eodem Crusio p. 287., ubi alia subscriptio bene sic se habet: *ὁ Πολιάνης Γεράσιμος*. Eadem subscriptio iterum occurrit p. 338. Sed autographo inscriptum erat: *Ἐπισκοπὴ Θεσσαλονίκης, Πωλεανίνη.*[70])

Quando Poliana destructa fuerit, non constat. Quod enim Crusius eam memorat, inde non consequitur, Polianam sec. XVI superstitem fuisse. Poliana nomen veteris urbis episcopalis, ut in aliis medii aevi monumentis, significare potest. Quid? quod diu ante (seculo XI) illa regio pessime habita est a Normannis cruciatis, qui anno 1097 per regnum Graecorum proficiscebantur, terram Sanctam petentes. Ii prope Castoriam, et quidem ex oriente ejus et meridie, castrum haereticorum, in Pelagonia situm (quae usque ad Haliacmonem patuit aevo medio), igni ferroque everterunt, de quo praeter alia scripta videantur Gesta peregrinantium Francorum cap. 4. (Gesta Dei per Francos. Ed. Bongars.). Verum in hoc ut in alia hujus dissertationis capita ii diligentius inquirent, qui istam quandoque Macedoniae partem veteris et mediae geographiae gratia adibunt.

Bardariotarum episcopatum non affert Cousineryus in itinere Macedonico Vol. I. p. 48., solos potiores puto memorans, non omnes Thessalonicensis praesulis suffraganeos.

In historia diöceseos Thessalonicensis[71]) illustranda venio ad initium seculi XIII., sive aevum Latinorum in

---

70) Pagum quendam *Poliana* ad medium Axium invenio, qui tamen alienus est a nostra tractatione.

71) Thessalonicensis ecclesiae momentum sec. XIII. testatur Innocentius III. papa Romanus epist. II, 106 (Ed. Baluz. Vol. II. p. 188b.): *Cum Thessalonicensis metropolis, quae in regno Graecorum quasi praecipua post Constantinopolitanam sedem habetur, pastoris sit regimine destituta...* (V Kal. Jul. anno [papae] undecimo). Idem ibid. epist. 171: *Thessalonicensi, tanquam celebriori* (ecclesiae).

Graecia regnantium. Innocentius III. papa Romanus (Epist. lib. 15, 18. Ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. II. p. 607.): *Ad haec ipsi Thessalonicensi metropoli suam confirmamus provinciam, in quo* (l. *qua*) *subscriptos episcopatus specialiter nominibus duximus exprimendos, videlicet: Citrensem, Beriensem* (*Berröensem*), *Campaniensem, Vardariensem, Serviensem, Petrensem, Platamonensem, Langardensem* (*Langadensem*), *Adrameriensem* (*Ardameriensem*), *Nerisiensem* (*Hierissensem*) [72]) *et Cassandriensem.* Confirmat deinde ea epistola pontificia (7. Apr. 1212.) diöceseos Thessalonicensis omnia antiqua jura, bona, dignitates, libertates et consuetudines auctoritate apostolica. [73])

Latinos in ordine diöceseos Thessalonicensis nil vel parum putasse puto; quare hunc indicem seculo etiam antecedenti (XII) fere assigno adaptoque, ubi Graeci istis regionibus imperabant. [74]) De singulis haec noto. Numerus episcopatuum indicis Leoniani non mutatus est. Sunt throni XI., ut antea. Sed mutantur quaedam in ordine episcopatuum eorumque nominibus. Omittitur episcopatus Drugubitiae; memoratur Platamonensis. Omittitur Lite et Rendine; occurrit Langarda (Langada). De ordine episcopatuum haec animadverto. Citrus et Berröa veterem dignitatem obtinent. Ter-

---

72) Num vox nostra *Hierissus* conspirat cum voce *Eresus* insulae Lesbi?

73) Latinos Thessalonicae archiepiscopos VII (a. 1205—1418) enumerat Mich. Lequien. in Or. Christ. Vol. III. p. 1089 sqq.

74) Manebant, quod vix monendum videtur, episcopi Graeci, sed opibus accisis, quas tenebant Latini. Armeniorum quoque episcopum habuit Thessalonica (Mansi Concil. T. 25. p. 140). De parte clericorum Thessalonicae Graecorum, initio regni Latini ad ecclesiam Romanum reversa, v. Innocentium epist. libro 13, 41. Monachi Graecorum innumeri vel tum montem Sanctum (Atho) tenebant, quorum privilegia antiqua confirmando repetit Innocentius epist. 16, 168.

tium locum tenet Campania (apud Leonem est loco sexto) pro Drugubitia; quartum Bardariotae (ap. Leonem loco undecimo); quintum Servia (ap. Leonem loco quarto); sextum Petra (ap. Leonem loco septimo); septimum Platamo (apud Leonem non obvia); octavum Langarda (Langada), ap. Leonem non obvia; nonum Ardamerium (ap. Leonem loco octavo); decimum Hierissus (ap. Leonem loco nono); undecimum Cassandria (apud Leonem loco quinto).

Addo pauca de quibùsdam locis hujus indicis episcopalis. 1. *Citrus.* Historiam hujus episcopatus Latini v. apud Michaelem Lequienium l. c. p. 1095. Praeter ea, quae supra dedimus p. 57 sq., videatur Innocentius III. papa Romanus epist. lib. 11, 244. 252. 13, 103. 108. 111. 112. 151. [75]) 152. 15, 52., ubi occurrunt thesaurarius Citrensis, electus Cytrensis (sic), electus Citrensis, ipsaque ecclesia Citrensis etc. Arcem hujus urbis supra vidimus (ad ann. 1343) p. 58. Addo tempus his superius, scil. seculi XIII initium. Innocentius III. epist. libro 13, 108. (ed. Baluz. Vol. II. p. 405.): *Ecclesias Citrensem et Platamonensem; castellum etiam de Citro.* Est epistola data imperatori Constantinopolitano VI id. Jul., anno papae) XIII., i. e. a. 1210. 2. *Berroea*, Innocentio *Veria* (*Beria*), unde Turcicum (*Cara-*) *Verja* (Verja nigra). De hoc episcopatu Latino nil invenio apud Michaelem Lequienium in Or. Christiano l. c. 3. *Campania.* Tempore inter Leonis novellam et Cantacuzenum interlapso non occurrere hoc oppidum apud scriptores Byzantinos, ostendimus p. 61. Sed habet ejus nomen Innocentii epistola. Nil de hoc loco apud Michael. Lequien. l. c. 4. *Bardariotae.* Horum thronum a loco inferiore in altiorem evectum vides tempore Comnenorum, vel paulo antea. Debebant forsan hoc

---

75) In contextu literarum Innocentii occurrit quoque episcopus *Citoniensis*, i. e. ab urbe *Zeitun.* V. inprimis epist. 192. ejusdem libri. Alibi plenius agam de Zeitunio Thessaliae.

honoris augmentum satellitio suo in aula Byzantina. 5. *Servia.* Nihil de hoc loco apud Michaelem Lequien. in or. christ. l. c. 6. *Petra.* Nulla néc hujus episcopatus latini mentio uberior apud Michaelem Lequien. l. c. 7. *Platamo.* Primam hujus episcopatus mentionem praebet Innocentii locus,[76]) coll. alio Innocentii loco modo allato. Platamonem inter Graecos memorat Georgius Acropolita (medio seculo XIII) histor. cap. 46.: Ἀπὸ τοῦ Πλαταιῶνος. Idem ibidem cap. 81.: Κατὰ τὸν Πλαταμῶνα. Adde Cantacuzenum 3, 58. (ad annum 1343.): Καὶ Πλαταμών, ἑτέρα, παραθαλασσία. 62: Οἱ ἐν Πλαταμῶνι. 93: Πρὸς Πλαταμῶνα .. καὶ τὰς ἄλλας πολίχνας. De munimentis Platamonis hodiernis (i. e. post inventum pulverem empyreticum) videatur Felix Beaujour in voyage militaire Vol. I. p. 188 (coll. Paul. Luc. itiner. ed. anni 1724. Vol. I. p. 42., ubi locus dicitur *Platamene*): „... un contrefort du mont Olympe qui vient se pyramider au bord de la mer. C'est sur le sommet de ce contrefort que l'on a bâti le château de Platamona, simple carré, flanqué de tours aux angles, et ayant à son centre une tour plus grande, destinée à lui servir de réduit. Ce fort, que l'on regarde comme la clef de la Macédoine, est mal entendu, et il serait inutile de le reconstruire sur un plan nouveau, par ce qu'il est dominé par les hauteurs voisines, d'où il pourrait être battu avec succès. L'interieur du château est maintenant encombré d'un centaine de maisons en bois, qui dans une siège gêneraient sa défense." Nominis causam doctis in obscuro esse video. Ego facio cum scholiaste Arati 993 (diosem. 261), qui vocem πλαταμών interpretatur: Ἀγχιβαθὴς καὶ ἐπιμήκης πέτρα. Idem schol. ibidem: Πλαταμὼν δὲ πέτρα ὀλίγον ἐξέχουσα τῆς θαλάσσης, λεία τις οὖσα καὶ ὁμαλὴ καὶ πλατεῖα.

---

76) Adde Innocent. epist. 11, 115. Mannertus (Geogr. VII. 511.) apud scriptores Byzantinos Platamona occurrere dicit, nullius tamen scriptoris loco allato.

Quod ipsum cadit in situm Platamonis, quae, licet non mari undequaque cincta, sedem habet in campo praerupto, edito et patenti, qui ipsi imminet sinui Thermaico, coll. imagine hujus castri apud Clarkium (travels Vol. 4. p. 302.). Unde mihi vox hujus quoque urbis antiquior esse videtur. Clarkio l. c. urbs eadem esse videtur cum veterum Heraclea Pieriae, Mannerto (Geogr. VII. 511.) cum Dio colonia, praeeunte librario Ptolemaei secundum codicem Coislinianum: *Δῖον κολωνία, ἡ Πλαταμών.* Codex tamen Ptolemaei celeberrimus Fontemblandensis (Ms. Graec. Biblioth. reg. Paris. nr. 1401.) nil habet talis additamenti. Ego cum Clarkio facio et Leakio (Trav. in north. Greece Vol. 4. p. 404.), maxime motus verbis Livii 44, 8.: *Abest (Heracleum) a Phila quinque millia ferme passuum, media regione inter Dium Tempeque, in rupe amni imminente positum.* Eodem Clarkio referente incolae oppidum *Πλατάμωνος* (sic) dicunt, peregrinatorum alii *Platamona*, alii *Platamana*. De Turcica loci denominatione vide nos infra; de v. *πλαταμών* Schneiderum ad Aristotelem H. A. 8, 4., item in Lexico gr. s. v. Nil de hoc ut seqq. episcopatibus Latinis apud Mich. Lequ. l. c. 8. *Langarda* (*Langada*). Est haec urbs prope ad lacum Mygdoniae minorem (occidentalem) posita, coll. Turciae tabulis geogr. Vide nos in illustratione agri Thessalonicensis, ubi lacum Prasiadem exponemus. Est aut urbs hodierna Langaza s. Lanza (e septentrione lacus cognominis s. Prasiadis), aut Lanksedé s. Lagadno (Langadach), e meridie ejusdem lacus. Innocentii testimonio non antiquius apud veteres inveni de hac urbe. Sequitur ejusdem seculi, sc. medii vel exeuntis, scriptor graecus, Georgius Acropolita hist. cap. 63.: *Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς τοῦ Λαγγαδᾶ (τόπος δέ ἐστιν οὗτος ἐγγύς που τῆς Θεσσαλονίκης) ἐγένετο.* Seculo XIV (a. 1342) occurrit Langada (*Λαγκαδά*) apud Cantacuzenum 3, 38. (*ἐν Λαγκαδᾷ, οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης*); sec. XV apud Jo. Anagnostam narratione Turcica

cap. 6., quem locum afferam in agro Thessalonicensi. 9. *Ardamerium*. Proximum dignitatis locum ante Hierissum obtinet, ut in Novella Leonis. 10. *Hierisi* (Hierissus). 11. *Cassandria*. De his omnibus v. Nos supra p. 60. 62 sqq. Jura archiepiscopalia Cassandriam ultimo aevo nactam fuisse, ibidem monuimus. Quod post invasionem Graeciae Latinam factum fuisse, Innocentii locus monstrat. Accidit vero ante imperium Andronici II. junioris, coll. iis, quae deinceps monebimus. Haec de indice Innocentiano.

*Seculum XIV.*, sive imperium Andronici II. junioris. In Ejus Expositione nova (Bandurii Imperium orientale l. VIII. p. 195. ed. Ven.) nonnisi haec leguntur: *Θεσσαλονίκη θρόνος ις'* (16), *καὶ ἐτιμήθη εἰς ια'* (11). Dioecesis vero secundum singulos suffraganeos non describitur.

*Seculum XVI.* Martinus Crusius in Turco-Graecia p. 327.: *Hujus* (Thessalonicae) *metropolita plures episcopatus habet, ut episcopatum Cypri* (Cytri, Citri) *seu Pydnae, episcopatum Serviorum, episcopatum Casandriae, episcopatum Litae et Rhendinae, episcopatum Hierisi s. S. montis, episcopatum Lycostomii s. Θεσσαλιχῶν Τεμπῶν, et alios, sicut mihi D. Gerlach retulit.* In his Lycostomium Thessaliae oppidum est, Campaniae s. Castrio conterminum, coll. Cantacuz. hist. 4, 19., ubi *Λυκοστόμιον* dicitur, quum alio loco (2, 28.) *Λυκόστομον* appelletur. De hoc loco borealis Thessaliae, Lycostomio, adi quoque virum doctissimum, G. L. Kriegk, in libello bonae frugis pleno: *Beiträge zur Geographie von Hellas*, Fasc. I. p. 49. Ego quoque in faucibus quibusdam, ni fallor *Τεμπῶν* superiorum, loco forsan hodiernae Ambelaciae, non in montibus, hanc urbem positam puto; quod suadet ipsa denominatio, sicut alius cujusdam Lycostomii situs apud Ducam hist. byz. cap. 45. (p. 341. ed. Bekk.): *Φοβηθέντες πάντες οἱ οἰκοῦντες ἔν τε τῷ Λυκοστομίῳ Βλάχοι, ἀλλὰ δὴ καὶ Καφᾶς, Τραπεζοῦς καὶ οἱ Σινωπεῖς, αἵ τε νῆσοι τοῦ*

*Αἰγαίου πελάγους*.. Ponunt hoc oppidum docti ad unum ostiorum Danubii. Interpres Ducae Italus (p. 509. ed. cit.) simpliciter habet: *li Vulachi, che habitano allo Stomio.* Mihi hoc Ducae Lycostomium idem esse videtur cum loco Tabulae Peutingerianae *ad Stoma*, quem geographi novitii ostio Danubii primo, i. e. maxime meridionali, s. sacro, assignant. Dicitur turcice *Edrillis Boghazi*, apud Graecos *Hagios Georgios.* Postremo vox *Lycostomo* iterum occurrit in geographia Epiri hodierna. Est enim diversorium Turcicum et pons prope Joanninam, hoc nomine insignitum. V. Leak. Trav. in North. Gr. Vol. I. p. 401. Vol. IV. p. 127. De nostro Lycostomio v. Eund. Vol. III. p. 384. 388.

*Seculum XVI. XVII.* Meletius geogr. Vol. II. p. 437.: *Ἦτον καὶ πόλις Τέμπη καλουμένη, μὲ θρόνον ἐπισκόπου ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην, ἥτις τανῦν Λυκοστόμιον ὀνομάζεται, καίτοι ἐρείπιον. Περὶ αὐτὰ τὰ μέρη εἶναι τόπος, ὅστις λέγεται Πεδίον Λύκου, καὶ κοινῶς Λυκοστόμιον, κληθὲν ἐξ αἰτίας τοιαύτης.* Sequitur deinde fabula de Peleo, qui occiderat Actorem et Phocum; unde lupi ejus gregibus divinitus immissi, quos in lapides Thetis mutavit. Idem ibidem pag. 447.: *Οἱ ἐγκάτοικοι ταύτης καλοῦνται Μάγνητες. Κοινῶς λέγεται αὕτη ἡ ἐπαρχία Πέτρα, τῆς ὁποίας τὸ ὄνομα σώζεται εἰς τὸν ἐπίσκοπον, ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην ὄντα.* Meletii in his errorem notavit Gaza l. c. p. 448., monens, illam praefecturam non *Petram* appellari, sed latus ejus orientale *Zagoram*, occidentale *Bolum* (*Volo*), coll. Meletio pag. 452. Idemque Gaza recte addit, *Petram* esse in septentrionali parte Olympi (*ἡ δὲ Πέτρα εἶναι πρὸς τὸ βόρειον μέρος τοῦ Ὀλύμπου*). [77])

---

77) Meletium seductum puto a Tzetza chil. VI. hist. 95 (p. 236. ed. Kiessl.): *Τὸ Πήλιον τὸ ὄρος μέν ἐστι τῆς Θετταλίας, Ἐγγὺς τῆς Μαγνησίας δὲ, νῦν Πέτρας καλουμένης, Ἐπισκοπῆς τελούσης μέν, τίνος, οὐκ ἔχω λέγειν. Ἐν τούτῳ τῷ Πηλίῳ δὲ τὸ Χείρωνος ἦν*

Pergit Meletius l. c. p. 450.: *Σέρβια, πόλις ἀκουστὴ, μὲ θρόνον ἐπισκόπου, ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην.* Idem l. c. p. 459.: *Πλαταμὼν, μὲ θρόνον ἐπισκόπου* etc.; ubi oblitus est addere metropolin, quae ex reliquis Notitiis non alia est nisi Thessalonica. Idem ibidem: *Πύδνα, ἡ ὁποία ὕστερον Κίτρον ἐκλήθη, μὲ τὸ ὁποῖον ὄνομα μέχρι τοῦ νῦν καλεῖται.. τανῦν κωμόπολις, μὲ θρόνον ἐπισκόπου ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην.* Idem p. 463.: *Ἐρισσὸς, μὲ θρόνον ἐπισκόπου, ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην.* Idem p. 464.: *Ἀρέθουσα, πόλις ποτὲ πρὸς τὸν Στρυμονικὸν κόλπον, ἡ ὁποία ὕστερον Ῥενδίνα ἐκλήθη, μὲ θρόνον ἐπισκόπου, ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην.* Idem p. 471.: *Λήτη, ἤ τις καὶ Λήτα λέγεται καὶ κοινῶς τανῦν Λήττα, οὐ πολὺ σμικρὰν ἀπέχουσα τοῦ Θερμαϊκοῦ κόλπου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας, τῆς δὲ Θεσσαλονίκης πόρρω 20 μίλια, μὲ θρόνον ἐπισκόπου ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην.* Idem p. 473.: *Πολσανὴ (Πολυανὴ, Πολιανὴ?), κοινῶς Δρογριάνι, θρόνον ἐπισκόπου ἔχουσα ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην.. Περὶ δὲ τὴν λίμνην τῶν Μπεσικιῶν κεῖται τὸ Ἀρδαμέριον, πόλις ποτὲ, καίτοι τανῦν ἐρείπιον, ἔχουσα θρόνον ἐπισκόπου ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μετροπολίτην. Γαλατίστα, καὶ ἄλλαι.* Meletius igitur IX vel X episcopatus enumerat, a veteribus episcopatibus vix diversos.

*Seculum XVIII. XIX.* Cousinéry Voyage dans la Macéd. Vol. I. p. 48.: *Il* (le diöcèse) *compte sept évêchés suffragans, dont les principaux sont Galatz, Capsochori, Kitros, Rendine et Platamona.* [78]) Ex his

---

ἄντρον. Tzetzae verba incuriae hunc Byzantinum scriptorem accusant. quam negligentiam, immo ignorantiam hominis geographicam alibi quoque notabo.

78) Aliter Leakius (Trav. in north. Greece Vol. 3. p. 251.): *The bishoprics of his province are Kitro, Kampania, Platamóna together with Lykóstomo,*

urbibus *Galatz* in Chalcidice peninsula posita est, medio fere spatio inter Thessalonicam montemque Atho, propior tamen illi urbi, coll. tabulis Macedoniae geographicis. Hujus urbis episcopus habet quoque titulum episcopi Ardamerii, coll. Cous. l. c. Vol. II. p. 135.; quod ego sic interpretor, ut Ardamerium, de quo v. Nos in antecedentibus (p. 62.), antea sedem episcopalem fuisse statuam, postea urbem Galatz, vocem ad Sclavinos forsan referendam, velut fluvium Gallico (Galitsch, Halitsch), Thessalonicae vicinum. De urbe Galatz v. inprimis Cousinerium l. c. p. 135 sq. et Nos in agro Thessalonicensi. Locum Capsochori Tabula Cousineriana praestat inter Ludiam et Haliacmonem inferiorem, i. e. ab occidentali sinus Thermaei latere.

In gratiam lectorum addo stationes hodiernas, inter Ampelakiam (ad Peneum inferiorem) et Thessalonicam intercedentes. Clarke Travels Vol. 4. p. 732.:

1801.

| | | |
|---|---|---|
| Dec. 21. | From Ampelakia to Platamonos | 6 hours. |
| 25. | Katerína - - - - | 6 |
| 26. | Kitros - - - - | 3 |
| .. | Levtorochori - - - | 1 |
| .. | Lebáno - - - - | $2\frac{1}{2}$ |
| 27. | Inge (Yenidsche) Mauro ferry | 2 |
| .. | Mauro-Smack ferry - - | 3 |
| .. | Vardar River - - - | 3 |
| .. | Tekále, or Tekelly - - | 2 |
| 28. | Thessaloníka - - - | 2 |
| | Total | $30\frac{1}{2}$. |

Thessalonicensis archiepiscopi magnam dignitatem testatur peculiare munus, a patriarcha puto Constantinopolitano,

---

*Sérvia, Petra, Ardhaméri, of which the residence is Galátista, and Jerissó which includes the Äion Oros.*

ut aliis, ipsi injunctum. Fuit omnis Thessaliae (i. e. Thessaliae cum Macedonia) ἔξαρχος (visitator), ut Heracleensis (ad Propontidem) archiepiscopus omnis Thraciae ac Macedoniae (i. e. Thraciae), coll. Mich. Lequ. in Or. christ. Vol. II. p. 26. Titulus ejus honorarius in epistolis et allocutionibus ex officio fuit ὑπέρτιμος. Videatur Ordo thronorum metropolitanorum (ad calcem Codini de officiis aulae Byz. ed. Paris. p. 406., ed. Ven. p. 349.): *Οἱ ἑξῆς πάντες ὑπέρτιμοι, ἤγουν ἔξαρχοι καὶ ὑπέρτιμοι . . ιγ΄* (13)· *ὁ Θεσσαλονίκης, πάσης Θεσσαλίας. Ἔχει δὲ νῦν τὸν τόπον τοῦ Ἀχρίδας.* Huic, ut vidimus, accessit titulus ἔξαρχος, quae tamen vox non solum honorem, sed munus ejus visitatorium provinciale significat. [79]) Quomodo vero metropolita Thessalonicensis alios metropolitas, atque hi ipsum in literis allocuti sint, de his v. Expositionem novam etc. (ad calcem Codini de offic. aulae Byz. ed. Paris. p. 411.): *Πανιερώτατε μητροπολίτα . . ὑπέρτιμε καὶ ἔξαρχε . . ἁγιώτατε καὶ θειότατε δέσποτα, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ καὶ συλλειτουργὲ τῆς ἡμῶν ταπεινότητος.* Alias brevioresque talis farraginis formulas v. apud Theophylactum Bulg. (Opp. ed. Ven. T. 3. p. 559—740.). Adde Eustathii epistolas (Opuscc. pag. 308—361.).

Historiam cleri Thessalonicensis qui quandoque scribet, is non parum contribuet ad illustrandum ipsius ecclesiae Graecae conditionem. Initium quoddam talis narrationis fecit Mich. Lequienius in Oriente suo christiano Vol. II. p. 1—102.; qua tractatione (de dioecesi Thessalonicensi) in antecedentibus usi sumus, scilicet laudantes, emendantes, augentes. Alia dedimus in Dissert. histor. per occasionem bellorum Thessalonicensium, ubi varia de episcopis urbis inclytae ex Actis S. Demetrii attulimus. Alia quandoque tentabimus,

---

79) Non omnes metropolitae (i. e. ὑπερτιμοι) fuere exarchi. V. eundem Ordinem etc. ed. Paris. p. 408. not. marg.

ubi Eustathii, doctissimi Thessalonicensium metropolitae, vitam, mores, scripta illustrabimus. Ingenue tamen fatemur, eum, qui de Thessalonica Macedoniaque christiana ac literata [80]) scribere post Nos volet, male cariturum esse sequentibus libris nondum editis.

Eorum prior est Eugenici nomophylacis Synodicum (is titulus fertur) Thessalonicense, incertum cujus vere argumenti. Parisiis per amicos incassum quaesivi; unicum ejus exemplar Vaticana tenere mihi videtur, unde vir summus, Leo Allatius, varia fragmenta protulit in libro aureo de Symeonibus eorumque scriptis; e Leone Michael Lequienius l. c. pag. 56 sqq. Is Eugenicus ab eo Eugenico nomophylace, sec. XV. scriptore, non diversus esse videtur, cujus laudem s. descriptionem Trapezuntis e codice Parisino edidi ad calcem Eustathianorum meorum p. 370 sqq.

Posterior liber, item ineditus, est Francogalli *Braconier* (*Mém. pour servir à l'histoire du mont Athos.* Ms. de la bibliotheque du roi), quem citat Pouquevillius Noster in Voyage de la Grèce ed. II. Vol. I. (introduct. pag. X. not.).

---

80) De anno 904. vide Cameniatam narratione Saraz. c. 10., ubi urbs laudatur ob legum observationem, civilis administrationis ordines, dicendi gloriam, literarum studium atque eruditionem. Seculo XIV (a. 1346) Demetrius Cydonius in sua monodia cap. 4., coll. 2. (Scriptores post Theophanem ed. Paris. p. 186 sq., ed. Ven. p. 291) urbem cum Athenis tempore Demosthenis et Platonis comparat, cum sit omnium Musarum conciliabulum, sc. rhetorices, philosophiae, aliarum artium. De eruditionis Thessalonicensis laude nil neque apud Jo. Anagnostam, anni 1430 enarratorem, inveni, neque apud Nicephorum Chumnum (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. pag. 137), anterioris, sc. XIV. seculi scriptorem. Iudaeos Thessalonicenses literis admodum incubuisse constat. Videatur Hadschi Chalfa l. c. pag. 78. Iost. Geschichte der Israeliten Vol. 8. p. 61. 77.

Montis Atho monachi fere innumeri fuere;[81]) unde, qui Macedoniae sacrae historiam ampliorem tentat, istos quoque homines lustrabit, non omisso Eustathii amplo tractatu de emendanda vita monachica (Opuscc. p. 214—267); qui libellus, quamquam Thessalonicenses proprie et Macedonicos monachos eorumque avaritiam ac desidiam circa literas perstringit, dili-

---

81) Innocentius III., papa Romanus, epist. libro 13, 40 (ed. Baluz. Vol. 2. p. 424.): . . *custodiam monasteriorum Montis Sancti, quae ad sedem apostolicam immediate pertinere dicuntur.* Unde haec monasteria similiter patriarchae Cpolitano, non Thessalonicensi metropolitae, paruisse putabis. Quod plane consequitur ex eodem Innocentio, quo teste in agro Thessalonicensi fuere monasteria libera s. exemta. Videatur summus Papa epist. 13, 39.: *Cum libera monasteria, quae imperialia nuncupantur, Graecorum quoque dominio nulli essent archiepiscoporum vel episcoporum subjecta, praesentium vobis auctoritate mandamus, quatenus inquisita et cognita veritate, in monasteriis illis regalibus regni Thessalonicensis, quae Graecorum tempore archiepiscopis vel episcopis subjecta non erant, non permittatis, archiepiscopos vel episcopos juris aliquid indebite usurpare.* Fuitque mons Athos quoque archiepiscoporum jurisdictione exemtus, coll. Innocentio supra cit. Adde Eundem epist. 16, 168. (Vol. 2. p. 829.), quae epistola data est abbati S. Athanasii ceterisque abbatibus et monachis Montis sancti: *Propter quod* (ob pietatem) . . . *ecclesiarum praelati et imperatores Cpolitani pluresque principes seculares per privilegia sua multa olim tantae libertatis praeeminentia vos dotarunt, ut post Deum . . nullius unquam essetis jurisdictioni subjecti.* Fuere igitur hi monachi in quodam Byzantinae aerae stadio cum monasteriis suis vere liberi, i. e. *exemti*, cum antea fuissent Hierissensi episcopo, ideoque metropolitae Thessalonicensi subjecti; de quo supra egi pag. 63. § Habuit vero initio seculi XIII idem mons Sanctus monasteria CCC (Innocent. ibid.): *Nam cum trecentis monasteriis et gloriosa religiosorum virorum multitudine arctam et pauperem vitam ducentium decoretur* (mons Sanctus) etc. Quamquam is numerus aliis rotundus esse videbitur, pro *permultis.*

gentem tamen reliquorum simul medii aevi monachorum Graecorum imaginem praestare videtur. [82]) His copiis accedunt doctorum Thessalonicensium scripta quaedam inedita, de quibus v. Mich. Leq. l. c. passim.

Vidimus notam monachis Macedonicis a praesule Thessalonicensi inustam. Magis honorifica de iis, seu potius de clero Thessalonicensi, praestant ejusdem civitatis panegyrici scriptores, Cameniata, Demetrius Cydonius, Joannes Anagnosta. Ii enim, Thessalonicae infortunia deplorantes, multi sunt in laudando ejus clero; cujus nec ego capitibus nitentibus omnem laudis particulam detraxerim. Accedit Nicephorus Chumnus, quo saepius utimur in hac dissertatione geographica. Imprimis Cameniata ad annum 904 (cap. 10) musicam clericorum Thessalonicensium maximopere praedicat, coll. Timarione, quem afferam in Demetriis Thessalonicensibus. Accedit apud eundem Cameniatam ibid. ecclesiarum praecipuarum enumeratio, festorum, clericorum numerosorum omnis generis laudatio. Demetrius Cydonius (monodia cap. 3.) de urbis pietate, festorum sacrorumque multitudine verba facit. Similia,

---

82) Merita eorundem monachorum circa agriculturam Macedonicam in agri Thessalonicensis descriptione attingam, coll. Eustathio modo allato, cujus tractatus monachos Macedonicos a parte agriculturae, non literarum magnis laudibus extollit. De monachis et monasteriis montis Atho videantur imprimis: Joannes Comnenus in descript. montis Atho (ad calcem Montfauc. palaeogr. pag. 433 sqq.). Dr. Hunt in Walpolii memoirs relating to European and Asiatic Turkey. Londin. 1817. pag. 198—232. Sibthorp. ap. Walpolium in Travels in various countries of the east. Londin. 1820. p. 38—41. Cum his conferas alios scriptores, duobus tribusve seculis antiquiores, scilicet Bondelmontium de insulis archipelagi cap. 70. (ed. *Sinner.*); deinde Petrum Belonium in Observat. cap. 35–46. (Paris. 1555). Nec praetermittendus tamen Nicephorus Gregoras histor. 14, 7. ibique Boivin.

sed ampliora, praestat Nicephorus Chumnus in orat. ad Thessalonicenses habita (Boissonad. Anecdd. Graec. Vol. II. pag. 144—151.). Is orator praecipue monachorum Thessalonicae et monacharum perquam frequentium, deinde virorum Abraamitarum (hospitalitarum), quos deinceps illustrabo, postremo S. Demetrii laudes splendidissimas agit. [83]) Joannes Anagnosta in narratione Turcica ac monodia sua clericorum omnis generis varia incommoda, per expugnationem anni 1430. iis inflicta, multo luctu summaque devotione conqueritur.

Exposui diöcesin Thessalonicensem. Huic adscribunt quoque Melenicum castrum (slavice *Melnek*), supra Serras, ad Strymonem, prope litus ejus sinistrum in rupe positum. Narrat hoc Mich. Lequienius in Oriente Christiano Tom. II. p. 95., nullum scriptoris testimonium afferens. Immo Melenicus [84]) ad metropolin Serrarum, ultimo saltem tempore, pertinuit, de quo videndus Ordo thronorum metropolitanorum (ad calcem Codini de officiis aulae Byz. ed. Paris. p. 408., ed. Ven. p. 350.): *Τὸν δὲ Μελένικον οὐχ εὑρίσκομεν οὐδαμοῦ γεγραμμένον. Λέγεται δὲ ἀγράφως καὶ αὐτὴ τοῦ Σερρῶν εἶναι ἐπισκοπή.* Sed fuit alio tempore peculiaris metropolis, coll. Expositione Andronici junioris (secundum cod. reg. Paris. 1363.): *νέ· ὁ Μελένικος.*

Aliam vero urbem, Thessalonicae aliquanto propiorem, olim ejusdem diöceseos fuisse puto. Est Dium colonia, de qua Epitomator Strabonis libri VII. fin. §. 6.: *Ὅτι τὸ Δῖον ἡ πόλις οὐκ ἐν τῷ αἰγιαλῷ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐστὶν, ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ Ὀλύμπου, ἀλλ' ὅσον ζ' ἀπέχει σταδίους. Ἔχει δ'*

83) Hanc orationis suae partem sic inchoat Nicephorus Chumnus l. c. p. 144: *Πολιτείας δ' ὑμῶν οὐδεμίαν ἑτέραν οὐδ' ἐγγὺς εἶναι, οὐδ' ἂν εἷς εἴποι.* Istius sc. aevi clerici monachique idem esse sibi videbantur, quod ipsa civitas ejusque administratio.

84) Turcice locus sonat *Menlik*. Simili depravatione dicitur *Menelit* apud Henricum de Valenciennes p. 241. ed. Buchon.

ἡ πόλις τὸ Δίον κώμην πλησίον, Πίμπλειαν, ἔνθα Ὀρφεὺς διετρίβεν. Idem ibid. §. 8.: Ὅτι μετὰ τὸ Δίον πόλιν ὁ Ἀλιάκμων ποταμός ἐστιν. Eodem ordine Dium habet Ptolemaeus geogr. 3, 13.: Ἀλιάκμονος ποταμοῦ ἐκβολαί. Δίον κολωνία. Hujus urbis episcopus Palladius occurrit in consilio Sardicensi, anno 347., ubi epistolae hujus synodi, ad universas ecclesias datae, subscripsit quoque Palladius *a Macedonia de Dio* (ἀπὸ Δίου). V. Mansi concil. Vol. 3. p. 39. Cui alii urbi metropolitanae, quam Thessalonicae, Dium subesse potuerit, ego ignoro. Sed fac, habuisse episcopum ἀχέφαλον, postero tempore id aliter se habere debuit, ubi omnes Pieriae urbes Thessalonicensi throno subjiciebantur, coll. Novella Leonis de thronis loco cit., quem supra illustravi. In ea autem Notitia Dium non occurrit, unde tum (secc. IX. X.) jam non extitisse puto, quamquam eam nomine Δίος habet Constantinus Porphyrogenitus de thematibus 1, 3 (Meursii opp. ed. Lami. Vol. 6. p. 1455.). Is tamen hic ut alibi solummodo Hieroclem exscribit, seculi VI., ut volunt, scriptorem. De Platamone, quae Dium est quibusdam, v. Nos supra p. 87 sq.

## CAP. VII.

### PORTAE URBIS.

Portas Thessalonicae quinque nostri aevi Turcae numerant: portam, quae ducit ad portum; portam Vardarii (quae ducit ad Vardarium s. Axium flumen); portam turris; portam Kelemzje; portam novam. Vide Hadschi Chalfam in Rumelia et Bosnia pag. 75., cujus verba supra dedi p. 4. Locum sedemque singularum portarum scriptor Turcicus non significat; quamquam de prima et secunda ambigi non potest. Sequens nostra tractatio veterum maximopere scriptorum testi-

moniis nititur, provinciam, ut reliqua hujus dissertationis, fere intactam collustrans.

I. *Portae orientales.* Has indistincte nudeque memorat Cameniata in narratione de Sarazenica urbis expugnatione (a. 904.) cap. 41.; item Eustathius in narratione de Normannica urbis expugnatione (anno 1185.) cap. 8. 85. 98. Eas quatuor fuisse (anno 904.), Cameniata docet l. c. cap. 30.: *Τεττάρων γὰρ πυλῶν πρὸς τῷ ἀνατολικῷ μέρει τῆς πόλεως διεξαγουσῶν, ἐσκέψαντο* (Sarazeni) *τὰς δύο αὐτῶν πυρὶ τεφρῶσαι, τήν τε ῥηθεῖσαν Ῥώμην καὶ τὴν Κασσανδρεωτικὴν καλουμένην.* Harum una igitur dicebatur *Ῥώμη* vel *Ῥώμα*, coll. Cameniata l. c. cap. 28.: *Ἔνθα καὶ πύλη τις διεξέχει, Ῥώμα καλουμένη, γειτνιάζουσα τῇ θαλάσσῃ.* Adde Eundem ibid. cap. 65: *Πρὸς τὴν ῥηθεῖσαν Ῥωμαίων πύλην.* Secunda earum dicebatur *Cassandreotica* (Cameniata cap. 30.). Hujus nomen diu ante Cameniatam Acta S. Demetrii habent ad annum 597. cap. 133 (p. 152).

Hae portae fuere exteriores. Cameniata l. c. cap. 41.: *Κατὰ τῶν ἔξω τοῦ προτειχίσματος πυλῶν.* Altera earum (incertum utra) seculo XIII. indistincte s. *κατ' ἐξοχήν* dicebatur *porta orientalis.* Georg. Acropolita hist. cap. 45.: *Παρὰ τὴν πρὸς ἀνατολὴν βλέπουσαν πύλην τῆς πόλεως.*

Portae orientales interiores, itidem duae (Camen. l. c. cap. 30. 31. 49) [85]), quomodo vocatae fuerint, non constat.

Porta exterior, nomine *Roma*, mari proprior fuit, quam altera exterior, s. Cassandreotica (Cam. cap. 28., coll. cap. 65.).

*Cassandreoticae* nomen e via natum puto, quae Cassandriam ducebat, vel e rege Cassandro, Thessalonicae instauratore; per hanc vero via Egnatia exit, si Constantinopolin

85) Cap. 31: *Τῶν εἴσω πυλῶν πυρποληθεισῶν.* Cap. 49.: *Τῆς οὖν εἴσω πόλεως τὴν πύλην ἐμβάντες.* Fuit igitur harum quoque portarum altera (incertum utra) potior.

proficisceris, coll. Beaujour. in Tableau du commerce de la Grèce. Vol. I. pag 33. Clark. travels II, 3, 376. Unde Constantinopolitanam dicit idem Beaujour. in Voyage milit. Vol. I. pag. 201. Ibidemque arcus Constantini triumphalis quaerendus, coll. Beaujour. l. c. Male vero hanc portam occidentalem dicit Clarkius (Travels II, 3, 359.): *This arch* (sc. Augusti) *is on the western side of the town. It originally terminated a street that ran through the whole of the ancient city from east to west. At the western extremity is the arch of Constantine, before what was called the Gate of Cassander; so that this superb street was terminated at either extremity by a triumphal arch.*

*Romae* s. *Romanae* nomen magis in obscuro est; quod secus esset, si haec porta in latere urbis occidentali sedem haberet. Tum enim de veteri Roma cogitari posset. Sed est, ut altera porta, vere orientalis s. potius meridionalis, mari, ut diximus, propior quam Cassandreotica. Nomen igitur nec e nova Roma (Constantinopoli) habere potest, quum ad mare ducat. Fuit forsan in ea veterum Romanorum nobile monumentum, e. g. Deae Romae statua, velut in porta quadam urbis occidentali statuam Thessalonicae cum Beaujourio deprehendo, coll. iis, quae paulo inferius exponam. Cassandreoticam portam ornare dicitur arcus Constantini triumphalis, coll. Fel. Beaujour. in Tabl. du commerce de la Grèce. Vol. I. p. 33.

Male idem Felix Beaujour. (l. c. p. 32. et in Voyage milit. Vol. I. p. 201.), item Cousinerius in itinere Macedonico (Vol. I. p. 25.) portam Romam s. Romanam occidentalem dicunt, cum porta Vardarii eam confundentes. Cameniata cap. 28: ... *Τῷ πρὸς ἀνατολὰς ὄντι τῆς πόλεως αἰγιαλῷ προσωρμίσθησαν* (Sarazeni). *Εἶτα τῶν νηῶν ἐκβάντες, πάλιν τοῖς βέλεσιν ἐχρῶντο κατὰ τῶν ἐκεῖσε λαχόντων τὴν στάσιν ἐν τῷ μετεώρῳ τείχει, ἔνθα καὶ πύλη τις διεξέχει, Ῥώμα καλουμένη κ. τ. λ.* Unam portam

orientalem (meridionalem) habet hodiernae Thessalonicae dejineatio (Plan de Salonique, in tab. regni Turc. geogr. Lapieana sect. 15), nomine *Porte de Ghellemor;* quod corruptum esse apparet e *Kala Meria*, de quo agom in agri Thessalonicensis descriptione.

Observandum quoque hoc loco videtur, a parte orientalium portarum urbem per omnia bellorum discrimina ab hostibus maxime peti solitam fuisse; id quod disertis verbis notatur bello Slavico secundo anni 597 (Dissertat. histor. p. 46.), in reliquorum bellorum Slavicorum historia praetermittitur. Expugnatio quoque Sarazenica anni 904. latus urbis orientale maxime afflixit (Cameniata l. c. cap. 30. 31.), quamquam urbs per illius belli occasionem tertio obsidionis die (31. Iul.) e parte maritima capta est, secundante igne hostium Graeco (Cam. l. c. cap. 32—34.). Idem deinde urbis latus, orientale sc., maxime petebat Normannica anni 1185. oppugnatio (Eustath. l. c. cap. 66., coll. 4. 83. 85. 86.); ibidemque versabantur, licet extra urbem, Andronici imperatoris copiae, in auxilium urbi missae (Eustath. l. c. cap. 66. 67.), item exercitus puto Joannis Maurozomae, e Peloponneso cum suis eodem tempore istuc delati, bellique eventum exspectantis (Eustath. l. c. cap. 68.). Munimentis quoque hujus lateris Normanni eodem bello maxime infesti fuere. Ibi enim, non in latere urbis occidentali, ubi portum antiquum me duce invenies, ingens eorum classis stationem suam habebat; [86]) eorumque milites classiarii, artium obsidionalium

---

86) Eundem maris litorisque locum spectare videtur Cameniatae narratio de expugnatione urbis Sarazenica (a. 904.) cap. 24: *Αἱ δὲ λοιπαὶ νῆες* (hostium) *ὑφ' ἑνὶ χώρῳ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς αἰγιαλοῦ προσορμισθῆσαι συνεσκεύαζοντο.* Idem ibidem cap. 25: *Ἔνθα βαθυνόμενον τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ τῷ χθαμαλωτέρῳ τείχει προσῤήγνυται.* Incertum h. l., num spectetur antemurale quoddam, an muri ipsius pars humilior.

peritissimi, non copiae terrestres, urbis expugnandae auctores extitere (Eustath. l. c. cap. 59. 75—86.). De muris hujus lateris vide Nos infra in munimentorum historia. Haec vero ipsa Thessalonicae pars, deinde ea, quae arcem spectat, multis nunc ruinis foeda est. V. Delineationem urbis modo citatam.

II. *Portae occidentales.* Duas a parte occidentali portas prisco aevo urbs nostra habuit, ut a parte orientali. Earum prima mentio indistincta, i. e. singularum nomine non addito, in historia anni 904. occurrit apud Cameniatam l. c. cap. 39. Alterius nomen habet S. Demetrii passio altera, sive Cornelii Byei Anonymus Vaticanus I., auctor seculo septimo assignandus. Is igitur in Actis SS. ad Octobr. VIII. p. 93. (cap. 11.), ἐν τοῖς δυτικοῖς, inquit, τῆς πόλεως μέρεσιν, ἐν τῇ ὀνομαζομένῃ χρυσέᾳ πύλῃ (duci ad supplicium S. Nestorem, S. Demetrii discipulum, jussit Maximianus Galerius imperator, initio seculi IV.).[87]) Iterum hanc portam ad annum 904. memorat Cameniata cap. 40.; ad annum vero 1185. Eustathius in sua belli Normannici historia cap. 74. 75. Alterius portae occidentalis nomen equidem nescio. Utra mari (portui antiquo) propior, utra arci vicinior fuerit, nec hoc equidem extricavi. Ceterum hae mihi duae portae exteriores esse videntur, i. e. tales, quae per propugnacula quaedam exteriora ad ipsam urbem interiorem ducebant, iisque respondisse alias portas interiores existimo, itidem duas; quod portarum orientalium numerus et ratio mihi persuasit. Non praetermittendus tamen Cousinerii locus (Voyage l. c. p. 25.): *Si l'on arrive dans la ville du côté de l'Italie, on passe par une espèce de bastion crénelé et fermé, qui conduit à la porte principale. En face de cette double entrée se présente une troisième porte, qui se joint par*

87) Eandem portam in eadem re habet Damascenus hypodiaconus Studita Thessalonicensis l. c. pag. 505: Καὶ ὅριυεν ἕναν τοῦ ἄρχοντα, Μηνοκιανὸς (sic) ὀνόματι, νὰ εὐγάλῃ τὸν Νέστωρα ἔξω ἀπὸ τὴν χρυσαίαν τὴν πόρταν κ. τ. λ.

*les deux côtés aux maisons laterales.* Utri portarum nostrarum occidentalium hodierna *Vardarii* porta respondeat, tum investigabo, quum Thessalonicae adeundae copia mihi data fuerit. Male hanc portam a Fel. Beaujourio et Cousinerio confundi cum porta Romana, supra vidimus. Arcus, M. Antonio atque Octaviano (ut volunt) dicatus, hanc ipsam portam efficit, coll. Beaujour. in Tabl. du commerce. Vol. I. p. 32. Clark. travels II, 3, 359. Portae vero Vardarii inest inscriptio Graeca, magistratuum Thessalonicensium nomina praebens (Beaujour. tabl. du commerce T. I. p. 32 sq.), quam e Muratorio repetii in Dissert. hist. pag. 21. Sex ibi urbis summos magistratus me legere dixi, non septem, quod posterius Tittmanno visum (Darstellung der griech. Staatsverfassungen. Lips. 1822. pag. 398. ; item Böckhio (Inscriptt. n. 1967). Neque habeo, quod sententiam semel propositam retractem. Inscriptio Graeca, ubi uncialibus literis a Böckhio repetitur, habet articulum *ΤΟΥ* inter vv. *ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ* et *ΑΥΛΟΥ* etc.; qui articulus sic positus significare non potest alium (tertium) magistratum, sed patrem viri antecedentis. Neque aliter alias hujus inscriptionis partes interpretor, e. g. *Δημητρίου τοῦ Φαύστου* etc.; ubi nomen secundo loco positum mihi patrem hominis antecedentis denotat, ut in aliis ejusdem inscriptionis partibus, ubi viri nomini matris nomen adjicitur. Ita sex magistratus evadunt, non septem, quorum primus a reliquis (quinque) particula *καὶ* distinguitur ut princeps, quod acute monet Böckhius l. c. Idem vero, ubi inscriptionem nostram literis minusculis reddit, omisso illo *ΤΟΥ*, ita scribit (linea tertia): *[Π]ου[βλί]ου Φλαουΐου Σαβείνου*, nil monens de sua loci lectione, nisi quod Pocokius pro *ΤΟΥ* legat *ΥΙΟΥ*; id quod meae sententiae optime convenit. — Hanc portam (s. arcum) M. Antonio atque Octaviano dicatam fuisse statuunt, adversante inscriptione nostra Graeca, quam alio tempore, quo arcus, factam fuisse nemini probabile videbitur. Iamque Flavii nomen in hoc monumento

apparet. Unde titulus cum arcu non antiquior Flavio Vespasiano imp. esse potest. Eandem sententiam Letronnium sequi video in Journal des Savans 1834. p. 631 sq. Arcus hujus descriptionem v. apud Felicem Beaujour. l. c. p. 32 sq., cujus verba paulo inferius dabimus. V. quoque Leakium (Travels in northern Greece Vol. 3. p. 235 sq.). Ejus verba afferam in gentilitiorum monumentorum expositione.

De munimentis hujus lateris, item de artificiis ejus v. Nos infra in historia munimentorum. Per portam vero Vardarii via vetus Egnatia urbem tangit, coll. Cousin. in itin. Maced. Vol. I. pag. 140. Beaujour. in Tabl. du commerce Vol. I. p. 33.

Duas nunc portas occidentales ostendit Thessalonicae delineatio in tab. geogr. Lapiei (sect. 15.): *Portam Vardarii*, mari vicinam, et *portam novam*, supra portam Vardarii positam.

III. *Portae septentrionales.* Eustathius l. c. cap. 75. (Opuscc. p. 290, 72 sqq.): *Οἱ δὲ πολέμιοι στερεῶς κατὰ τῶν ἑῴων μερῶν τῆς πόλεως τῶν κατ' αἰγιαλὸν ἕως καὶ τῶν κατὰ τοὺς Ἀσωμάτους πυλῶν ἐπέκειντο.* Eandem portam ad annum 1328. memorat Cantacuzenus hist. I, 53.: *Τῆς προσαγορευομένης τῶν Ἀσωμάτων πύλης.* Causam denominationis in vicinia ecclesiae cujusdam latere puto, quae ab angelis puto archangelisve, e. g. Michaele, angelorum regnique Graeci archistratego, nomen traxerat; velut scriptores Thessalonicenses alibi quoque murorum urbis suae partes aedium quarundam sacrarum vicinia significant. De his *Incorporalibus* (*Ἀσωμάτοις*) s. Angelis videatur Du Cang. in glossar. Gr. append. s. v. *Ἀσώματοι*, et in Constantinopoli Christiana IV, 3, 10. 15. 35., coll. Suicer. in thes. eccl. s. v. *ἄγγελος*; item titulus homiliae ineditae Georgii Hagiopolitae (*εἰς τοὺς Ἀσωμάτους*) apud Leonem Allatium de Symeonum scriptis p. 97. Adde Leonem Diaconum 5, 5 (*τὴν τῶν Ἀσωμάτων συνάξιν*). Item Asomatôn (*Ἀσωμάτων*, sc. templum) hodie dicitur locus

in sinistro Bospori Thracici litore, ubi olim fuit aedes Archangeli Michaelis (Du Cang. in Cp. Christ. 4, 15, 35.). Idem nomen (*Ἀσώματος*) habet castellum Thracicum prope urbem Comotena s. Kumurdschina (Cantacuz. hist. III, 67. 68.), locusque Trapezuntini imperii (Panareti chronicon Trapez. cap. 9., ad calcem Eustathii opuscc. pag. 363, 20.). Hanc portam Angelorum s. Archangelorum fini lateris orientalis, immo lateri urbis septentrionali assigno; alias enim portas orientales, quam quas supra in lucem protraxi, historia nondum aperuit. Eidem lateri septentrionali aliam portam tribuo, „quae", ut Cameniatae verbis utar (l. c. cap. 41.), „ad arcem ducit" (*τῆς κατὰ τὴν ἀκρόπολιν πύλης*); unde hanc principalem illius lateris portam fuisse consequitur. Nomen suum etiamnunc servat, estque portarum urbis altissima (Cousinéry l. c. Vol. I. p. 106.). Medium inter has portas locum obtinuisse puto *Sancti Davidis* [88]) sic dictam *viciniam*, sive *Summitates e vicinia arcis* (Camen. l. c. cap. 39.). [89]) Fuit haec urbis regio altissima (Cam. cap. 39.), habebatque eodem teste l. c. plurima monasteria; quod ultimum testatur quoque (ad annum 1430.) Io. Anagnosta in sua Thessalonicensi monodia p. 171. ed. Ven. Portas vero boreales, quae ad arcem ducebant, indistincte memorat Eustathius narratione Normann. cap. 59. (Opuscc. p. 285, 60.): *Ἕως τῶν ἐκεῖσε* (versus arcem) *πυλῶν*.

IV. *Portae maritimae.* Has ad annum 904 memorat Cameniata l. c. cap. 35. 41., non addito earum numero ac nomine. Duas et has fuisse, reliquorum urbis laterum portae suadent; ita tamen, ut hae duae solae fuerint, non respondentibus interioribus. Quod ut statuam, facit historia expugnationis Sarazenicae anni 904. Quae cum a latere ma-

88) De hujus Sancti ecclesia Thessalonicens vide Nos infra in ecclesiarum Sanctorumque Thessalonicensium enumeratione.

89) Cam. l. c.: *Τὰς ἀκρωρείας κατὰ τὴν καλουμένην ἀκρόπολιν, ἢ τὴν περιοικίδα τοῦ ὁσίου Δαβὶδ ὀνομαζομένην.*

ritimo evenerit (Cam. l. c. cap. 32—34.), hic ipse scriptor, si ibidem portae interiores erant, scilicet ab hostibus effringendae superandaeque, eas omnino memorare debebat; quod factum videmus in narratione de impetu Sarazenorum antecedentis diei, in latus orientale tentato. In belli Normannici historia Eustathiana (a. 1185.) portae Thessalonicenses maritimae eam puto ob causam non occurrunt, quod urbs non ab illo latere, s. maritimo, tum capiebatur, ut anno 904., sed a parte orientali ac septentrionali; quod iterum evenit anno 1430. Neque tamen tacendum, Normannorum impetum, a latere maritimo a. 1185. factum, haud parum contribuisse ad consummandam urbis expugnationem.

Verum hae portae diligentius illustrandae videntur. Earum alteram majorem potioremque fuisse puto, propter locum Pseudojoannis in Actis SS. l. c. cap. 142. (pag. 154.): *Διὰ τῆς πρὸς θάλασσαν πύλης.* Annus autem 597. in ea narratione spectatur (Dissertat. hist. p. 46. 47.). Eademque porta apud Cantacuzenum recurrit histor. III, 94. (ad annum 1346.): *Τὴν πρὸς θάλασσαν πύλην.* Idem ibid.: *Ἐπὶ τῆς πρὸς θάλασσαν πύλης.* Ibi eodem Cantacuzeno teste l. c. [90]) nautarum et classiariorum multitudo habitabat, peculiari magistratui parens. [91]) Altera fuit minor eoque ipso

---

90) Cantacuz. l. c.: . . *τὴν πρὸς θάλασσαν πύλην, ὥσπερ τινὰ φυλακὴν . . περὶ ἣν οἰκοῦσι πᾶν τὸ ναυτικόν, οἳ πλεῖστοί τε ὄντες, καὶ πρὸς φόνους εὐχερεῖς, ἄλλως τε καὶ ὡπλισμένοι πάντες, ὥσπερ τὸ κράτιστόν εἰσι τοῦ δήμου, καὶ σχεδὸν ἐν ταῖς στάσεσι πάσαις αὐτοὶ τοῦ παντὸς πλήθους ἐξηγοῦνται προθύμως ἑπομένου . . . ἔχουσι δὲ καὶ ἰδιάζουσαν ἀρχὴν πρὰ τὴν τῆς ἄλλης πόλεως.*

91) De his fere hominibus, maximopere classiariis, intelligo hunc Eustathii locum narrat. Normann. cap. 61. (Opusc. p. 286, 30): *Μισθαρνοῦντες γὰρ τῶν δημοτικῶν, ὅσοι δεξιοὶ τὰς χεῖρας, καὶ βριαροὶ ῥάβδον τε κατενεγκεῖν, καὶ λίθον μακρὰν ἀφεῖναι, καὶ μηχανὴν διαχειρίσασθαι, καὶ τόξου νευρὰν ἐντεῖναι καὶ βαλεῖν, ἐξεχώρουν τῆς πατρίδος.*

nomine insignis, teste Georgio Acropolita histor. cap. 45. (p. 45. ed. Paris. p. 35. ed. Ven.): *Πλησίον τῆς μικρᾶς πύλης τῆς παρὰ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐπονομαζομένης.* Posterior porta num eadem sit cum ea porta maritima, quam Cameniata cap. 41. dicit *Litaeam*, [92]) ingenue ego nescire confiteor. Nomen ejus a voce *λιτὸς* (*parvus*) derivarem, si hic ipse adjectivi sensus vere constaret. An descendit a *λιτὴ*? Tum erit *portella precum*. Eam si lateri urbis boreali vel occidentali assignare liceret, tum fons nominis in aperto esset. Occurrit enim urbs vicina Lite (Lete veterum Macedonum), inter Thessalonicam atque Echedorum (Gallicum) fluvium sita; de qua egimus p. 65 sqq.

## CAP. VIII.

### AEDES PARTESQUE URBIS POTIORES.

1. *Ecclesiae et monasteria. Martyres aliique Sancti.* Antiquitatibus monumentisque ecclesiasticis omnes Graeciae urbes Thessalonica superat, coll. Leak. Trav. in north. Greece Vol. 3. p. 243.; id quod sequens tractatio in clarissima luce collocabit.

Tres ecclesias principales (*ἐκκλησίας καθολικὰς*) Thessalonica habuit seculis X. XI. XII.: sc. *ecclesiam Sophianam* (i. e. Sapientiae divinae s. *τοῦ Λόγου*); *ecclesiam Mariae deiparae*; *ecclesiam S. martyris Demetrii*, Thessalonicensium Rossorumque patroni. Hocque ipso ordine, qui dignitatem earum quasi theologicam dogmaticamque spectare vide-

---

92) Cam. l. c.: *Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τὴν ἄλλην πύλην, ἣν καλοῦσι Λιταίαν, πραχθῆναι συνέβη. Καθὼς γὰρ ἔφαμεν, τῶν ἄλλων τὰς μὲν πρὸς θάλασσαν ἐξαγούσας αὐτοὶ προκατεῖχον βάρβαροι κ. τ. λ.*

tur, jam Cameniata eas enumerat ad annum 903. narratione Sarazenica cap. 11.: *Ναοί τε γάρ τινες παμμεγέθεις καὶ περικαλλεῖς τῇ ποικίλῃ διακοσμήσει διὰ μέσου προβεβλημένοι τῆς πόλεως, ὥσπερ τινὰ κοινὰ πρὸς τὸ θεῖον ἱλαστήρια· καὶ τούτων μάλιστα ὁ τῆς παντουργοῦ καὶ θείας τοῦ ὑπερουσίου Λόγου σοφίας οἶκος, καὶ ὁ τῆς ἀειπαρθένου πανάγνου καὶ Θεομήτορος· ἀλλὰ μὲν καὶ ὁ τοῦ . . πανενδόξου καὶ καλλινίκου μάρτυρος Δημητρίου, ἔνθα τοὺς θείους ἄθλους διήνυσε, καὶ τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἐδέξατο.* Servat eundem plane ordinem Eustathius in oratione anno auspicando habita cap. 6. (Opusce. pag. 153, 2.), quae post bellum Normannicum scripta est, s. post annum Christi 1185 (cap. 28., pag. 157, 70. sq.): *Τῷ τε τῆς ἐνυποστάτου τοῦ θεοῦ Λόγου ἁγίας σοφίας, καὶ τῷ μεγάλῳ ναῷ τῆς ὑπεράγνου δεσποίνης ἡμῶν Θεομήτορος, καὶ τῷ τοῦ πολιούχου ἡμῶν μυροβλύτου μεγαλομάρτυρος.*

A. *Ecclesia Sophiana.* Eam primum locum inter tres ecclesias urbis principales tenuisse, modo exposuimus. [93]) Ejus mentio apud scriptores perquam rara videtur. Praeter locos enim Cameniatae Eustathiique aliquoties tantum verbis disertis memoratam invenio; primo in epistola pontificis Romani Innocentii III., archiepiscopo Neopatrensi etc. data (Innocentii III. Epist. 13, 13.), ubi occurrunt canonici S. Sophiae Thessalonicensis; deinde apud eundem Innocent. epist. 15, 86., quem locum infra in historia ecclesiae Demetriacae afferam; postremo (ad annum 1430) apud Jo. Anagnostam narratione Turcica c. 20., ubi inter (quatuor) ecclesias principales, Graecis a Murado II. Turca redditas, hanc nostram

---

93) Ecclesiam principalem (église metropolitaine) Demetriacam fuisse, male statuit Fel. Beaujour. in Tabl. du commerce de la Grèce Vol. I. pag. 43. Fuit Demetriaca nobilissima ecclessiarum Thessalonicensium, nec tamen prima (i. e. metropolitana).

fuisse, nullus equidem dubito, quamquam nomen ejus ibi non exprimitur. Obiter moneo, hanc ecclesiam Thessalonicensem formam Sophianae Constantinopolitanae referre (Pocock. Beschreib. d. Morgenl. Erlang. 1792. Vol. III. p. 215.), eandemque pristino aevo secutam fuisse instituta ejusdem Sophianae, sc. prototypi atque exemplaris omnium regni Graeci ecclesiarum Sophianarum. Testatur hoc Eustathius oratione anno auspicando habita cap. 6. (Opuscc. pag. 153, 13.); [94]) eodem vero referente (l. c.) festorum numerus ab ea actorum duobus minor fuit, quam quae Sophiana Constantinopolitana agebat. Commune cum Sophiana Constantinopolitana hoc quoque habuit, quod ligno sic dicto ad convocandos Christianos utebatur, non campanis, Italorum invento. V. Eustathii narrationem Normannicam cap. 122 (Opuscc. pag. 301, 40 — 70.), ubi Normannos istum ligni crepitum pro signo rebellium convocandorum habuisse narrat praesul festivus. Jam videatur *Pocockius* in Beschreib. d. Morgenl. Erlangae 1792. Vol. 3. p. 216.: *Die Kirche der h. Sophie ist gleichfalls eine Moschee. Sie ist einigermassen auf eben die Art, wie die Sophienkirche in Constantinopel, gebauet, und hat eine Kuppel, die mit schöner mosaischer Arbeit geziert ist. In der Kirche selbst und dem Portico stehen einige sehr schöne Pfeiler von Verd-Antique, und in jener ein Thron oder eine Kanzel von Verd-Antique, mit zwei oder drei Stufen, die aus einem Stück gemacht ist.* Paul Lucas Voyage (Amsterdam. 1720. T. I. p. 204.): *Je fus aussi visiter la mosquée, que l'on nomme encor sainte Sophie. Elle est très belle et en même tems très vaste. Le clocher y est encore; il est fait de pierres de taille et de briques,*

---

94) Eustath. l. c.: *Δυοῖν γὰρ ἑορταῖν ἐλλειποντος τοῦ τοιούτου καλοῦ* (sermo est de rogis ecclesiasticis) *πρὸς ἀκολουθίαν τῆς ἐν τῇ Μεγαλοπόλει μεγίστης τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, ἀνεπλήρωσα ἐγὼ κ. τ. λ.*

*comme le reste du bâtiment.* Hanc turrim memorat Eustath. narratione Normannica cap. 122. (pag. 301, 50.): *Μετὰ δὲ οὐ πολλὰς ἡμέρας, τῆς ἑορτῆς ἡμῖν ἐσαύριον ἀχθησομένης τῆς ὑψώσεως τοῦ παντίμου σταυροῦ, ἀνῆλθον μὲν οἱ ἱεροκήρυκες εἰς τὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς καθολικοῦ ἱεροῦ χορυφὴν, τὰ συνήθη τελέσοντες ἐν ἐπιτομῇ* (ligno signum daturi) *. . καὶ ὡς ἐσήμαναν τῷ ξύλῳ τὴν ἑορτὴν τρανέστερον, πάλιν οἱ βάρβαροι κ. τ. λ.* Felix Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 45.: *Sainte-Sophie a été faite sur le modèle de cette de Constantinople. Elle est exactement dans les mêmes proportions; mais elle est d'un tiers plus petite. La tradition porte, qu'elle fut construit du temps de Justinien, sur les desins de l'architecte Anthémius, le même, qui, quelques années auparavant, avait bâti Sainte-Sophie de Constantinople. Les formes de ces deux édifices ne sont pas de ce goût pur, de cette noble simplicité qui plaisent tant dans les monuments Atheniens. Mais on ne peut s'empêcher d'admirer l'idée hardie d'un plan circulaire, établi sur des arcades réunies ou liées ensemble par des pendentifs: construction, qui a servi de modèle à tous les dômes faits depuis. Il faut avouer encore que l'ensemble des deux Sainte-Sophies a quelque chose imposant, mes les details en sont mesquins; et sans cette foule de colonnes de verd antique, qui éblouissent des yeux européens, je suis persuadé, que les beautés de la Sainte-Sophie de Constantinople ne seraient plus admirées, que celles de la Sainte-Sophie de Salonique, à moins, qu'on n'aime mieux croire, que les voyageurs se lèguent mutuellement leur admiration.* Cousinéry in voyage dans la Macédoine Vol. I. p. 44.: *La facade* (ecclesiae Sophianae) *est ornée d'un portique octostyle, dont quatre colonnes sont de vert antique, et quatre de marbre blanc. L'interieur n'a rien de remarquable, que la mosaique de la coupole, où sont représentés les douze apôtres, sur un fond-couleur d'or. Cette mosaique se dé-*

*grade journellement, et le sacristain tire parti des fragmens, qu'il vend aux Européens.*

Leake travels in northern Greece Vol. 3. p. 241.: *Ai Sóphia is a mosque, so called by the Turks, and which like the celebrated temple at Constantinople, was formerly a church dedicated to the Divine Wisdom. The Greeks assert it to have been built by the architect of St. Sophia, of Constantinople: its form at least is similar, being that of a Greek cross with an octastyle portico before the door, and a dome in the centre, which is lined with mosaic, representing various objects much defaced; among these I can distinguish saints and palm trees. The Turks, contrary to their usual custom of destroying, or at least of hiding with a coat of plaster, the figures in the Greek churches which they have converted into mosques, have allowed all the figures of St. Sophia to remain, with the exception of a piece in the centre, which they have replaced by an Arabic inscription, having been justly shocked, perhaps, by a huge human face, looking down, as I have frequently seen in Greek churches, and which is generally inscribed with the word Παντοκράτωρ.* Alia de hac ecclesia v. inferius.

B. *Ecclesia Mariae Deiparae.* Non crebrior secundae ecclesiae Thessalonicensis mentio, quae nomen e Maria deipara traxit; quod nemo mirabitur, qui tertii templi, Demetriaci, magnificentiam atque honores non summo digito tetigerit. Hoc enim templum reliquis omnibus tenebras quasdam offudisse patet. Jamque de hac Mariana ecclesia vide Anonymum in Actis Sanctorum l. c. cap. 161. (pag. 163.): *Πρὸς τῷ πανυμνήτῳ τεμένει τῆς ἀχράντου Θεοτόκου, τοῦ ὄντος* (l. *τῷ ὄντι*) *πρὸς τῷ αὐτῷ* (l. *αὐτῷ τῷ*) *λιμένι.* Is locus spectat belli Slavici tertii tempora, quae narravimus Dissert. histor. p. 51 sqq. Illud vero urbis latus (occidentale, inquam), vel lateris ejus pars memorata muris tum (sec. VII.) caruit, de quo videndus Anonymus in AA. SS. l. c. cap. 161. p. 161.:

Ἀτειχίστου τοῦ τοιούτου καθεστῶτος τόπου. Erat ibidem μόλος (*moles, molo*), muris et ipse carens. Anonymus l. c. cap. 161. p. 163.: Ἐν τῷ ἐκεῖσε μόλῳ, καὶ αὐτῷ ἀτειχίστῳ. De hac mole, immo de multis aliis inclytae urbis partibus doctius post nos aget, qui civitatem postero tempore suis oculis hasque nostras pagellas (si lubet) manu tenens lustraverit. Monuisse talia doctisque significasse sufficiet. Aliam Thessalonicensium ecclesiam Mariae dicatam paulo inferius illustrabimus. Ceterum Anonymi loco de ecclesia Mariae Deiparae addo Cameniatam l. c. cap. 11. (a. 904.), quem locum supra dedi p. 108.; dein Eustathii locum ibidem allatum (orat. anno auspic. habita cap. 6.); denique (a. 1430.) Jo. Anagnostam narrat. Turc. c. 20., quamquam ibi nomen ejus claris verbis non exprimitur. Quando tum haec, tum Sophiana ecclesia condita sit, de eo ab aliis, duce historia, edoceri velim. Incolarum opinionem s. veterem famam antiquam refert Felix Beaujour supra allatus p. 110.

In hujus ecclesiae parte quadam subterranea initium cepit festum S. Demetrii (quod agebatur Oct. 26—28.), et quidem vespere mensis Octobris 25. Pompa sacra ab hac ecclesia in ecclesiam Demetriacam ducebatur. Videantur Gregorii (Palamae) Thessalonicensis X orationes rell. Ed. Matthaei. Mosqu. 1776. p. 10.: Ὁρᾶτε τὸν μυροχεύμονα τοῦτον (imaginem S. Demetrii, in ecclesia Mariae puto suspensam), οὗ προσάγουσαν τὴν μνήμην τῆς ἁγίας μαρτυρίας προεορτάζειν ἠρξάμεθα σήμερον (25. Oct.). Idem pag. 52 sq.: Στοά τίς ἐστιν ὑπόγειος ἐν τῷ ναῷ τῆς ἀειπαρθένου καὶ Θεομήτορος, οὗ (l. ἧς) καταφυγὴ τὸ ἐπώνυμον, ὅθεν ἔθος ἐστὶ παλαιὸν τῆς τοῦ μεγαλομάρτυρος πανηγύρεως τὴν ἀρχὴν δι' ἔτους ποιεῖσθαι, κακεῖθεν διὰ τῆς λεωφόρου μεθ' ὕμνων τῶν πρὸς αὐτὸν ἀνιόντας, ἐνθάδε (in ecclesia S. Demetrii) ταύτην ἀνύειν καὶ εἰς τέλος ἄγειν τὴν ἑορτήν. Τῆς οὖν ἀσεβείας ἐπικρατούσης...

ἐμφιλοχωρῶν ὁ μάρτυς τοῖς ὑπογείοις ἐκείνοις, μετεδίδου τοῖς προσιοῦσι τῆς οὐρανίου διδασκαλίας, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς ἀσεβείας... ἐπ' αὐτὸν καταφεύγουσι τὸν εὔδιον λιμένα τῆς εὐσεβείας, μετ' ἀδείας τὰ Χριστιανῶν ὑπετίθετο καὶ ἐτέλει. Καὶ οὕτω καταφυγὴ μὲν ὁ θειότατος ὑπῆρχε τηνικαῦτα μάρτυς πάντων τῶν εὐσεβεῖν αἱρουμένων· καταφυγὴ δὲ καὶ τόπος ἐντεῦθεν ἐκλήθη. Prope ad mare, i. e. in inferiori parte urbis, hanc ecclesiam sitam esse, praeter Actorum locum allatum docet Gregorii vox ἀνιόντες (adscendentes). Ecclesia S. Demetrii est in altioribus Thessalonicae partibus.

C. *Ecclesia S. Demetrii martyris.* Eam media in urbe sitam esse testatur Demetrii Cydonii monodia cap. 3.: Ὅς (S. Demetrius) ἐν μέσῃ τῇ πόλει κείμενος κ. τ. λ. Ipsius Sancti, Thessalonicensium patroni, [95]) res gestas ac miracula spissi voluminis librum requirere, in Dissert. histor. p. 23. monuimus; qui commode scribi non poterit, nisi cum Acta Sancti Graeca novis, ut decet, curis emendatius pleniusque edita fuerint; quae pleniora habuit paulo inferius a me laudatus Damascenus homiliâ XXXV (p. 500 sqq.). No-

---

95) De S. Demetrii patrocinio Thessalonicensi sufficiant duo Eustathii loca (Opuscc. p. 153, l. 270, 10). Nubem testimoniorum is afferet, qui post Cornelium Byeum et Nos Sancti sacra peculiari (quod sperandum est) diatriba illustrabit. Cui nunc satis erit subministrare Joannis Stauracii ms. locum de miraculis S. Demetrii, quem protulit Leo Allatius ad G. Acropolitam annal. c. 13.; item Nicolai patriarchae locum e monodia in excidium Thessalonicae (Leo Allat. ad Acropol. c. 45.). Quanto vero honore vel ultimis imperii Byzantini seculis ibi habitus fuerit, testatur memorabilis Georgii Acropolitae locus histor. cap. 45: Μὰ τὸν σὸν καὶ ἡμῶν ἁπάντων (adde δεσπότην) Δημήτριον, τὸν κηδεμόνα τῆς Θεσσαλονίκης καὶ πολιοῦχον (οὗτος δὲ ὁ ὅρκος παρὰ Θεσσαλονικεῦσι πλέον τῶν ἄλλων ὅρκων ἰσχύει) κ. τ. λ. De Demetrii festo s. Demetriis agam in fine totius dissertationis.

strae commentationis est, ecclesiam summi Martyris Thessalonicensem in luce historica collocare.

S. Demetrii martyrium in Maximiani Galerii imperium annumque Christi 306., non ultra, probabiliter incidere, in Dissert. hist. p. 30. monuimus, quibus jam sequentia addimus. In annum Christi 311 eam ob causam S. Demetrii passio incidere vix potuit, quod eo ipso anno Galerius imperator decretum suum de Christianis, a. 303 (24. Febr.) ab ipso et Diocletiano promulgatum, revocavit (Manso, Leben Constantins des Grossen, p. 354. 359.). Deinde non Maximianus Herculius Christianorum fuit persecutor, sed Diocletianus et C. Galerius Valerius Maximianus Armentarius, ut pleno Augusti nomine utar. In tempore vero passionis Demetriacae constituendo is annus maximopere eligendus est, quo Galerius a sede sua imperiali Thessalonica non abfuit, qui erit fere annus 306. Is mihi cum Cornelio Byeo etiamnunc maxime probabilis annus videtur. Anno autem 311 Demetrium suum publice jam colere poterant Thessalonicenses Christiani, quod tamen non extemplo factum esse, reliquorum martyrum historia ostendit. Fine tamen seculi IV sacra S. Demetrii Thessalonicensia non posteriora esse, satis ostendit fama incolarum montis Atho, Thessalonicae vicini, ubi Placidia, Theodosii M. filia, templum in honorem S. Demetrii exstruxisse fertur, de qua re videndus Jo. Comnenus medicus in graeca descriptione montis Atho p. 467 sq., quem libellum, a. 1701 primo editum, Palaeographiae suae Graecae adjecit Bernardus de Montfaucon p. 433—509. Quid? quod anno CCC ponit principatum s. imperium Maximiani Herculii (immo Galerii) et martyrium S. Demetrii Damascenus hypodiaconus Studites Thessalonicensis in thesauro s. homiliis neograece (Venet. 1603) editis, homiliâ 35., sc. martyrio S. Demetrii p. 501. De cultu S. Demetrii in Dissertatione nostra p. 30. monuimus: *Corpus ejus, ut malefici abjectum, amici*

*clanculum sepeliere.* [96]) *Brevi post, cum fides Christiana auctoritatem publicam nacta esset, pro Sancto habitum, nullus equidem dubito: quanquam clara ejus rei testimonia non extare videntur.* Ergo S. Demetrius primo clanculum a suis cultus videtur, brevi post publice. Sacra ejus publica tum maxime initium habere poterant, cum corpori ejus imposita esset aedes, i. e. post annum 311.; quamquam de reliquiis Sanctorum suorum mysterio quodam usos Thessalonicenses constat, coll. Dissert. hist. p. 32. Ceterum eodem seculo, quo obiit, aedem habuisse summum martyrem, id per se non improbabile est, suadetque temporum ratio, quod e sequentibus elucebit. [97])

1. *Prima S. Demetrii ecclesia.* Condita martyri per temporum decursum apud Thessalonicenses templa tria. Parvum atque humile templum antiquissimum s. primum fuisse, veterum loca ostendunt. Anonymus Anastasii Bibliothecarii cap. 10. (AA. SS. l. c. c. 10. p. 89.): *Cum jam fuisset meritum martyris* (Demetrii) *divulgatum, Leontius quidam, Deo amabilis vir, adornans thronum Illyricorum praefecturae,* [98]) *domum, quae sanctissimum continebat martyris cor-*

---

96) Id factum esse eodem loco, quo interfectus est Sanctus, narrat Damascenus hypodiaconus homil. pag. 503. 506. (ed. Ven. 1603); quo auctore non usum video Cornelium Byeum, cum Acta S. Demetrii ederet. Fuere balnei publici cryptae s. camerae, prope stadium.

97) In carcere S. Demetrium necatum constat. Ibidem postea sepultum dicit menologium Basilianum ad 26 Oct. (p. 143.), ubi videatur antiqua carceris figura. Titulus libri satis rari est: Menologium Graecorum, jussu Basilii (II., Porphyrogeniti, a. 976–1028) imperatoris Graeci olim editum... Studio et opera Annibalis Tit. S. Clementis Presbyteri Cardinalis Albani (3 Voll. fol. Urbini 1727.).

98) Constantini M. imperio hunc Leontium assignat Damascenus l. c. p. 506: *Φλαμονάριος* (vexillifer) *εἰς τὴν Μεγαλοβαχίαν*.. Recuperaverat Leontius sanitatem in Sancti sepulcro. Damascenus Actis usus est paulo plenioribus, quam sunt ea, quae

*pus, cum humillima esset et undique obruta et coangustata porticibus balnei publici ac stadii, universa nocentia* (l. obstantia) *mundavit et expurgavit, praediisque amplioribus dilatavit* (l. ditavit) *eam, et erexit ibi oratorium in honore* (l. honorem) *sancti Martyris Demetrii.* Simeon Metaphrastes in Actis Sanctorum l. c. p. 104. cap. 23.: *Καὶ τὸν μικρὸν οἰκίσκον, ὃς τὸ ἱερὸν εἶχε τοῦ μάρτυρος σῶμα, ἐπὶ βραχέος κομιδῆ καὶ στενοῦ τοῦ σχήματος ὄντα, τοῖς περιβόλοις τε τοῦ λουτροῦ καὶ τῷ σταδίῳ ἀπειλημμένον, καταστρέψας αὐτὸς, ναὸν ἐν αὐτῷ τῷ ἄστει Θεσσαλονίκης ἐξ αὐτῶν ἐδείματο τῶν κρηπίδων, ὃς νῦν ὁρᾶται μέσος τοῦ δημοσίου λουτροῦ καὶ τοῦ σταδίου διῃρμένος* (l. *διηγερμένος*), *οὐδενὸς τῶν ἄλλων, ὅσοι πρὸς ϑαῦμα καὶ ἡδονὴν ὀφϑαλμοὺς κινοῦσι, κάλλους ἢ μεγέϑους* (l. *κάλλει καὶ μεγέϑει*) *ἀπολειπόμενος.* Ubi erratum in eo vides, quod templum secundum suo aevo durasse dicit Simeon Metaphrasta, seculi noni decimique scriptor, [99]) cujus aevum videbat Demetrii templum tertium, fine seculi septimi erectum, non secundum. Templum vero Demetrii primum disertis verbis memorat Pseudoioannes Thessalonicensis, Simeone Metaphrasta antiquior, sc. seculi septimi scriptor, in Actis SS. l. c. cap. 15. p. 109.: *Σεβάσμιος οἶκος αὐτοῦ* (S. Demetrii). Idem cap. 16. (p. 109.): *Πάνσεπτος ναὸς αὐτοῦ.* Male tamen, quod piis veterum viris haud raro accidere solet, idem Pseudoioannes magnificentiam (*εὐπρέπειαν*) templi secundi in primum transfert l. c. cap. 16. (p. 109.). Non in hac,

---

edidit Byeus. Constantini vero aevo Sanctum, Thessalonicae alterum post D. Paulum decus, aediculam habuisse, probabilius est, quam toto seculo post. Leontium, templi secundi conditorem, anno 412. vel 413. tribuit Byeus l. c. pag. 68. Certe hoc tempore Illyrici praefectus fuit Leontius quidam, monente Gothofredo ad Theodos. Cod. Vol. 6. p. 369.

99) Hanke de Byzantinarum rerum scriptoribus graecis pag. 423 sqq.

sed in secunda S. Demetrii ecclesia Mariani, praefecti Illyricorum, sanatio mirifica evenit, de cujus viri aetate cfr. Cornel. Byeum in praevia commentatione ad Acta S. Demetrii l. c. p. 76.

2. *Secunda S. Demetrii ecclesia.* Eam igitur, vigente magis magisque Sancti cultu, seculi quinti initio conditam, supra narravimus not. 98. Summum hujus aedis decus argenteum fuit ciborium s. conditorium S. Demetrii, coll. Pseudoioanne in Actis SS. l. c. cap. 22. p. 111., quae verba primum bellum Slavicum finemque seculi sexti spectant: *Τὸ λεγόμενον κιβώριον τὸ ἀργυροῦν τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, ἔνθα φασίν τινες κεῖσθαι ὑπὸ γῆν τὸ πανάγιον αὐτοῦ λείψανον.* Idem ibidem: *Τὸ ὂν αὐτόθι ὡσανεὶ κραβάτιον ἐξ ἀργύρου, ἔνθα καὶ ἐντετύπωται τὸ θεοειδὲς προσώπιον τοῦ αὐτοῦ πανσέπτου ἀθλοφόρου.* Ciborium iterum memorat idem auctor cap. 83. p. 134.: *Τὸ θεοδώρητον τέχνασμα .. τὸ παρ' ἡμῖν καλούμενον κιβώριον.* [100]) Id vero artificium in antecedentibus (cap. 82. pag. 133.) his verbis describitur: *Τὸ ἱερόσκευον ἐκεῖνο καὶ περικαλλὲς δημιούργημα, κατὰ μέσον τοῦ ναοῦ πρὸς τοῖς λαιοῖς πλευροῖς ἐφιδρυμένον ἑξαγώνῳ σχήματι, κίοσιν ἓξ καὶ τοίχοις ἰσαρίθμοις ἐξ ἀργύρου δοκίμου καὶ διαγεγλυμμένου μεμορφωμένον, καὶ τὴν ὑροφὴν ὡσαύτως ἀπὸ τῶν ἑξαγώνων πλευρῶν κυκλοφορικῶς ἀνίσχουσαν, καὶ εἰς μίαν στρογγύλην ὡς ἐκ ποδὸς ἀπολήγουσαν σύνδεσιν, σφαῖράν τε ἀργυρέαν μεγέθους οὐ μικροῦ φέρουσαν ἄνωθεν, ὑφ' ἣν ὡς κρίνου βλαστοὶ θαυμάσιοι περιέχονται· ὧν πάντων ἐπάνω τὸ κατὰ τοῦ θανάτου πεπηγὸς τρόπαιον ἀκτινοβολεῖ,*

---

100) Barbaro-Graece dicitur *κιβοῦρι*. Chronicon Moreae libro II. pag. 177. ed. Buchon.: *Εἰς τὸ κιβοῦριν.* Quid in ecclesia Latina *ciborium* significet, notum est et apertum. Mihi Graecorum *κιβώριον* (arcula sepulchralis) corruptum videtur e *κιβώτιον*.

τῷ μὲν ἀργυρέῳ δημιουργήματι τὰς τοῦ σώματος ὄψεις παρασκευάζον ἐκπλήττεσθαι, τῇ δὲ τοῦ Χριστοῦ νοήσει τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς τοῖς οὐρανίοις καταυγάζον χαρίσμασιν, ὁ ζωοποιός φημι καὶ τίμιος τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν σταυρός. De hoc artificio vide eundem Auctorem ibid. cap. 60. (p. 125.), ubi memorantur argenteae ciborii (cibotii, i. e. arculae) Demetriaci januae. [1]) Cereis illuminabatur hoc conditorium (Id. ibid. cap. 61. 63. p. 126.). Feretri vero, super quo S. Demetrius ibidem cubabat, mentionem injicit idem Auctor ibid. cap. 63. (p. 126.): Ἐκ τοῦ ἁγίου σκίμποδος; quam monumenti partem subterraneam attigimus quoque in Dissert. histor. pag 50. Isque ipse monumenti puto locus est, unde quibusdam temporibus sacri unguenti magnam copiam ebulliisse narrant; quod prodigium s. beneficium divinum, quamquam in tertiae potissimum ecclesiae historia occurrit, jam nunc pauculis attingam.

S. Demetrius a Diis gentilium medicis vix alia re discernendus videtur, quam quod suo ad Patrem Filiumque aditu suaque intercessione preces piorum adjuvare creditur, cum Dii gentilium suo potissimum nomine opem tulerint. In ipsa medicina parum discriminis video. Sunt incantationes, incubationes, forte etiam balnea, cett., quibus gaudet cultus Demetriacus, a paganorum sacris parum diversus. [2]). Sanctorum deinde cadavera bene olere credebantur non aliter, ac invisibilis Dei cujusdam gentilium praesentia fragore quodam unguenti delicatioris significabatur. His accedit olei usus

---

1) Alibi tales Sanctorum loculi λάφναχες dicuntur. Videatur Theophanes in chronographia p. 324. ed. Ven. Cedrenus p. 378. ed. Ven. (uterque de loculo S. Nicolai myroblytae in urbe Aeolidis Myra agens).

2) Praeter alia somniis quoque vim suam exercuit Sanctus; cujus rei tum alia alibi exempla attuli, tum memorabilis locus extat apud Jo. Stauracium ms. de miraculis S. Demetrii, quem attulit Leo Allatius ad Georgii Acropolitae annales cap. 13. (p. 236 sq. ed. Bekker.).

medicus, quem temporum Christianorum decursu mysticum s. magicum evasisse, nota res est, coll. olei moribundis inuncti historia. Jam quid mirum, quod in Sanctorum Martyrumque medicorum grege quidam extiterint, qui semper quidem, maxime vero certis temporibus unguento, e reliquiis ipsorum emisso, sanarent, *myroblytae* dicti, de quibus videndus Du Cangius glossar. Gr. vv. μῦρον et μυροβλύται? Horum celeberrimus est noster Demetrius, *myroblyta* dictus κατ' ἐξοχήν, cujus historiam et sacra occasione alia oblata uberius exponam. Ejus unguentum non tantum in singulis morbis magnam utilitatem habebat; [3]) verum etiam, ubi incidisset calamitas Thessalonicae publica, ut jugis aquae fons e sepulcro Sancti scaturiebat. [4]) Quod factum est anno 1185 in Normannica urbis expugnatione, referente Niceta in vita Andronici Comneni I, 9.; quamquam barbaros istos his deliciis ad ungenda calceamenta piscesque assandos abusi dicuntur (Nicetas l. c.). Idem prodigium a. 1430 accidit, quum capta esset urbs a Murado II. Turca, referente Jo. Anagnosta (narrat. Turc. cap. 16.). Verum isti Turcae Normannis christianis magis pios se praestabant. Eorum enim milites unguentum, per plures dies manibus suis haustum, ut medicinam mirificam

---

3) Praeter varia exempla in Actis a Byeo editis cfr. Eustath. opuscc. p. 173, 20—50. 174, 90. 175, 1. 10. Cantacuz. I, 53.

4) S. Demetrii unguentum nostro quoque aevo habent templa quaedam montis Atho (Jo. Comnenus in Descript. montis Atho ap. Montfauc. palaeogr. pag. 464. 474. 482); item ejus sanguinem (Jo. Comn. l. c. p. 485). Graeci Thessalonicenses num iisdem donis hodiedum gloriari possint, ego non legi. Quid? quod ne compertum quidem esse videtur, num aedem aliquam Demetriacam habeant, postquam magna illis ecclesia Demetriaca (incertum quando) a Turcis iterum abstracta fuit. Alium myroblytam prisco aevo Thessalonica habuit, sc. Nicolaum, de quo v. Nos infra. SS. Demetrii Nestorisque sacra juncta fuisse, docet Damascenus homil. XXXV (p. 511.). Adde Nos paulo inferius, ubi de S. Nestore agemus.

in deverticula sua asportabant. Quod non mirabitur, qui S. Demetrium a barbaris quoque non christianis, e. g. Turcis, cultu quodam atque honore ornatum sciverit, quod non obscuris verbis testatur Eustathius Opuscc. pag. 167, 25 sq. 173, 57–96. 174, 1—62. Estque Sanctus apud hodiernos quoque Turcas in magna veneratione, coll. Cornelio Byeo in praev. comment. ad AA. SS. l. c. p. 87. cap. 145. Oleum hoc mirificum „e corpore Sancti manare, corpusque ei ut mirifico balsamo innatare" dicit Josephus de Hammer (Histor. Osman. Pest. 1827. T. I. p. 434. 435.); quod unde comperit vir celeberrimus, ego non inveni. Praeter Acta enim pridem, e. g. per Cornelium Byeum, edita, ea imprimis, quae ego primus evulgavi (Eustathii Opuscc. p. 166—182.), de artificio machinaque hujus miraculi silent; neque multum lucis ministrabit inscriptio vasculi argentei graeca ab A. Maio edita (Scriptorum vett. nova Collect. Vol. 3 Sect. I. pag. 140.): *Αὕτη ἡ στάμνος φέρει μῦρον ἅγιον ἐκ τοῦ φρέατος ἀντλήσασα, ἐν ᾧ τὸ σῶμα τοῦ μυροβλύτου, θείου Δημητρίου, τοῦτο ἀναβλύζον κεῖται.* Puteus enim poetice electus esse videtur, neque multa secula durare cadaver existimo, quod oleo innatat. Acquiescendum in simplicitate veteris narrationis, quae certis temporibus magnam olei copiam e monumento S. Demetrii manasse perhibet. De hoc unguento adi quoque Corn. Byeum l. c. cap. 94 sqq. p. 73 sqq. Deinde moneo, praeter S. Demetrium myroblytam civitatem nostram Sanctam quoque myroblytida habuisse, nomine Theodoram, coll. Jo. Anagnosta in narratione Turcica cap. 16.: *Ταύτην τὴν πομπὴν* (nudationem et protractionem corporis sacri) *ἐπεδείξαντο γνώμην καὶ περὶ τὸ τῆς ὁσίας καὶ μυροβλύτιδος Θεοδώρας ἱερώτατον λείψανον, ὃ καὶ ὡςεπιπολῆς κείμενον ἀπερρύη τε κατὰ γῆς ... καὶ κατεθράυσθη εἰς μέρη.* [5]) Ea Sancta peculiarem aedem sive monasterium

5) S. Demetrii membra postmodum a Graecis collecta, inque pristinam formam conjuncta dicit Josephus de Hammer l. c.

Thessalonicae habuit, teste Georgio Phrantza II, 4.: *Abduntque se in monasterium S. Theodorae.* [6])

Habebat haec secunda S. Demetrii ecclesia praeter Sancti ciborium imaginem musivam, quae Mariani supra (p. 117.) memorati sanationem referebat. Pseudoioannes in AA. S. Demetrii l. c. c. 23. (p. 111.): *Τὴν ἐκ μουσείου συντεθειμένην ἐκεῖσε γραφὴν ἔξω τοῦ ναοῦ πρὸς τὸν ἀφορῶντα τοῖχον ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως στάδιον.* Ubi moneo, ab hujus loci sensu prorsus aberrasse Cornelium Byeum, Graecorum editorem interpretemque Latinum.

Expositioni secundae ecclesiae pauca addo. Primae Slavicae obsidionis die primo ciborium S. Demetrii igne absumtum vidimus (Dissertat. histor. pag. 42.). Quod evenit fine seculi VI (brevi ante annum Christi 597.). Refectum est paulo post monumentum, maxime hominum piorum munificentia; de quo videndus Pseudoioannes l. c. cap. 58. p. 124. Hocque ipsum artificium restitutum (sive ciborium secundum) in antecedentibus a me significatum est. Ecclesia S. Demetrii secunda (fine seculi VII) quum flammis absumeretur, quid tum huic ciborio evenerit, nondum equidem inveni; illam enim Actorum partem non plenam edidit vir reverendus, Cornelius Byeus l. c. In historia belli Sarazenici (904) hu-

---

p. 435., citans Jo. Anagnostam cap. 16. Ibi tamen de *S. Theodora* hoc narratur, non de *S. Demetrio*. Quid tum circa S. Demetrii corpus evenerit, Jo. Anagnosta claris verbis non aperit. Anno vero 1185 Normanni Siculi S. Demetrio crus abstulerunt. Eustath. narrat. Normann. cap. 103. (Opuscc. p. 296, 65.): *Καὶ μὲν καὶ τὸν ἕνερον ἀπήγαγον* (Sancto) *τοῖν ποδοῖν, ἵνα τάχα τὸ ποδῶκες τῆς ἐξ ἐκείνου δίκης ἐκκλίναιεν.*

6) Nata erat haec Sancta in insula Aegina. V. ejus vitam in Actis Sanctorum ad 5 Mai. (T. I. p. 405 sqq.). Est ibi encomium ejus per Nicolaum Cabasilam, Archiepiscopum Thessalonicensem. Graeca hujus encomii ibidem leguntur in Appendice p. LV sqq., ubi Sancta dicitur *μυροβλῦτις*.

jus artificii mentio nulla recurrit: ablatum vero spoliatumve hoc cimelium praeter alias innumeras ecclesiarum opes a Moslemicis praedatoribus fuisse, quis est, qui lecto Cameniata non rite suspicetur? Quanquam is scriptor in narranda rapina Sarazenica multo parcior Eustathio est, belli Normannici (1185) diligentissimo scriptore. Is igitur S. Demetrii monumentum s. sepulcrum, in ipsius ecclesia positum, a Siculis spoliatum, Sanctoque alterum crus ablatum narrat cap. 103. (Opuscc. p. 296, 50—90.). Ad seculum XIV S. Demetrii conditorium (*τὴν ἁγίαν σορὸν*) memorat Cantacuz. histor. I, 53.: *Ἦκεν* (imperator a. 1328) *εἰς τὴν ἁγίαν σορὸν Δημητρίου τοῦ μάρτυρος καὶ μυροβλύτου, ἅμα μὲν προσκυνήσων αὐτὸν .. ἅμα δὲ καὶ .. ἀμειψόμενος εὐχαριστίαις.* Imperatoris deinde vulnus oleo Sancti mirifico statim sanatum est (Cantacuz. l. c.).

Demetriacae ecclesiae secundae alium veteris scriptoris locum assignò, sc. e Synaxario s. Martyrologio Graeco, quo libro Cornelium Byeum, cum Acta S. Demetrii ad Octobr. VIII. ederet, non usum video. Asservatur hujus libri apographum, M. Crusii manu factum, in bibliotheca academica Tubingensi, signatum SS. 59. fol. Dicitur *συναξάριον* (ms. p. 394.), item *ἑξάμηνον*, utpote sex menses, non amplius, comprehendens, sc. Sept. — Febr. Auctor libri eodem loco dicitur *χαρτοφύλαξ* quidam fuisse. In fine ejusdem loci additur nomen *Συμεών*, incertum, libri possessor vetus aliquis, an auctor. Librum hunc descripsit M. Crusius e cod. academiae Basil., qui olim fuerat cardinalis Ragusini (ms. p. 396.). Graecus igitur scriptor (ms. Tubing. p. 109., ms. Basil. fol. 40.): *Ἰλλούστριος δέ τις, κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνην πρωτοσπαθάριος, τῷ τοῦ ἁγίου προσεδρεύων σηκῷ, ἐργάτης τῆς ἀρετῆς ἐγνωρίζετο. Οὗτος ἔφη, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἐπὶ Μαυρικίου βασιλέως τῶν Ἀράβων* (l. *Ἀβάρων*) *πολέμου τεθεᾶσθαι δύο ἄνδρας εἴδει καὶ μεγέθει διαπρεπεῖς, καὶ οἵους ἐν προσώπῳ βασιλέως τιμᾶσθαι καὶ παρίστασθαι, ἐπεισιόντας μὲν*

τῷ ναῷ ἔξωθεν, πρὸς δὲ τὸ λεγόμενον τρίβολον διαγενομένους (ἀρχὴ δὲ τοῦτο τῆς πρὸς τὸν ναὸν εἰσόδου, καὶ μεθώριον τῶν πρὸς ἑσπέραν αὐτοῦ Θετταλῶν [l. Θετταλικῶν] μεγάλων δύο εἰκόνων), εἰπεῖν τῷ ὑπηρέτῃ, ἀναγαγεῖν αὐτοὺς τῷ κυρίῳ τοῦ οἴκου κ. τ. λ. Sequuntur deinde quaedam de ciborio s. sepulcro S. Demetrii in eadem ecclesia posito, ubi v. κιβώτιον occurrit, pro v. κιβώριον, de qua forma posteriori egimus in Dissert. hist. p. 50.; mihique omnino κιβώριον, ubi de mortui alicujus loculo occurrit, corruptum nunc esse videtur pro κιβώτιον, scil. diminutiva forma vocis κιβωτὸς (arca). Num hic liber unus idemque sit cum aliis s. Menologiis s. Synaxariis, pridem editis, ego nondum exputavi: alii post me inquirent.

3. *Tertia S. Demetrii ecclesia.* Secundam ignis consumsit fine seculi septimi (post annum puto 600.), de quo egimus in Dissert. hist. p. 58. 59. Brevi post fuisse tertiam conditam, Acta SS. ibidem allata testantur, quod clarius patebit, si quis post Cornelium Byeum illam narrationis partem plenius ediderit. Habuit autem (coll. nobis l. c. p. 53.) haec tertia aedes imaginem, referentem belli Slavici tertii conflictum; de quo videndus Anonymus (seculi octavi scriptor) in AA. SS. l. c. cap. 167. (p. 165.): ... ἐν γραφῇ τυχάνουσιν πρὸ τοῦ παναγίου τεμένους τοῦ ἀειμνήστου μάρτυρος Δημητρίου, τοῦ πρὸς τῷ μέρει τοῦ καλουμένου ξύλου, δηλοῦντα τὴν ἅπασαν τοῦ πολέμου παράταξιν. Aliis quoque artificiis eandem ecclesiam decoratam fuisse, unusquisque suspicabitur. S. Demetrii imaginem per belli Slavici quinti occasionem attigimus l. c. p. 63. Quae num in ipso Sancti templo posita fuerit, nec ne, equidem nescio. Ceterum Sancti imagines diu post in ejus templo suspensas videmus (Anna Comn. lib. 5. p. 138. 139. ed. Paris.), quae Alexii I. imperatoris somniantis animum satis depressum refecere, cum in Thessalia adversus Normannos bellum gereret a. 1082. Jamque haec tertia Demetrii ecclesia non alia prorsus mihi esse videtur

ac ea, quam omnes post seculum Christi septimum scriptores Graeci, Latini, Moslemici, Britannici, Francici, rell. memorant, celebratissimum illud templum Thessalonicense, summa, cum Graecorum esset, religione popularium S. Demetrii cultum, ab ultimis inde tribus quatuorve seculis fanum Turcarum Thessalonicensium primarium. Quodsi enim haec tertia ecclesia quoquo modo destructa unquam fuisset, velut secunda, vel etiam collapsa, num hujus calamitatis omnem memoriam interituram fuisse putabis? Immo tacent ultimi Actorum S. Demetrii scriptores, Cameniatâ tum anteriores, tum posteriores; tacent Thessalonicensium rerum enarratores peculiares, Cameniata, Eustathius, Demetrius Cydonius, Jo. Anagnosta; secundi autem scriptoris orationes epistolaeque copiosae quomodo ejusmodi rem omittere poterant? Tacent praeter reliquos Byzantinae historiae chronographos ii potissimum, quī Comnenorum aevum suis curis illustrarunt, quo tempore florentissima fuit Thessalonica (Eustath. narrat. Normann. cap. 2. pag. 268, 40., coll. aliis Ejusdem locis, quos supra attuli pag. 31 sq.); tacent praeter alios seculi decimi quarti scriptores graeci, Nicephorus Gregoras et Cantacuzenus eximperator, Thessalonicam vix rarius quam ipsam Constantinopolin memorantes, all. Est igitur, praeter alias ecclesias ejusdem civitatis, hoc ipsum templum antiquitatis satis venerandae monumentum, vetustissimis, quae aevum tulerunt, Christianae fidei aedificiis adnumerandum, sc. seculi VII opus; quod per tot seculorum decursum quandoque instauratum fuisse, per se probabile est, quanquam de eo quoque tacere Graecorum annales video. [7]) Namque ad eam rem nolim uti

---

7) Aliud videtur Leakio, qui in libro suo: Travels in northern Greece Vol. 3. pag. 242. haec habet: *St. Demetrius is a long church with a triple aisle, supported by a double order of columns of several kinds of variegated marble, and very much resembling an old latin church, such as are*

abutive inscriptione graeca Thessalonicensi, in eodem templo asservata, quam post Paulum Lucam (itin. As. minor. etc. Amsterd. 1714. T. I. p. 317. Nr. 50.) publici juris fecit Cousinerius in itinerario Macedonico Vol. I. p. 42 sq., in honorem vero Graeci cujusdam, Lucae Spantunae, tanquam instauratoris ecclesiae Demetriacae (ut Cousinerio visum), facta. Quod ultimum e verbis graecis me oculatior doctiorque extricabit; ego enim praeter viri ignoti encomium satis amplum annumque mortis nil mehercule in tota inscriptione deprehendi, quam sic legendam puto:

*Αὔχημα δειχθεὶς τοῦ τῶν Ἑλλήνων γένους*
*Τῷ προϊόντι τοῦ τῶν ἀρετῶν κύκλου,*
*Καὶ τὴν πατρίδα ἀποβεβληκὼς, ὤ μοι,*
*Τῆς βαρβαρικῆς οὐ μετέσχες κηλίδος.*
*Τῶν γὰρ πατρίων ἀρετῶν ἐξημμένος,*
*Χρυσὸς ὥσπερ τις ἢ ἀστὴρ ἑωσφόρος*
*Ἔλαμψας λαμπρῶς τῷ τῶν ἀρετῶν κάλλει.*
*Σωφροσύνην γὰρ καὶ ἀνδρείαν ἀσκήσας,*
*Τήν τε φρόνησιν καὶ τὴν ἰσονομίαν,*
*Ἂς βάθρον ἔθου ἀρετῶν τῶν ἐνθέων,*
*Ἄγαλμα θεῖον τοῖς πᾶσιν ἀνεδείχθης.*
*Θέλγων δὲ πάντας τῇ τῶν λόγων σειρήνῃ,*
*Καὶ τῇ γλαφυρᾷ τοῦ κάλλους ἀγλαΐᾳ,*
*Καὶ τοῖς γενναίοις τῶν ἔργων καταπλουτῶν,*
*Ἐν τῇ ἀκμῇ φεῦ τῶν μεγίστων ἐλπίδων*
*Οἴχῃ μοι, τὸ φῶς καὶ κλέος τῆς ζωῆς μου,*
*Τὸ κοινὸν κλέος, ἡ σειρὰ τοῦ χρυσοῦ, ἐν οἷς*
*Ἡ τῆς φύσεως λαμπρὰ φιλοτιμία.*
*Αἰ, αἰ τῆς ἐμῆς καὶ κοινῆς δυστυχίας.*

---

*seen in Italy, Sicily and the Holy Land. It may possibly have been built by the Latins (?) when in possession of Thessalonica in the 13th century.*

20 *Οἷα ὑπέστην [σοῦ πέρι] φεῦ τοῦ πάθους,*
*Φίλη κεφαλή, ἐλπὶς, ζωή, φῶς, τέρψις,*
*Τοῦ Βυζαντίου καὶ τῶν Ἑλλήνων ὄρπηξ.*
*Ἐκοιμήθη ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, Λουκᾶς ὁ Σπαντούνης, ἐν ἔτει ς΄ ϡπθ μηνὸς Ἰανουαρίου.*

I. e. *Ornamentum constitutus Graecorum gentis per eum, qui chorum ducit virtutum, patria amissa barbaricae non particeps fuisti impuritatis. Namque e paternis pendens virtutibus, ut aurum quoddam sidusque auroram ferens, splendide nituisti virtutum pulchritudine. Castitatem enim et fortitudinem colens, prudentiamque ac justitiam, quas ut fundamentum jecisti virtutum divinarum, imago divina omnibus apparuisti. Omnes autem demulcens verborum gratia mollique venustatis decore, et strenuis operibus ditescens, in apice vae! omnis spei decessisti mihi, lux et gloria vitae meae, commune decus, catena aurea, in quibus naturae conspiciuntur splendidae deliciae. Vae! vae! meae publicaeque calamitati! Qualia sustinui [propter te]! Vae miseria! Carum caput, spes, vita, lux, gaudium, Byzantii Graecorumque surculus!*

*Obdormiit servus Dei, Lucas Spantuna, anno mundi* 6989, *mense Januario.*

Anno igitur aerae nostrae 1480 (seu potius 1481. ob Januarium ibi memoratum) ecclesia Demetriaca, brevi post expugnationem anni 1430 Thessalonicensibus reddita, penes eosdem adhuc fuit. Neque igitur omni momento pretioque caret haec inscriptio accuratius repetita, quod Letronnio videtur in censura itinerarii Cousineriani (Journal des Savans. 1834. pag. 683.). Potest enim civium Thessalonicensium interesse, certiores de ea re fieri, quam diu post expugnatam a Turcis civitatem templum Demetriacum tenuerint. Fuit autem ille Lucas Spantuna patriâ puto Cpolitanus, qui capta a Turcis anno 1453. urbe, sacris Christianis, quod tum frequens erat, non desertis, postea Thessalonicam concessisse, ibique

diem obiisse videtur. Praeter ceteras hominis laudes eum bene meritum de clericis ecclesiae Demetriacae fuisse puto, quod ex inscriptione in ejus honorem ibi recepta satis elucet. Alia de hac inscriptione ipsoque monumento v. apud Leakium in Travels in North. Greece. Vol. 3. p. 242 sq.

Ultimo anno (1184) ante Normannicum bellum aedem S. Demetrii suorum civium foedum impetum passam fuisse, testis est Eustathius narratione Normannica cap. 146. (Opuscc. pag. 306, 80.); cujus impietatis causae latent. Magnas ejus opes idem Eustathius testatur l. c. cap. 97. 113.; iisdemque cives post expugnationem Normannicam mirifice levatos esse narrat ll. cc. [8]) Seculis XIII. XIV. nil incommodi hanc ecclesiam vidisse puto, nisi quod ab anno inde 1204. aliquamdiu a clericis Latinorum tenebatur, quod testatur Compositio Archiepiscopi Thessalonicae Latini, et Prioris Capitulique S. sepulchri Hierosolymitani de ecclesia Demetriaca (Innocent. III. epist. lib. 15, 86. ed. Baluz. Vol. II. pag. 632.): *Multi religiosi* (dicit archiepiscopus Thessalonicensis) . . . *inter quos Sacrosancti sepulchri canonici ecclesiam S. Demetrii Thes-*

---

8) *Privatarium* S. Demetrii memorat Scylitza in Basilio, Romani filio, p. 705 (ed. Paris.); quam dignitatem alii de *praebendario*, alii de *guzophylace* S. Demetrii intelligunt, utrumque improbante Du Cangio in gloss. Gr. s. v. πριβατάριος. An fuit balnei Demetriaci curator? Certe πριβάτον fuit *balneum privatum* (Du Cang. s. v.). Balneum vero prope domum, ubi S. Demetrius habitaverat, vel seculo XII. habebatur. Eustatius narratione Normann. cap. 96 (Opuscc. p. 295, 19.), coll. cap. 90. p. 294, 10. Num fuit hoc balneum idem cum eo, de quo p. 12. egimus in Thessalonicae nominibus illustrandis, unde Thermae nomen fluxit? Fuit tamen istud balneum, prius dico, admodum parvum, coll. Eustath. l. c. c. 96. Postremo monendum videtur, Scylitzam loqui de ecclesia S. Demetrii Cpolitana, ubi istud πριβάτον fuit, ad imitandam puto Thessalonicensem S. Demetrii ecclesiam: fuit enim S. Demetrius inter Sanctos medicos.

*salonicensis quoquo modo gavisi sunt adipisci . . . Ecclesia S. Demetrii ad jurisdictionem meam pertinere noscatur . . . tamen . . . visum est utile et honestum . . . ut memorati canonici dominici sepulchri de omnibus possessionibus . . . ad ecclesiam S. Demetrii pertinentibus . . talem percipiant portionem, qualem canonici sanctae Sophiae Thessalonicensis metropolis de possessionibus ejusdem percipient, cum eam contingerint ordinari. Domos siquidem, quas clerici S. Demetrii tempore Graecorum intra Thessalonicam habebant, canonici s. sepulchri extra partem possidebunt; oblationes quoque manuales, et quaecumque eis legata fuerint nominatim, sive nomine s. sepulchri, similiter extra partem recipient. Ea vero, quae super tumbam S. Demetrii offerentur, vel ecclesiae ejusdem nominatim legata fuerint, secundum supra dictam divisionem partientur . . . expensis, quantum ad sarta tecta vel luminare ecclesiae et justa tumbae custodia de communi pro rata faciendis . . . matrici insuper ecclesiae Thessalonicensi et mihi meisque successoribus in dicta ecclesia omni jure et libertate nostra . . plenarie reservatis.* Ceterum S. Demetrii festum Latini quoque agere jubebantur Thessalonicae, coll. Innocent. epist. lib. 15, 18 (ed. cit. p. 607. Vol. II.), ubi legitur: *Solemnitate beati Demetrii.* Dies erat Octobr. VIII. in ecclesia Latina, Octobr. XXVI — XXVIII. in ecclesia Graeca, coll. Dissert. Hist. p. 31. Adde Nos in festo Demetriorum describendo. Ecclesiam S. Demetrii initio regni Latinorum Thessalonicensis memorat quoque libellus Francicus, nomine: Chronique de Henri de Valenciennes (Buchon. Collect. Vol. 3. pag. 232.): *Au moustier St. Demitre.* S. Demetrii Thessalonicensis Priorem aliquem habet Innocentius epist. 15, 78.

Anno 1430., cum urbs in Turcarum ditionem vi armorum cederet, quibus etiam nunc cum Macedonia paret, eorum imperatorem Muradum Graecis ecclesias et monasteria potiora abstraxisse dicit Ducas histor. Byzant. cap. 29.,

excepto Demetrii templo, quod, quamvis ingressus Deumque immolato suis manibus ariete precatus esset, Christianis postea restituit, sed omni ornamento exutum. Similiter multas alias ecclesias domosque sacras ipso expugnationis tempore a Turcis, thesauros sectantibus, eversas narrat Jo. Anagnosta narratione Turcica cap. 15. 21. Major ecclesiarum et monasteriorum numerus Graecis anno post expugnationem altero vel tertio abstractus est ab imperatore Turcarum, referente Jo. Anagnosta l. c. c. 20., qui ibidem addit: *Μόνους ἡμῖν τοὺς τέσσαρας νεὼς, οἳ καὶ καθολικοὶ λέγονται, καταλελοιπώς*. Quod Ducae l. c. cap. 29. non omnino adversatur. Is enim loquitur de sola ecclesia Thessalonicensium tum temporis vere principali, Demetriaca, Graecis reddita, licet Sophiana apud clericos fuerit primaria, coll. nobis p. 108 sq.; Cameniata quatuor principales ecclesias, i. e. potiores, redditas memorat.

Verum hoc ipso dissertationis nostrae loco pugnam exoriri video inter Cameniatam Eustathiumque, qui tres ecclesias principales habent (p. 107 sq.), atque Joannem Anagnostam, qui quatuor memorat. Accessisse tamen videtur (quod omne certamen dirimet) seculorum decursu tribus illis quarta. Illae tres erant (e mente puto Jo. Anagnostae) ecclesia Sophiae, Mariae deiparae, S. Demetrii, quamquam ipse earum nomina non affert. In quarta vero Joannis Anagnostae haereo. Fuitne ecclesia Mariae, cognominatae ex *imagine manibus non facta*? Eam Cantacuzenus hist. 3, 93. his verbis memorat: *Τῷ τῆς θεοτόκου τῆς ἀχειροποιήτου τεμένει*. Quae ecclesia sita erat in media urbe, coll. Jo. Anagnosta in narrat. Turc. cap. 18.: *Τόν τ' ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως νεὼν τῆς ἀχειροποιήτου παρθένου καὶ Θεοτόκου*. Dicta sic fuit per compendium ecclesia *Mariae manibus non factae*, pro *imagine ejus manu non facta* (*coelo delapsa*). Ab ecclesia Mariae deiparae, sensu peculiari nominatae, distinguenda est, cum hujus templum non medium urbis tenuerit, sed latus occidentale, et

quidem portui vicinum, de quo vide hanc Dissertationem p. 111. Ceterum Mariae ἀχειροποιήτου ecclesiam cum monasterio suo a Murado II. in templum Turcicum statim mutatam esse, testatur Jo. Anagnosta narratione Turcica cap. 18.; eam vero inter quatuor ecclesias Graecis anno post expugnationem altero vel tertio redditas fuisse, est quod suspicer. Hancque ipsam ecclesiam ejusque monasterium et praedia diu ante Jo. Anagnostam Eustathius memorat epistolâ LXX. (Opuscc. pag. 358, 70. 80.), litem pro ea agens apud majorem quendam magistratum. Et vide, ne in hoc monasterio locus nosocomii quaerendus sit, de quo paulo inferius agam, coll. ibi Constantini Porphyrogeniti Leonisque Diaconi locis.

Illa tamen nostra conjectura minus nunc nobis ipsis se probat. Vix enim verisimile est, Mariae inter quatuor ecclesias principales (*Hauptkirchen* theotisce dixeris) duas dicatas fuisse, Deo O. M. nullam. Ut brevi rem absolvam. Inter quatuor ecclesias Joannis Anagnostae unam Deo patri, sive etiam παντοκράτορι (omnipotenti), consecratam fuisse autumo, dignitate vero quartam puto; unde eam Cameniata Eustathiusque omittunt, de tribus ecclesiis principalibus loquentes, cum Jo. Anagnosta quatuor habeat, sc. sensu latiori. Et ecce Eustathius in his tenebris facem nobis ministrat. Ergo doctissimus praesul in narratione Normannica c. 103. (Opuscc. pag. 296, 70.): Τῇ τῆς πόλεως καθολικῇ. Idem ibidem cap. 122 (p. 301, 44.): Περὶ τὴν καθολικήν. Ibidem pag. 301, 50: Τοῦ καθ' ἡμᾶς καθολικοῦ ἱεροῦ. Nomen hujus ecclesia locis allatis non exprimitur. Verum id factum video alio Eustathii loco, sc. oratione anno auspicando habita cap. 26 (Opuscc. pag. 156, 40.): Τῇ καθολικῇ τοῦ μεγάλου θεοῦ ἐν ἡμῖν ἐκκλησίᾳ. Idem ibid. pag. 157, 2.: Ὡ ἁγιωτάτη ἐκκλησία τοῦ θεοῦ (confugerat in eam servus ob saevitiam heri). Eandem *metropolitanam* dicit oratione s. narratione de Alpheo, Zosimo, Alexandro et Marco martyribus cap. 3. (Opuscc. p. 30, 40.): Ναός τε γὰρ αὐτοῖς

(martyribus modo allatis) ἐγήγερται ἀστεῖος καὶ οὐκ ἀνάξιος λόγου, καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως οἶκος αὐτὸν ἀμφέπει. Eandem brevi post Eustathium tempore memorat Compositio capituli sancti sepulchri Hierosolymitani atque archiepiscopi Latini Thessalonicensis (Innocentii III. epistolae ed. Baluz. Vol. 2. p. 632.): *Matrici ecclesiae Thessalonicensis.* Fuit enim antiquissima ecclesiarum Thessalonicensium, de quo vide Nos deinceps. Idem sensus erit *archidiaconatus Thessalonicensis* apud Innocent. epist. 15, 51. (p. 619). Sed Latini Sophiâ utebantur ut metropoli (v. supra p. 128.; Graeci pridem isto fano gentilitio.

Haec igitur ecclesia καθολικὴ κατ' ἐξοχήν dicebatur, quanquam inter principales ecclesias a Cameniata atque Eustathio non recensetur. Fuit scilicet antiquissima, si qua alia, inter ecclesias Thessalonicenses, immo fanum originetenus paganorum, cultui christiano postea accommodatum. Unde fieri potuit, ut temporum decursu minori honore haberetur; estque ejus ambitus satis parvus. De ultimis jam videatur Leakius (trav. in north. Greece Vol. 3. p. 240 sq.): *All the principal mosques were formerly Greek churches, and two of them were Pagan temples, which had been converted into churches. The most remarkable is that which is still known to the Greeks by the name of* παλεὰ Μητρόπολις, *or more vulgarly Eski Metrópoli, an appellation employed also by the Turks. Hence it seems to have been, in the time of the Byzantine Empire, the cathedral church of the metropolitan bishop. It is a rotunda built of Roman bricks, with two doors, one to the south, the other to the west. The thickness of the walls below is* 18 *feet, their height about* 50 *feet, the diameter within,* 80 *feet: above these walls was a superstructure of slighter dimensions, the greater part of which, as well as the dome which crowns it, may perhaps have been added, when the building was converted to the service of Christianity. It is lighted by win-*

*dows in the middle height of the building, which in all is about* 80 *feet. Possibly these windows also are a Christian repair, the ancient temple having perhaps been lighted from the dome. The inside of the dome is adorned with the representation of buildings and saints, in mosaic, interspersed with inscriptions which, as usual in Greek churches, explained the subjects, but are now too much injured to be decy pherable, though the Turks have not destroyed any of these ornaments, nor even a figure of the Almighty, which occupied a niche opposite to the door where once stood the pagan idol. In one place they have supplied a fallen mosaic with a painting in imitation of it.* Num haec ecclesia formata fuit ex antiquo illo fano Cabireo, de quo paulo inferius agam? De bemate (pulpito) hujus ecclesiae v. idem Leakius l. c. p. 243: *Among the ecclesiastical antiquities, in which Saloníki exceeds any place in Greece, as the churches just mentioned show, are two of the most ancient pulpits in existence; they are single blocks of variegated marble, with small steps cut in them. One of these βήματα, as they are still called by the Greeks, is in the mosque of Eski Mitrópoli; the other is lying in the yard of a church of St. Minas, which is still appropriated to the Greek worship.*

In expugnatione urbis novissima (1430.) Turcas nec Demetriacae ecclesiae, nec reliquis templis monasteriisque pepercisse, Jo. Anagnosta testatur narratione de expugnatione Turcica cap. 16. 20. 21., coll. Duca cap. 29.; qui posterior scriptor ornamenta sacri sepulcri totiusque templi Demetriaci a Turcis ablata refert, parietibus solummodo nudis relictis. Joannes autem Anagnosta l. c. cap. 16. his verbis memorat S. Demetrii monumentum: *Τῆς μυροδόχου τιμίας λάρνακος τοῦ ἡμεδαποῦ τροπαιούχου καὶ μάρτυρος.* Idem ibidem: *Τοῦ περὶ αὐτὴν* (sc. *λάρνακα*) *οὐκ ὀλίγῳ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθοις τιμίοις καὶ μαργάροις κατεσκευασμένου κόσ-*

μου,[9]) Marmore ipsum Sancti sepulcrum tegebatur (Jo. Anagn. l. c.). Quam formam retulerit ciborium ecclesiae Demetriacae tertiae, non inveni. Quid? quod Acta Sancti nostri (Dissert. histor. p. 58. 59.), incendium secundae ecclesiae narrantia, de eo tacere videntur, quaenam tum ipsius ciborii sors fuerit.

Corpus S. Demetrii ubi terrarum nunc asservari credatur, de eo vide Cornelii Byei commentarium praevium ad Acta S. Demetrii l. c. pag. 77. 78. Male habitum a Turcis victoribus anno 1430., Jo. Anagnosta docet l. c. cap. 16.: *Καὶ τὸ ἱερὸν καὶ θεῖον λείψανον τοῦ μάρτυρος ἐκβαλεῖν* (audebant). Num etiam dissectum discerptumque fuerit a barbaris, ut S. Theodorae myroblytidis reliquiae (l. c.), non refertur, coll. iis, quae supra monimus p. 120. not. 5. Incertum quoque, num ea tempestate Sancti sui reliquias Graeci recuperarint, nec ne. Immo Graeci Thessalonicae hodierni Sancti sui reliquiis carere videntur, quae nunc Polae in Istria asservari dicuntur, monente Corn. Byeo in praev. comment. ad AA. SS. VIII. Oct. cap. 111. p. 78.

Demetriaca ecclesia, quam diu, cum reddita Christianis esset paulo post urbem expugnatam (Jo. Anagnosta narrat. Turc. cap. 20.), penes Graecos fuerit, non constat; certe a. 1481. Graecorum adhuc fuit, coll. inscriptione supra illustrata. Quo enim tempore iterum iis abstracta sit, disertis id verbis apud scriptores non inveniri puto. Postremo quaenam hujus ecclesiae, forma sit, dein conditio hodierna, de eo vide scriptores sequentes.

Paulus Lucas in Voyage (Amsterd. 1714. T. I. p. 203.): *Celle, que les Chrétiens avant l'empire des Turcs appelloient l'église de Saint Demitre, est surtout remar-*

---

9) Damascenus hypodiaconus Studites Thessalonicensis in Thesauro p. 511. 512: *Κουβούκλιον, ὅπου ἦτον ὁ τάφος τοῦ ἁγίου (Δημητρίου)*. Ubi *κουβούκλιον* (cubiculum) idem est quod cella sepulchralis.

*quable: c'est un fort beau vaisseau, soutenu partout de belles colonnes de marbre, de jaspe et de porphyre. Ce magnifique bâtiment en a encore par dessous un autre de la même beauté . . Au reste l'on m'a assuré, que dans ces deux corps de l'église, qui sont l'un sur l'autre, il a plus de mille de ces belles colonnes. Le pavé de l'église du haut a été autrefois à la mosaique; son choeur est de la plus belle architecture.* Pocockius (Beschreib. des Morgenlandes. Erlangae 1792. Vol. 3. pag. 216.): *Die schönste Moschee in der Stadt war eine Kirche, die St. Demetrius genennet wurde. Sie ist 71 Schritte lang, 41 Schritte breit, und auf jedweder Seite ist eine doppelte Säulenstellung von weissen Marmorpfeilern. Eine jede derselben träget eine Gallerie mit Pfeilern über denselben. Die Gallerie, welche auf den innern Reihen Pfeiler ruhet, ist unter der Gallerie der Pfeiler, die auf jeder Seite neben dem mittlern Schiffe sind. Die ganze Kirche ist innwendig mit weissem Marmor überzogen.* Felix Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 43.: *C'est* (ecclesia S. Demetrii) *une croix grecque avec deux bas-côtés, qui soutiennent de vastes galeries. La nef du milieu est un beau vaisseau soutenu par deux rangs de colonnes de vert antique, à chapiteaux ioniens. L'édifice est de brique; mais l'interieur était revêtu de marbre. Sa forme prouve, qu'il a été bâti dans les premiers temps du Bas-Empire.* Cousinéry Voyage dans la Macédoine Vol. I. pag. 42 seq.: *Au nombre des mosquées qui ornent la ville, il en est deux autres, dont la construction appartient au moyen âge, et qui méritent attention: l'une dédiée à Saint-Démétrius, et l'autre à Sainte-Sophie. La première est la plus vaste et la plus riche; elle est divisée en trois nefs, dont la principale est formée par seize colonnes de vert antique. Au-dessus des colonnes s'élève une grande galerie, sur toute la largeur des deux nefs latérales, ornée de colonnes du même marbre que celles du*

*rez-dechaussée. Ces petites colonnes sont au nombre de seize de chaque côté: quatre autres grandes colonnes sont placées près du sanctuaire: elles sont de granit rouge d'Égypte et d'un très-beau poli. Le ciel est formé par une charpente en bois de chêne, sans peinture et sans aucun ornement. Contre le mur de la galerie sont placés des médaillons de divers marbres précieux, tels que le porphyre et le serpentin: mais la plupart ont été détruits en totalité ou en partie par des imans ou courés qui, habitant dans le temple, avaient la faculté de les enlever de nuit, et en vendaient les fragmens aux Européens. Au fond de la grande nef, dans un cartel très orné, se trouve une inscription en l'honneur d'un nommé Spandoni,* [10]) *qui avait le plus contribué aux frais de la reconstruction de ce temple: elle est en vers.* Clarkius in Travels Vol. II. parte III. p. 357.: *This mosque* (of St. Demetrius) *we also visited: it was once the metropolitan church. Its form is that of a cross. Pococke calls this the most beautiful mosque in the town: on each side is a double colonnade of pillars of the Verde-Antico, with Jonic capitals; and the whole of the interior was lined with marble, great part of which remains. It is about seventy yards long, and forty wide.*

*Domum, quam S. Demetrius, dum viveret, tenuerat,* Graeci seculo duodecimo superstitem putabant; id quod solus, ut multa alia, exposuit Eustathius narratione Normannica c. 90. (Opuscc. p. 294, 10.): *Καὶ τῷ οἴκῳ παραμείναντες* (Eustathius de se), *ὃς περιάδεται ζῶντα ἐκθεραπεύειν τὸν ἅγιον.* Adde Eundem ibid. cap. 96. (p. 295, 15.). Ibidem locorum fuit balneum, coll. p. 295, 19. — De festo S. Demetrii nundinisque ejus celeberrimis vide Nos infra.

*Numi S. Demetrii.* Unum e Pellerino (Melang. T. I. p. 222.) affert Belleius in Memorr. litt. atque inscriptt. Francic.

---

10) Dedimus hanc inscriptionem paulo superius p. 125 sqq.

Vol. 38. Sect. histor. p. 130 sq. Est aeneus, in altera parte habens imaginem imperatoris cujusdam Byzantini, addito nomine *CΩNΣTAN*, in altera imaginem S. Demetrii, capite nimbi radiis cincto; dextra hastam tenet, martyrii Demetriaci insigne. Ibidem legitur: *AΓIOΣ ΔIMITPI*. Belleio cum Pellerino ille Constantinus imp. idem esse videtur cum Constantino VI. (juniore), qui sociam regni aliquamdiu habuit Irenen matrem (a. 780—797.). Alium S. Demetrii numum, item aeneum, ego in medium proferam e museo numismatico Wiczay s. Hedervariano Vol. I. p. 109. nr. 2758.: „*ΘEOΔΩPOC ΔOYKAC. O. AΓIOC. ΔHMHTPIOC.* Imp. et genius urbis muliebris galeatus sedent, una portam sustinent, in qua *ΠOΛI ΘECCAΛONIKI.* Ille sceptrum, haec ensem stringit. Angelus (Sanctus) nimbatus stat. Hinc mon. ex *X* imposito lit. *ΔE*, inde *Δ* impos. lit. *M*. V. similem apud Sestinium Tab. XV. nr. 238.“ Hunc Theodorum Ducam eundem esse puto cum Theodoro Duca, qui, cum Murzuphlus Cpoli excessisset, dum a Latinis a. 1203. obsideretur, imperatorium ambivit diadema, quanquam ei praelatus est Theodorus Lascaris, referente Niceta in Murzuphlo cap. 3. Hi numi inter amuleta maximopere Demetriaca referenda mihi videntur, coll. pag. 120. hujus Dissert., ubi aliud Demetriaci amuleti exemplar protuli. De genio urbis muliebri paulo inferius agam, ubi Mariae Hodegetriae (viarum ducis) ecclesiam illustrabo (p. 139 sq.).

Egimus de tribus quatuorve ecclesiis Thessalonicae per medium aevo primariis. Addendas his alias esse, licet ordinis inferioris, testis est Turca Hadschi Chalfa supra (pag. 4 seq.) memoratus in Rumelia et Bosnia pag. 76 seq.: Potiores synagogae Turcicae sunt 1) *Kassimje*, anno (Turc.) 830. ex ecclesia in synagogam Turcicam mutata; 2) *Synagoga vetus* (num *παλαιὰ μητρόπολις?* An templum illud vetus, quod gentilitium visum Pocockio in Beschreib. d. Morgenl. Erlangae 1792. Vol. III. p. 215.?); 3) *Synagoga Agi So-*

*phia* (ecclesia Sophiana), cujus turrim (Minare) condidit Ibrahim Pascha; 4) *Synagoga Kassimi Paschae Dscheserii*, quam quartam synagogam Pocockii Turcicam (l. c. p. 216.) esse putabis, sc. parvam S. Pantaleonis ecclesiam; 5) *Synagoga Iacobi* (Iacub) Paschae; 6) *Synagoga Seralii* (Seraj), temporibus infidelium ecclesia aulica (metropolitana); 7) *Synagoga Sinani Paschae*, anno Turc. 1004. per Sinanum Pascham infidelibus erepta. Fuere autem hae omnes olim ecclesiae."

Habuit praeterea urbs seculo Christi decimo *ecclesiam S. apostoli Andreae* (Cameniata l. c. cap. 43.); *S. martyris Georgii* (Cam. l. c. cap. 51.), ejusdemque Sancti aliam aedem, extra moenia positam, coll. iis, quae infra monebimus; *eremum virginum Sanctarum s. sanctimonialium*, dictum *Acrullii monasterium* (Cam. l. c. cap. 51.); item alia multa monasteria sanctimonialium (Cam. l. c. cap. 38. 51.). De quibus, si seculum XIV. spectes, adi Nicephorum Chumnum in Boissonadii Anecdd. Grr. Vol. II. p. 145.

Extra urbem, in ejus latere occidentali, magnam monasteriorum copiam idem Cameniata memorat l. c. cap. 6., nominibus eorum non significatis. Aliorum monasteriorum s. ecclesiarum, in suburbiis vel proxime ad urbem sitarum, memoriam multo antiquiorem ex Actis SS. eruimus in Dissert. histor. pag. 42. Sanctae horum sacellorum ibidem leguntur. Sunt sanctae martyres Agape, Chione, Irene, Matrona. De tribus prioribus v. Menolog. Basilii ad 3. Apr. et 22. Dec. [11])

---

11) Reiskius in praefat. ad Constantinum Porphyrogenitum de cerimoniis §. 6. (Ed. Bonn. T. I. p. XXVI.): „*Dignum erat, ut Augustae Byzantinae quoque species, augusto habitu ornatae, posset conspici. Desumsi autem hanc e T. II. p. 34. Menologii Basiliani, quod eminentissimus cardinalis Albanus, Graece, cum latina interpretatione patrui sui, Ioann. Francisci Albani, sub nomine Clementis XI. pontificis maximi, tribus in folio voluminibus Urbini edidit. Profe-*

Passae sunt Diocletiano imp., Nicaeae; fuere genere Thessalonicenses. De Matrona v. Nos paulo inferius. His adde, quae ex Cameniata supra (p. 86 sq.) monuimus de porta urbis Angelica, item de vicinia S. Davidis (p. 87 sq.). Ultimo loco, sive e regione arcis, ubi summa urbis quaerenda sunt, monasteria urbis permulta extitisse veteres referunt. Videatur Cameniata l. c. cap. 39. Jo. Anagnosta in monodia p. 117. ed. Ven. Idem Jo. Anagnosta narratione Turcica cap. 11. eodem loco situm *Chortaeti monasterium* memorat.

---

*ctum est et nomen habet a Basilio juniore, Bulgaroctono alias dicto, nostri Constantini nepote. Dolendum est, quod codex Romanus hujus menologii, picturis illuminati, nonnisi sex primos anni Graeci menses, nempe a Septembre usque ad Martium, continuerit, neque editoribus Romanis ad manus fuerit saltim τρίτον τρίμηνον, Martium, Aprilem et Maium continens, quod in arcis Tubingensis bibliotheca servari, e Crusii Turcograecia pag. 190 et 275 et Fabricii Bibl. Gr. T. VI. p. 674. intelligitur.*" In his non unus tantum Reiskii error notandus videtur. Menologium Basilianum, a me diligenter lectum, tribusque voluminibus Urbini 1727. fol. editum, *totum* ecclesiae Graecae annum complectitur, et quidem Vol. I. Septembrem — Novembrem; Vol. II. Decembrem — Februarium; Vol. III. Martium — Augustum. Prior anni pars (Sept. — Febr.) e codice Vaticano editus est cum figuris satis antiquis; posterior (Mart. — Aug.) ex apographo codicum Cryptae - Ferratae, aliquoties mutilo, sine figuris. Deinde bibliotheca nostra academica Tubingensis alius menologii apographum Crusianum habet, scil. trimestre tertium Menologii cujusdam, cujus alia plane natura. Continet enim orationes sacras XIV., tum editas, tum ineditas, de rebus et hominibus ecclesiae Graecae memorabilibus, de quibus alio tempore disseram. Codex, unde nostrum fluxit apographum, olim fuit noster; nunc Monachii est, ab Irene imperatrice in Sueviam puto allatus. Menologium Basilianum Urbini editum vitas habet Sanctorum brevissimas ad singulos mensium dies. His retracto quaedam, ad b. Niebuhrium interrogantem quondam scripta.

Quae omnia secus esse nostro aevo, tradit Pocock. Beschreib. des Morgenl. Erlangae 1792. T. III. p. 216.; quo teste unum ibi monasterium exiguum Graeci habent.

Magnum monasteriorum numerum s. Thessalonicensium monachorum agmina (*ἀγέλας*) indistincte praedicant Cameniata cap. 6. et Nicephorus Chumnus oratione ad Thessalonicenses habita (Boissonad. Anedd. Grr. Vol. II. p. 145.), [12]) diuque ante hunc scriptorem Eustathius Orat. de simulatione cap. 25. (Opuscc. p. 94, 10.), coll. narrat. Normann. cap. 2. (p. 268, 60.); qui praesul ab infima fere plebe hunc statum maxime appeti queritur tractatu de emendanda vita monachica (Opuscc. p. 244, 80. 251, 70.). Idem Eustathius monasterium parvum, in suburbiis orientalibus situm, affert oratione Stylitica c. 35. (Opuscc. p. 186, 96. 187, 1.), nomine ejus praetermisso. Ibidem, eodem teste, columna Stylitica quaerenda est (Opuscc. pag. 182, 10.), ubi eodem aevo stylita quidam artes suas praestigiasque exercuit.

Aliarum ecclesiarum Thessalonicensium nomina nobis Eustathius aperit, de quibus vide sequentia.

*Ecclesia Angelica*, coll. iis, quae p. 104 sq. monuimus.

*Mariae, viarum ducis* (*ὁδηγητρίας*), *ecclesia*. Ejus miraculum, ut Normannici belli praeter alia praesagium, refert archiepiscopus Thessalonicensis narratione Normannica

---

12) De monasteriis prope Thessalonicam v. quoque Nicephorum Gregoram hist. 11, 10, 3: . . *Ἀσκητῶν* (monachorum) . . *ἔκ τε τοῦ Ἄθωνος, καὶ ὅσοι περὶ Θεσσαλονίκην καὶ Βυζάντιον ᾠήσαν ἐνδιαιτώμενοι* . . Quanquam ibi praepositio *περὶ* idem quoque esse poterit quod *in*. — Monasterium S. Anastasiae prope oppidum Galatz e meridie Thessalonicae memorat codex reg. Paris. nr. 1263., referente viro clarissimo nobisque amicissimo, Dr. Ernesto Zachariae, in *Προχείρῳ νόμῳ*. Heidelbergae 1837. Prolegom. p. CXCIII.

cap. 130. (Opuscc. pag. 303, 1—30). Hanc ut a Maria deipara distinguam (pag. 111. sq.), item a Maria imaginis manu non factae (pag. 129.), utrâque Thessalonicensi, maxime facit denominatio ejus peculiaris, utque videtur distinctiva. Eustath. l. c. p. 303, 5.: *Ἡ πάναγνος θεομήτωρ, ἡ παρ' ἡμῖν τοῦ ὁδηγεῖν ἐπώνυμος.* Deinde alibi quoque ecclesias, peculiari vocabulo cultuque insignes, haec Maria habuit, e. g. Constantinopoli, ubi portella fuit ex illa nominata, coll. Duca cap. 39. [13]) V. quoque Du Cangium in Cpoli Christ. 4, 2, 24., coll. Wernsdorfio ad Manuelis Philae carmina p. 90. Constantinopoleos patronam fuisse, post Cedrenum p. 682. ed. Paris. (*εἰκόνα θεομήτορος ὡς πολιούχου*) docuit Eustathius narratione Normannica cap. 37. (Opuscc. p. 277, 62.): *Ἡ ὁδηγήτρια, ἡ πολιοῦχος ἡμῶν*, quae verba sunt plebis Constantinopolitanae, Andronicum Comnenum tyrannum, ad Paphlagonas abiturientem, irridentis. [14]) Nil de hac Constantinopoleos patrona apud Du Cangium inveni in Cpoli Christ. l. c., ubi tamen Maria et alibi Hodegetriae nomine culta fuisse dicitur. Causas nominis varias cogitari posse, non est, quod pluribus exponam. V. tamen Du Cangium et Wernsdorfium ll. cc. Hanc ego Mariam eandem esse puto cum genio muliebri, quem habet numus Thessalonicensis Demetriacus, Theodori Ducae nomine insignis (p. 136.). Habuit igitur civitas nostra praeter patronum suum (S. Demetrium) etiam patronam, eandem, quae fuit Constantinopoleos patrona. Quis vero patronus fuerit Constantinopoleos (patrona, puto, urbis regiae incolis non sufficiebat), nunc mihi non occurrit. Fuitne Archangelus Michael, regni Graeci archistrategus?

---

13) *Τὴν πόρταν τὴν μικράν, τὴν ἐν τῇ μονῇ τῆς Ὁδηγητρίας.*

14) Mariam deiparam in expeditionibus invocari vult Nicephorus de velitatione bellica cap. 9. 14. 24. Id spectat patronatum Mariae Cpolitanum.

Aliud monasterium s. ecclesiam, extra portam auream in suburbio Thessalonicae occidentali sitam, Eustathius memorat narratione Normannica cap. 75. (Opuscc. p. 290, 91.): *Τὸ καλόν ποτε σεμνεῖον, ὃ περιεῖπεν ὁ μυροβλύτης μέγας Νικόλαος.* [15]) Unde non injuria conjicies, anno Christi 1185. sive 1186. neglectam desertamve fuisse aedem S. Nicolai Thessalonicensem, qui Sanctus Myris, Lyciae civitate, maxime colebatur, coll. Mich. Lequienii Dissertatione de eo scripta in Continuatione Memoriarum Desmoliensium T. VI.; quem librum mihi indicavit vir celeberrimus Boissonadius in Anecdd. Grr. Vol. V. p. 348. Seculo tamen XIV hujus martyris in civitate nostra mentio recurrere videtur, si recte interpretor Nicephori Chumni testamentum apud Boissonadium (Anecdd. Grr. l. c.). Scriptum enim Thessalonicae hunc libellum, ut alia quaedam ejusdem Chumni, puto. Adde homiliam Damasceni hypodiaconi Studitae Thessalonicensis in eundem Sanctum (Venet. 1603. p. 272 sqq.). Ceterum huicne Sancto, an S. Demetrio, alumnos il-

---

15) Hujus Sancti historiam compendiariam sistit menologium Basilianum ad 6. Dec. (Vol. II. p. 12.): *Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐγένετο οὗτος ὁ μέγας ἀρχιερεὺς καὶ θαυματουργός, ἐπίσκοπος εἰς τὰ Μύρα Λυκίας, πρότερον γενόμενος μοναχὸς, καὶ πολλὰ ἀγωνισάμενος εἰς ἀρετήν. Ἐπεὶ δὲ ἐπίσκοπος προεχειρίσθη, πολλὰ θαύματα ἐποίησεν. Ἠλευθέρωσε δὲ καὶ τρεῖς ἀδελφοὺς ἐκ τοῦ θανάτου· ἐλοιδορήθησαν γὰρ οὗτοι, καὶ ἐδέθησαν, καὶ ἔμελλον ἀποκεφαλίζεσθαι. Ἀλλ' αὐτὸς ἔδραμε, καὶ ἐκράτησε τὸ σπαθίον, καὶ ἐπῆρεν (l. ἀπῆρεν) ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ δημίου, καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς. Καὶ ἄλλοτε πάλιν ἐλοιδορήθησαν ἄλλοι τρεῖς εἰς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ὑπὸ τοῦ ἐπάρχου Ἀβλαβίου ὡς ἐπίβουλοι, καὶ ἀπεκλείσθησαν εἰς τὸ πραιτώριον. Καὶ ὅτε ἔμελλον ἀποκεφαλισθῆναι, παρεκάλεσαν τὸν ἅγιον Νικόλαον. Καὶ ἦλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν ὀνείρῳ, καὶ παρήγγειλε τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ ἐπάρχῳ, καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς. Καὶ ἄλλα πολλὰ θαύματα ποιήσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.*

los monachosve assignem, quos Eustathius memorat narratione Normannica cap. 76. (Opuscc. p. 291, 4 sq.), equidem nescire fateor. De iis ita Archiepiscopus: *Ἐν οἷς* (monachis, Normannorum exercitui fortiter resistentibus) *καὶ παῖδες τοῦ μυροβλύτου ἄλλοι τε καὶ ἐκ τῆς τῶν Σέρβων τεθέντες αὐτῷ*. Ubi propter caput antecedens, quo memorabat Nicolaum myroblytam, quidam de eodem Sancto cogitabunt. Sed praeter alia facit articulus Graecus nude, sive *κατ' ἐξοχήν* positus, ut principem omnium urbisque nostrae myroblytam, S. Demetrium, velut alibi, significari statuam. Isti deinde Serbi quinam fuerint, ex urbe Macedoniae occidentalis, nomine *Servia* (Dissert. hist. p. 71., coll. hac Dissert. p. 59.),[16]) an e terra Triballorum (*Serborum*), quis hoc jam definiet? Certe commercia inter Serbos Macedonasque tum temporis agitata fuisse, luculenter testatur Archiepiscopus noster epistolâ XLVI. (Opuscc. p. 349, 60 sqq.), data Euthymio, Neopatrarum Thessalicarum episcopo, cui monodiarum in Eustathii obitum scriptarum necdum editarum alteram debemus, quas meum tenet museum. In ea epistola „*Cimmericorum* Serbiotarum terra" opponitur „*solari serenaeque* terrae Helladicae."

*S. Menae* (*τοῦ Μηνᾶ*) *ecclesiam*, ut potiorem quandam, flammis consumtam, memorat Cousinerius itinerario Maced. Vol. I. p. 44. De situ ejus v. Eund. ibid. Hunc Sanctum eundem esse puto cum isto, quem habet menologium Basilianum ad 10. Dec. (Vol. 2. p. 20.). Vixit imperatore Maximiano, a quo fuit occisus. Ceterum de hac ecclesia aliter agit Leakius (in Trav. in northern Greece Vol. 3.

---

16) Servia, Macedonicam urbem, dudum (sec. VII., imp. Heraclio) incolas suos Serbos amisisse constat, servato tamen nomine. V. Nos p. 59. Unde Eustathii Serbos pro veris Serbis (*Triballis* e dictione Byzantinorum) habuerim.

p. 243.), etiamnunc sacris Graecorum inservire dicens. Fuit Leakius post Cousinerium in Macedonia.

*Monasterium S. Joannis praecursoris*, in urbe positum, ad a. 1430 memorat Jo. Anagnosta narratione Turcica cap. 18.: *Τὴν εἰς ὄνομα πάλαι τιμωμένην τοῦ τιμίου Προδρόμου μονὴν ἱεράν.* Fuit igitur desertum anno 1430. vel neglectum hoc monasterium; cui similia vidimus in monasterio S. Nicolai myroblytae. p. 141.

Formosae cujusdam ecclesiae reliquias, *S. Georgio* dicatae, extra urbem in latere ejus orientali positas, vidisse se narrat Paulus Lucas itiner. l. c. T. I. p. 53. ed. Amstelod. 1714.

*S. Chumnus* quoque Thessalonicae colebatur, coll. Eustath. opuscc. pag. 36. (inscript.): *Τοῦ αὐτοῦ Εὐσταθίου Θεσσαλονίκης εἰς τοὺς αὐτοὺς Καλυτηνοὺς ἁγίους ἀκολουθία ἑσπερινὴ καὶ ὀρθρινὴ, ὅτε ἡ τοῦ μακαριωτάτου Χούμνου* (sc. *εἰκὼν*) *παραπεσοῦσα μετὰ τὴν ἅλωσιν* (a. 1185.) *οὐχ εὑρίσκετο.*

*S. Acatonii monasterium.* Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo (ad ann. 1258.) 1, 10.: *Ἐπὶ τῆς τοῦ Ἀκατονίου μονῆς ὑμνολογεῖται παράκλησις νυκτὸς ἀφ' ἑσπέρας.*

Ecclesiam quandam, quae infra Demetriacam sita sit, Pocockius affert l. c. p. 215 sq., nomine ejus non addito. Dirutam Britannus dicit, Paulumque apostolum e fama Graecorum ibi docuisse. Potius de synagoga Judaeorum perquam antiqua cogitandum erit, coll. D. Luca in Actis Apost. 17, 1. 17.

Ecclesiam s. monasterium praediumve quoddam apud Thessalonicam, nomine *Philocali*, memorat Innocentius III. (Epist. 13, 145. ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. 2. p. 480.): *Domum Philocali apud Thessalonicam, cum pertinentiis suis.* Idem ibid. 13, 38.: *Casale Agetriade, quod ad Thessalonicensem spectat ecclesiam.* Ubi vocem *Agetriade*

ex *Hodegetriae* corruptam puto: ecclesia autem Thessalonicensis Latinorum *κατ' ἐξοχὴν* erit metropolitana, sc. Sophiana.

His sequentia addo de Martyribus Sanctisque Thessalonicensibus, quibus notitiam Thessalonicae sacrae auctum iri spero. Dabo Menologii Basiliani verba ipsa, in commodum lectorum quorundam, qui Macedonica mea diligentius aliis inspicient, supellectile mea literaria carentes.

*SS. Agathopus* et *Theodulus* martyres. Menologium Basilianum ad 4. Apr. (Vol. III. p. 43.): *Ἀγαθόπους, ὁ ἱερώτατος διάκονος, καὶ Θεόδουλος, ὁ εὐλαβέστατος ἀναγνώστης, οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης, διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν κρατηθέντες παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρέστησαν τῷ τῆς πόλεως ἄρχοντι, καὶ κατηναγκάζοντο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Μὴ πεισθέντες δὲ ἐπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν, καὶ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἴδον ἀμφότεροι τοιαύτην ὀπτασίαν. Ἔδοξαν πλοῦν* (l. *πλοῖον*) *ἐπιβῆναι, καὶ πλέειν ἐν τῇ θαλάσσῃ· κλύδωνος δὲ σφοδροῦ γεγονότος, ἰδεῖν τὸ πλοῖον συντριβὲν, καὶ τοὺς ἐμπλέοντας καταποντισθέντας, ἑαυτοὺς δὲ μόνους περισωθέντας, καὶ εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνελθόντας. Ἐδήλου δὲ τὸ ὅραμα τὴν διὰ θαλάσσης αὐτῶν τελείωσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνάβασιν. Καὶ γὰρ ἅμα πρωῒ τῆς φυλακῆς αὐτοὺς ἐξαγαγὼν ὁ ἄρχων, ἠνάγκαζε θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· μὴ πεισθέντας δὲ τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης ἐνέῤῥιψε. Καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν.*

*SS. Alpheus, Zosimus, Alexander et Marcus*, martyres, eorumque ecclesia Thessalonicensis. Eustathius opuscc. p. 30, 40 (est illa oratio Sanctorum encomium): *Ναός τε γὰρ αὐτοῖς* (Sanctis modo dictis) *ἐγήγερται ἀστεῖος καὶ οὐκ ἀνάξιος λόγου, καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως οἶκος* (ecclesia metropolitana) *αὐτὸν ἀμφέπει.* Sunt passi imp. Diocletiano, prope Antiochiam Pisidiae, de quo praeter Eustathium adi menologium Basilianum ad 28. Sept. Vol. I. p. 74.: *Ἄθλησις τῶν*

ἁγίων μαρτύρων Ἀλφειοῦ, Ἀλεξάνδρου, Μάρκου καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν. Ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ Μάρκος ὁ μάρτυς ἦν ποιμαίνων πρόβατα ἐν ὄρει τινὶ πλησίον Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας. Τοσοῦτον δὲ ἠγωνίσατο εἰς ἀρετήν, ὡς καὶ τὰ θηρία ὑποτάσσειν. Κυνηγοὶ γάρ τινες διώκοντες ἄρκτον, εἶδον αὐτὴν προσφυγοῦσαν τῷ ἁγίῳ, καὶ λείχουσαν τοὺς πόδας αὐτοῦ. Καὶ κατελθόντες ἀνήγγειλαν περὶ αὐτοῦ τῷ ἄρχοντι Ἀντιοχείας. Ὁ δὲ ἀποστείλας τριάκοντα στρατιώτας, ἐκράτησε τὸν ἅγιον· οἵ τινες διδαχθέντες παρ' αὐτοῦ κατὰ τὴν ὁδὸν, ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ. Καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ ἄρχων, προσέταξεν ἀπελθόντας εἰς Νίκαιαν ἀποκεφαλισθῆναι. Τὸν δὲ ἅγιον Μάρκον σύρων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, ἐζήτησε χαλκεῖς ποιῆσαι βασανιστήρια. Καὶ εὑρεθέντες Ἀλφειὸς, Ἀλέξανδρος καὶ Ζώσιμος, καὶ πειραθέντες χαλκεῦσαι, εὗρον τὸν σίδηρον πυρὶ μὴ μαλασσόμενον. Καὶ ἐπίστευσαν καὶ αὐτοὶ τῷ Χριστῷ, καὶ ἀπεκεφαλίσθησαν μετὰ τοῦ ἁγίου Μάρκου· καὶ σὺν αὐτοῖς Νίκων, Νέων, Ἡλιόδωρος πιστεύσαντες ἀπεσφάγησαν.

S. *Alexander*, quem diversum fuisse video ab antecedenti. Passus est imp. Maximiano, sepultus Thessalonicae, coll. Menol. Basil. ad 9. Nov. (p. 176.): Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐν Θεσσαλονίκῃ. Ἀλέξανδρος ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ κρατηθεὶς ἠναγκάσθη θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Ὁ δὲ μὴ πεισθεὶς, ἀλλὰ μᾶλλον θείῳ ζήλῳ κινηθεὶς, καὶ ἰδὼν τὴν τράπεζαν τῶν θυσιῶν ἱσταμένην, ὥρμησε, καὶ τῷ ποδὶ κρούσας ἀνέτρεψεν αὐτὴν, καὶ τὰς θυσίας ἐξέχεε. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Μαξιμιανὸς, ἔδωκε τὴν κατ' αὐτοῦ (l. κατ' αὐτοῦ τὴν) ἀπόφασιν, διὰ τοῦ ξίφους ἀποθανεῖν. Καὶ λαβὼν αὐτὸν σπεκουλάτωρ, καὶ ἐκβαλὼν τὸ ξίφος πρὸς τὸ ἀποκεφαλίσαι, ἵστατο ἐκπεπληγμένος. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν· τί ἔστηκας, καὶ οὐ πληροῖς τὸ προσταχθέν σοι; Ὁ δὲ

ἔφη· ὀπτασίαν θεωρῶ, καὶ εἰμὶ ἔντροπος (l. ἔντρομος). Αἰτησάμενος δὲ ὁ ἅγιος ὥραν προσευχῆς καὶ λαβὼν, ηὔξατο· καὶ εὐθέως ἐπλήγη ὑπὸ τοῦ σπεκουλάτωρος. Εἶδε δὲ ὁ βασιλεὺς τέσσαρας ἀγγέλους ὀψικεύοντας τὴν ψυχὴν τοῦ ἁγίου. Καὶ διὰ τοῦτο δέδωκε τοῖς αἰτησαμένοις, θάψαι τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν πόλει Θεσσαλονίκῃ. Ecclesiam ejus nondum inveni. In menologio vide imaginem palatii imperatorii antiquam.

*S. Anysia*, Thessalonicensis, martyr, imp. Maximiano. V. Menol. Basilianum ad 30. Dec.: Ἡ ἁγία μάρτυρ Ἀνυσία ὑπῆρχεν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ βασιλέως, ἐκ πόλεως Θεσσαλονίκης, γονεῖς ἔχουσα εὐσεβεῖς καὶ πιστοὺς καὶ πλουσίους. Ἀλλὰ ἐκείνων ἀποθανόντων ὑπελείφθη ἡ ἁγία κατὰ μόνας, διὰ βίου πράξεως εὐχαριστοῦσα τῷ θεῷ. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν κατὰ τὸ ἔθος ἀπερχομένη εἰς τὴν ἐκκλησίαν, συνήντησεν αὐτῇ στρατιώτης τις, τῶν εἰδώλων προσκυνητὴς, καὶ κρατήσας αὐτὴν ἠνάγκαζεν αὐτὴν ἀπελθεῖν καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισε τὴν ἁγίαν, ἰσχυρῶς ἀντεχομένην καὶ ἐμπτύσασαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, θυμωθεὶς, κατὰ τῆς πλευρᾶς διελαύνει τὸ σπαθίον. Καὶ δεξαμένη ἐπόδυνον καὶ πικρὰν ταύτην πληγὴν ἡ ἁγία, εὐθέως ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν. Ἀλλὰ καὶ πεσοῦσα, τῆς πρὸς θεὸν εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς οὐκ ἀφίστατο. Καὶ οὕτως ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ὥραις ποιοῦσα, παρέδωκε τὸ πνεῦμα αὐτῆς τῷ κυρίῳ.

*S. Ambrosius*, celeberrimus Mediolanensium episcopus, quem pro Thessalonicensibus apud Theodosium M. intercessisse constat. Ejus Sancti dies apud Graecos est 7. Dec., coll. Menol. Basil. ad eundem diem. Sacellum huic Thessalonicae defensori dicatum ibi fuisse, nullus quidem dubito; nil vero de ea re apud scriptores proditum inveni. De eo v. Menologium modo citatum: Ἀμβρόσιος ὁ θαυμαστὸς ἐγένετο ἐκ τῆς πόλεως Ῥώμης συγκλητικὸς, ἐπὶ τῶν χρό-

νων τῶν υἱῶν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, Κωνσταντίου καὶ Κώνσταντος. Διὰ δὲ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην ἐπίσκοπος ἐγένετο Μεδιολάνων, καὶ διήρκεσεν ἕως τῶν χρόνων τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. Ζῆλον δὲ ἔχων θεϊκὸν καὶ ἐλευθέραν ψυχὴν, ὅτε εἶδε τὸν μέγαν Θεοδόσιον πικρανθέντα, καὶ ἀποστείλαντα στρατὸν, καὶ σφάξαντα τὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ λαὸν, ἐπειδὴ ἔπταισαν εἰς τὸν βασιλέα· εἶτα ἐλθόντα εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν Χριστοῦ γεννῶν, ἵνα εἰσοδεύσῃ, καὶ εὔξηται, καὶ κοινωνήσῃ τῶν ἀχράντων μυστηρίων, ἐκώλυσεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ βῆμα, εἰπὼν, ὅτι φονέας, καὶ μάλιστα τοσούτων ὁμοφύλων χριστιανῶν, ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ οὐ δέχεται. Τὸν δὲ ἅγιον ἐθαύμασεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐτίμησε, καὶ ὑπεχώρησεν, εἰπὼν, ὅτι ἀληθῶς ἀρχιερεύς ἐστι. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα μνήμης ἄξια ποιήσας, θανὼν ἐτάφη.

**SS. *Ananias, Azarias et Misael.*** Colebantur et hi Thessalonicae. Vide Eustathianam in eos orationem (Opúscc. p. 49 sqq.). Eorum dies est 17. Dec. Menol. Basil. T. II. p. 36.: *Οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες ἐγένοντο ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ τῆς πόλεως, υἱοὶ Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων· ὅστις Ἐζεκίας ἐτόλμησεν εἰπεῖν τῷ θεῷ, φυλάξαι τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ ἀσθενήσας μέχρι θανάτου, εἶτα μετανοήσας, ἔλαβε προσθήκην ἐτῶν δεκαπέντε. Τῆς δὲ Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων Ναβουχοδονόσωρ πολιορκηθείσης, ἀπῆλθον αἰχμάλωτοι εἰς Βαβυλῶνα. Καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ἐγένοντο ἄρχοντες τῆς χώρας ἐκείνης. Εἶτα μὴ πεισθέντες προσκυνῆσαι τὴν χρυσῆν εἰκόνα, ἣν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς, ἐνεβλήθησαν εἰς κάμινον. Καὶ κατέβη ἄγγελος, καὶ διεφύλαξεν αὐτοὺς ὑγιεῖς. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐτίμησε καὶ τοὺς παῖδας, καὶ ὡμολόγησε, καὶ τὸν θεὸν τοῦ οὐρανοῦ μέγαν εἶναι. Ἦλθε δὲ βασιλεὺς ἕτερος καὶ εὑρὼν τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας πιστεύοντας εἰς τὸν θεὸν, ἀποκεφαλισθῆναι αὐτοὺς προσέταξε. Καὶ δεξάμενος ἕτερος τοῦ*

ἑτέρου τὴν κεφαλὴν, ἔσχατος δὲ ὁ Δανιὴλ τοῦ Ἀνανία, ἐτελειώθησαν.

*S. David, thaumaturgus*, Thessalonicae cultus. Menologium Basilianum ad 27. Jun. (Vol. III. p. 144.): Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν καὶ θαυματουργὸς Δαβὶδ ὑπῆρχε μὲν ἐξ ἀνατολῶν. Καταλαβὼν δὲ τὴν δύσιν, κατεφώτισεν αὐτὴν ταῖς ἀρεταῖς ὡς ἀστὴρ πολύφωτος. Ἐξ ἀνατολῶν (l. ἀπαλῶν) γὰρ ὀνύχων γενόμενος μοναχὸς, καὶ ἐγκρατείᾳ καὶ ἁγνείᾳ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ὑποτάξας, ὡρᾶτο μετὰ σώματος ἄγγελος. Ἐπιθυμῶν δὲ πλείονος κόπου καὶ μείζονος ἀρετῆς, διενοεῖτο τὴν ἀπὸ γῆς φυγὴν καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνάβασιν· καὶ εὑρὼν δένδρον ἀμυγδαλῆς πρὸς κάθεδραν ἐπιτήδειον πλησίον Θεσσαλονίκης, καὶ εἰς ἐκεῖνο ἀναβὰς, καὶ ποτὲ μὲν ἱστάμενος, ποτὲ δὲ καθεζόμενος, τὸν θεὸν ἐδυσώπει διὰ παντός. Καὶ τοὺς πρὸς αὐτὸν ἀπερχομένους χάριν ὠφελείας στηρίζων, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν διδάσκων, ἀπέλυεν. Καὶ οὕτω βιοὺς, καὶ ψύχει καὶ καύματι ταλαιπωρούμενος, ἐπλούτησε καὶ θαυμάτων ἐνέργειαν. Καὶ ἐν πᾶσι τὸν θεὸν θεραπεύσας, πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησεν. De ejus sacello v. Nos p. 138.

*S. Domninus*, Thessalonicensis, martyr. Menolog. Basilianum ad 1. Oct. (Vol. I. p. 83.): Ὁ ἅγιος μάρτυρ Δομνῖνος ὑπῆρχεν ἀπο τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης, χριστιανὸς εὐλαβὴς καὶ τὸν θεὸν φοβούμενος. Τοῦ δὲ Μαξιμιανοῦ βασίλεια κτίζοντος ἐν Θεσσαλονίκῃ, διαγνωσθεὶς ὡς χριστιανὸς ἐκρατήθη, καὶ παρέστη αὐτῷ. Καὶ εἶπεν ὁ Μαξιμιανὸς μετ' ὀργῆς πρὸς αὐτόν· πῶς ἐμοῦ ἐνταῦθα παρόντος σὺ τολμᾷς χριστιανὸν σεαυτὸν ἀνακηρύττειν, καὶ τοὺς θεοὺς ἀποστρεφόμενος ἕτερον θεὸν ὁμολογεῖν; Ἀλλὰ θῦσον αὐτοῖς, εἰ βούλει ζῆσαι. Τοῦ δὲ ἁγίου εἰπόντος, ἕνα θεὸν γινώσκειν, καὶ αὐτὸν προσκυνεῖν καὶ σέβεσθαι, τῶν δὲ νομιζομένων θεῶν καταφρονεῖν πάντα χριστιανὸν, προσέταξεν ὁ Μαξιμιανὸς τοῖς στρατιώταις, μάστιξι κα-

ταξαίνειν τὸ στόμα αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἔβλεπεν αὐτὸν ἀμετάθετον τὴν γνώμην ἔχοντα πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκέλευσεν ἀπενεχθέντα τῆς πόλεως ἔξω συντριβῆναι τὰ σκέλη. Καὶ οὕτω συντλασθεὶς, ἑπτὰ ἡμέρας ἐκαρτέρησε ζῶν, μὴ μετασχὼν τροφῆς. Καὶ μέχρι τέλους εὐχαριστῶν παρέδωκε τὸ πνεῦμα.

**S. *Fantinus*, thaumaturgus, Thessalonicae cultus. Menologium Basilianum ad 30. Aug. (Vol. III. p. 225.):** Μνήμη τοῦ ὁσίου θαυματουργοῦ Φαντίνου. Οὗτος εἶλκε τὸ γένος ἐκ χώρας τῶν Καλαβρῶν, Γεωργίου καὶ Βρυένης υἱὸς. Ἐξ αὐτῶν δὲ σπαργάνων τῷ θεῷ ἀφιερωθεὶς, μοναστηρίῳ ἐκδίδοται, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν μετέρχεται, καὶ γενόμενος ἐργάτης δόκιμος τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ, θείων ἀποκαλύψεων καταξιοῦται. Καὶ ἐπὶ ἡμέρας εἴκοσι διετέλεσε νῆστις. Ἀλλὰ καὶ γυμνὸς ἐπὶ τέσσαρσι χρόνοις διεκαρτέρησε, καὶ μυρίαις περιστάσεσι ἐπάλαισεν ἐν ταῖς τῶν Σαρακηνῶν ἐφόδοις. Ἐν τούτοις (l. ταύταις) ἑξήκοντα χρόνοις (l. χρόνους) διαρκέσας, Βιτάλιον καὶ Νικηφόρον τοὺς αὐτοῦ παραλαβὼν μαθητὰς, τῇ Πελοποννήσῳ προσεπιβαίνει. Καὶ ἐν Κορίνθῳ χρόνον συχνὸν προσδιατρίψας, πολλοῖς πρόξενος σωτηρίας κατέστη, καὶ τὰς Ἀθήνας καταλαβὼν, καὶ τὸ ἅγιον τέμενος τῆς Θεοτόκου προσκυνήσας, ἐν τῇ Λαρίσσῃ γίνεται. Ἱκανῷ δὲ χρόνῳ τῷ τοῦ ἁγίου Ἀχιλλείου προσεδρεύσας τάφῳ, εἰς Θεσσαλονίκην γίνεται. Καὶ κατατρυφήσας τῶν τοῦ μεγαλομάρτυρος Δημητρίου θαυμάτων, ἐφ' ὅλοις ὀκτὼ ἔτεσι τὸν συνήθη κανόνα τῆς ἐγκρατείας μετερχόμενος, ἐν γήρᾳ καλῷ καταλύει τὸν βίον.

**S. *Florentius*, martyr, Thessalonicensis. Menolog. Basil. ad 13. Oct. (Vol. I. p. 117.):** Ὁ μάρτυς Φλωρέντιος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης. Χριστιανὸς δὲ ὢν καὶ ζηλωτὴς τοῦ καλοῦ, ὕβριζε καὶ διέβαλλεν ἐπὶ πάντων τοὺς θεοὺς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τὴν θρησκείαν αὐτῶν ἀνεθεμάτιζεν, ἐδίδασκε δὲ πάντας τὴν ἀληθινὴν πίστιν τοῦ

*Χριστοῦ, καὶ ἐστήριζε τοὺς χριστιανοὺς καὶ παρεκάλει πρὸς τὸ ποιεῖν τὰ θελήματα τοῦ θεοῦ. Οὕτω δὲ ποιῶν ἐκρατήθη παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος. Καὶ ἐρωτηθεὶς, ὡμολόγησεν ἐνώπιον αὐτοῦ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναι μόνον θεὸν, τοὺς δὲ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς ξύλα ὑπάρχειν καὶ λίθους καὶ χρυσὸν καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον, εἴδωλα ἄψυχα καὶ ἀναίσθητα. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ εἰς ὀργὴν κινήσας τὸν ἄρχοντα, τιμωρεῖται διαφόρως. Εἶτα κρεμᾶται ἐπὶ ξύλου, καὶ ξέεται. Καὶ πυρᾶς ἀναφθείσης μεγάλης, ἐμβάλλεται εἰς αὐτὴν χαίρων. Καὶ ἐν αὐτῇ προσευχόμενος καὶ εὐχαριστῶν τῷ θεῷ, ἐτελειώθη.*

***S. Heliconis*, martyr, Thessalonicensis. Menologium Basilianum ad 28. Mai. (Vol. III. p. 115.):** *Ἑλικωνὶς, ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ Γορδιανοῦ καὶ Φιλίππου τῶν βασιλέων, ἐκ πόλεως Θεσσαλονίκης. Κρατηθεῖσα δὲ, καὶ πρὸς τὸν δοῦκα Κορίνθου ἀχθεῖσα, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσασα, πρῶτον μὲν δεσμεῖται τοὺς πόδας ἐν ζυγῷ βοῶν, καὶ τὰς πτέρνας χαράσσεται, καὶ ξηραίνεται τὴν κεφαλὴν, καὶ πῦρ κατ' ὅλου σώματος δέχεται. Ἀνεθεῖσα δὲ, καὶ ἐν τῷ ναῷ τῶν εἰδώλων εἰσελθοῦσα, δι' εὐχῆς κατέστρεψεν αὐτά. Εἶτα τέμνεται τοὺς μαστούς. Καὶ διαδεξαμένου τὸν δοῦκα Ἰουστίνου τοῦ ἀνθυπάτου, ἀχθεῖσα πρὸς αὐτὸν ἡ μάρτυς, ἐν καμίνῳ ῥίπτεται. Τῆς δὲ φλογὸς μὴ ἁψαμένης αὐτῆς, ἀλλ' ἐκ τῶν στρατιωτῶν ἑβδομήκοντα ἄνδρας λυμηναμένης, ἐν κραβάτῳ χαλκῷ πυρωθέντι ἁπλοῦται. Ἐπιφανέντες δὲ οἱ ἀρχάγγελοι Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ ἀβλαβῆ διετήρησαν αὐτήν. Εἶτα θηρίοις ἐκδίδοται· οἱ δὲ θῆρες αὐτὴν οὐκ ἔβλαψαν, ἀνεῖλον δὲ ἄνδρας ἑκατὸν εἴκοσι. Καὶ τότε τὴν διὰ ξίφους ἀπόφασιν δεξαμένη ἀπεκεφαλίσθη.*

***S. Josephus*, episcopus Thessalonicensis, confessor. Menologium Basil. ad 14. Jul. (Vol. III. p. 167.):** *Ἰωσὴφ, ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοφι-*

λου τοῦ εἰκονομάχου, υἱὸς μὲν Φωτεινοῦ καὶ Θεοκτίστης, ἀδελφὸς δὲ Θεοδώρου, ἡγουμένου τῶν Στουδίου· ὃς διὰ τὴν ἐνάρετον αὐτοῦ πολιτείαν ψήφῳ κοινῇ χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Θεσσαλονίκης. Ἔνθα χρόνον ὀλίγον διατρίψας, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν διδάξας, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ὑπέστρεψε πόλιν κελεύσει βασιλικῇ. Καὶ παραστάντες αὐτός τε καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τῷ εἰκονομάχῳ βασιλεῖ, ἠναγκάζοντο ἀρνήσασθαι τὴν προσκύνησιν τῶν σεπτῶν εἰκόνων. Καὶ μὴ πεισθέντες, ὁ μὲν ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιάδος ἐξωρίσθη λίμνῃ, ὁ Θεόδωρος· ὁ δὲ φυλακαῖς διαφόροις προσομιλήσας, ὁ Ἰωσὴφ, καὶ τῇ λοιπῇ κακοπαθείᾳ ἐγκαρτερήσας, καὶ πάλιν διά τινος τῶν δυσσεβῶν ἀποσταλέντος παρὰ τοῦ βασιλέως ἀναγκασθεὶς ὑπογράψαι τῷ τόμῳ τῆς αἱρέσεως, καὶ μὴ ἀνασχόμενος, κατακλεισθεὶς εἰς σκοτεινοτέραν φυλακὴν ἐτελειώθη.

S. *Marcus.* Habuit Thessalonicae basilicam seculo VI. Videatur Suggestio Germani etc. ad papam Hormisdam (Conciliorum Tomus X. Paris. 1644. p. 553.): *S. Marci basilicae.* Est annus fere 519. Fuere eo tempore Germanus aliique Latini Thessalonicae, Cpolin proficiscentes ad imp. Anastasium, ob haeresin Acacii.

S. *Matrona,* Thessalonicensis, martyr. Menologium Basilianum ad 28. Mart. (Vol. III. p. 32.): Ματρώνα, ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης, δούλη γυναικὸς Ἰουδαίας, ἄνδρα ἐχούσης στρατοπεδάρχην Θεσσαλονίκης. Ἀκολουθοῦσα δὲ τῇ κυρίᾳ αὐτῆς μέχρι τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, ἐκεῖ μὲν οὐκ εἰσήρχετο, ὑποστρέφουσα δὲ ἀπήρχετο εἰς τὴν τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίαν, κἀκεῖ προσηύχετο. Διαγνωσθεῖσα δὲ παρὰ τῆς κυρίας αὐτῆς, τύπτεται ἰσχυρῶς, καὶ ἀποκλείεται ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ ἐπὶ πολὺ ἄσιτος διαμείνασα, πάλιν ἐξάγεται καὶ μαστίζεται ἀφειδῶς, καὶ καταναγκάζεται ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Ὡς δὲ οὐκ ἐπείσθη, πάλιν ῥίπτεται εἰς φυλα-

κὴν, ἐν ᾗ καὶ τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε τῷ Θεῷ. Ἧς τὸ λείψανον ἀπὸ τοῦ τείχους ἔῤῥιψεν ἡ κυρία αὐτῆς. Ἀλλὰ οἱ χριστιανοὶ ἀνελόμενοι νυκτὸς ἔθαψαν· ὕστερον δὲ Ἀλέξανδρος ὁ ἐπίσκοπος ἔνδον τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης ἐκκλησίαν κτίσας ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας, ἐκεῖ κατέθετο.

*S. Nestor*, martyr, Thessalonicensis. Menologium Basilianum ad 26. Oct. (Vol. I. p. 145.): Ὁ μάρτυς Νέστωρ ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ. Χριστιανὸς δὲ ὢν, ἀπήρχετο πρὸς τὸν ἅγιον Δημήτριον, ἐν ᾧ ἐκαθέζετο τόπῳ καὶ ἐδίδασκεν, καὶ ἐμάνθανεν ἀκριβέστερον παρ' αὐτοῦ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Παρατυχόντος δὲ τοῦ Μαξιμιανοῦ ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ, καὶ ἱπποδρομίας ἐπιτελοῦντος, καί τινα ἔχοντος ἄνδρα ἐθνικὸν, Λύαιον ὀνόματι, μονομάχον, ὑπερμεγέθη καὶ ἰσχυρὸν, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθισταμένων αὐτῷ ἀναιροῦντα ἐν τῷ θεάτρῳ, ἰδὼν ὁ ἅγιος Νέστωρ ἐπλήσθη θείκοῦ ζήλου. Καὶ ἐπεὶ ἤκουσε τοῦ Μαξιμιανοῦ λέγοντος· εἴ τις θέλει, πολεμησάτω καὶ νικησάτω Λύαιον, τρέχει πρὸς τὸν ἅγιον, καὶ βουλεύεται (l. συμβ.) αὐτῷ περὶ τούτου. Καὶ παρ' ἐκείνου στηριχθεὶς καὶ δυναμωθεὶς τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀνεῖλε ξίφει τὸν Λύαιον. Θυμωθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦτο, ἀπεκεφάλισε τὸν Νέστορα. Καὶ οὕτως ἐτελειώθη, νικήσας τὸν διάβολον καὶ τὸν Λύαιον. Festum ejus (26. Oct.) est initium festi *S. Demetrii*, s. Demetriorum, cujus Sancti Nestorisque sacra juncta fuere. Menologium habet veterem picturam, quae palatium imperatorium refert.

*S. Nicephorus*, martyr, imp. Gallieno, Thessalonicae admodum cultus. Est ejus dies 9. Febr. Menol. Basil. T. II. p. 176. (coll. Eustath. Opuscc. p. 1. sqq): Νικηφόρος, ὁ ἔνδοξος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, ὑπῆρχεν ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιηνοῦ τῶν βασιλέων, ἰδιώτης τὴν τάξιν. Εἶχε δὲ φίλον, Σαπρίκιον καλούμενον, πρεσβύτερον τῆς τῶν Χρι-

στιανῶν ἐκκλησίας, ὅστις ἀπὸ διαβολικῆς ἐνεργείας ἐμίσησε τὸν ἅγιον Νικηφόρον καὶ ἐμνησικάκει. Ἐγένετο δὲ διωγμὸς, καὶ κρατηθεὶς ὁ Σαπρίκιος παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, ἠναγκάζετο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Πέμψας δὲ πρὸς αὐτὸν μεσίτας ὁ ἅγιος Νικηφόρος, παρεκάλει συγχωρῆσαι αὐτῷ πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν. Καὶ ὅτε ἴδεν (l. εἶδεν) αὐτὸν συρόμενον ὑπὸ τῶν δημίων πρὸς τὸ ἀποκεφαλισθῆναι, δραμὼν ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρακαλῶν συγχωρηθῆναι. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἔπεισε τὸν ἄθλιον. Τότε ἀπεστράφη αὐτὸν ὁ θεός. Γυμνωθεὶς γὰρ τὸν τράχηλον, καὶ ἰδὼν τὸ ξίφος γυμνωθὲν, εἶπε τοῖς δημίοις· Ἄφετέ με, καὶ θύω (l. θύσω) τοῖς εἰδώλοις. Δραμὼν δὲ ὁ ἅγιος Νικηφόρος ὑπέθηκε τὸν ἑαυτοῦ τράχηλον ἀντὶ Σακρικίου, καὶ ἀπεκεφαλίσθη ὑπὲρ Χριστοῦ.

**S. *Paulus*, Thessalonicensis, patriarcha Cpolitanus, imp. Constante et Constantio. Necatus ab Arianis in monasterio quodam Armeniae, quo fuerat relegatus post mortem Constantis imp. V. Menologium Basilianum ad 6. Nov.:** *Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ, τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Οὗτος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης, νοτάριος Ἀλεξάνδρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, καὶ διάκονος τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας. Ὃν οἱ ὀρθόδοξοι μετὰ τελευτὴν Ἀλεξάνδρου προχειρίζονται πατριάρχην. Κωνστάντιος δὲ ὁ βασιλεὺς, Ἀρειανὸς ὤν, ὑποστρέψας ἀπὸ Ἀντιοχείας, ἐκβάλλει τοῦ θρόνου· καὶ ἀντ' ἐκείνου προεχειρίσατο Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας. Ὁ δὲ καταλαμβάνει τὴν Ῥώμην, εὑρὼν καὶ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐκβεβλημένον τοῦ οἰκείου θρόνου. Καὶ διὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως Κώνσταντος ἀπολαμβάνουσι τοὺς οἰκείους θρόνους. Καὶ πάλιν ἐκβάλλονται παρὰ Κωνσταντίου, συμβουλῇ τῶν Ἀρειανῶν. Τότε γράφει Κώνστας πρὸς τὸν ἀδελφὸν Κωνστάντιον· ὅτι, εἰ μὴ ἀπολάβοιεν τοὺς θρόνους ἑαυτῶν, ἐλεύσομαι μετὰ ὅπλων κατά σου. Ἀπέλαβεν οὖν τὸν θρό-*

νον ὁ Παῦλος τὸ τρίτον. Καὶ μετὰ θάνατον Κώνσταντος ἐξορίζεται εἰς Κούκουσον τῆς Ἀρμενίας. Καὶ ἀποκλεισθεὶς ἐν οἰκήματι, λειτουργῶν ἀπεπνίγη παρὰ τῶν Ἀρειανῶν μετὰ τοῦ ἰδίου ὠμοφορίου.

*S. Porphyrius*, Thessalonicensis, episcopus Gazae. Menologium Basilianum ad 26. Febr. (Vol. II. p. 213.): Ὁ ἅγιος Πορφύριος ἐγένετο ἀπὸ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης, υἱὸς γονέων πλουσίων. Καταλιπὼν δὲ καὶ γονεῖς καὶ πλοῦτον, ἐπὶ βασιλείας Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐγένετο μοναχός. Εἶτα ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπειθεν Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας προσέρχεσθαι τῷ Χριστῷ, σμίλην μεταχειριζόμενος, καὶ δέρματα ῥάπτων, καὶ τρέφων καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς πένητας. Εἶτα χειροτονεῖται πρεσβύτερος ὑπὸ Πραΰλου, πατριάρχου Ἱεροσολύμων. Καὶ τῶν Γαζαίων ζητησάντων αὐτὸν, χειροτονεῖται ἐπίσκοπος ὑπὸ Ἰωάννου, ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας τοῦ Φιλίππου. Καὶ πλεῖστα θαύματα ποιήσας, πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Ἰουδαίων ἐβάπτισε, καὶ πάντας τοὺς ναοὺς τῶν εἰδώλων καταστρέψας, ἐκκλησίας ἁγίων ἔκτισε. Καὶ οὕτω καλῶς βιώσας, πρὸς θεὸν ἐξεδήμησε, κληρονομήσας τὴν αἰώνιον ζωήν.

*S. Thessalonica*, martyr, Thessalonicensis, cum SS. martyribus Aucto et Taurione (Menol. Basil. Vol. I. ad 7. Nov. p. 173): Ἡ μάρτυς Θεσσαλονίκη ὑπῆρχε θυγάτηρ Κλεώνός τινος, ἱερέως τῶν εἰδώλων. Χριστιανὴ δὲ γενομένη ἠναγκάσθη παρὰ τοῦ πατέρος ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Μὴ πεισθεῖσα [δὲ], γυμνωθεῖσα τύπτεται σφοδρῶς, καὶ ξύλοις τὰς πλευρὰς συντρίβεται. Εἶτα ἐκδιώκεται τῆς πατρικῆς οὐσίας, καὶ μικρὸν κτῆμα λαβοῦσα ἐκ τῆς μητρῴας οὐσίας, ἐκεῖ κατῴκει. Ἰδόντες δὲ τὸ γινόμενον ἄνδρες δύο Χριστιανοὶ εὐλαβεῖς, Αὔκτος καὶ Ταυρίων καλούμενοι, ἠγανάκτησαν κατὰ τοῦ Κλέωνος. Ὁ δὲ δίεβαλεν αὐτοὺς τῷ τῆς χώρας ἄρχοντι. Καὶ κρατηθέντες τύπτονται· εἶτα λιθο-

*βολοῦνται, καὶ εἰς πῦρ ἐμβάλλονται. Καὶ ἐξελθόντες κατατοξεύονται. Καὶ αὖθις εἰς λίμνην ῥιπτοῦνται· καὶ ἐξελθόντες ἀποκεφαλίζονται. Ἡ δὲ Θεσσαλονίκη μετὰ τοῦτο τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν μὴ παύσασα, ἐν εἰρήνη ἐτελειώθη. Τὸ δὲ τίμιον αὐτῆς λείψανον κατετέθη ἐν Ἀμφιπόλει μετὰ τῶν λοιπῶν ἁγίων ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς.*

Et haec fere de ecclesiis Sanctisque Thessalonicensibus; cui accedat Innocentii III. locus de *aedibus archiepiscopalibus* (Epist. lib. 13, 13. ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. 2. pag. 417.): *In archiepicopalibus domibus.* Sedem harum nondum inveni.

Plura non extricavi; neque adeo, quasnam aedes sacras hodierni Graeci teneant, a viris doctis, qui urbem adiere, quaesitum video;[17]) qui in exponendis Judaeorum Thessalonicensium rebus aliquanto diligentiores se praestiterunt, quam in exponendis sacris Christianis.[18]) Videatur Paulus Lucas (Voyage fait en 1714 etc. Amstel. 1720. Vol. I. p. 35 sq.), qui Judaeis synagogas XXII tribuit. Adde Hadschi Chalfae

---

17) Walpolius apud Clarkium (Travels II, 3, 349.): *The number of Greek churches is now sexteen.* Dapperus, Walpolio toto seculo antiquior, Christianis XXX. ecclesias tribuit, Judaeis synagogas XXXV. majores, non additis minoribus. Videatur ejus Descript. des isles de l'archipel. Amsterdam 1703. p. 347. Principalem quandam ecclesiam Graecorum, incertum quandam, spectat Paulus Lucas in Voyage (Amsterd. 1714. T. I. pag. 205.): *Enfin nous fûmes a l'eglise des Grecs; elle est passable, et l'on pourroit même dire assez belle. On y voit le tombeau d' Eutiches, l'antagoniste de Nestorius.* Est haec fama quaedam Graecorum Thessalonicensium, cujus vestigia alibi, multum legens, non inveni.

18) Judaeos Thessalonicenses seculo XII. invisit Benjamin de Tudela (*Itinerarium Benjamini,* latine redditum opera Const. L'Empereur. Lugd. Bat. ex officina Elzeviriana. 1633. ed. min. pag. 38 sq.). Ejus locum afferam in mercatura Thessalonicensi.

librum saepius cit. pag. 77. 78. Leake Travels in North. Greece Vol. 3. p. 249.: *The Jews of Saloníki are descended from the largest of those colonies, which settled in Greece at the time of their expulsion from Spain at the end of the fifteenth century; but a considerable portion of them have become Musulmans since that time, though without being altogether acknowledged by the Osmanlís, and forming a separate class under the denomination of Mamíns. Inheriting the Jewish spirit of parsimony and industry, they are generally rich, and among them are some of the wealthiest Turks of Saloníki.* De numero classibusque incolarum Thessalonicensium videatur Idem ibidem p. 248.: *The population of Saloníki is reckoned at* 80,000, *but probably does not exceed* 65,000, *of whom* 35,000 *are Turks,* 15,000 *Greeks, and* 13,000 *Jews, the remainder Francs and Gypsies.*

*Nosocomium.* Eo vix ullam majoris momenti civitatem Graecam, si aevum Christianum spectes, caruisse existimo. Raro tamen talium aedium disertis verbis mentio a Byzantinis scriptoribus injicitur. De Thessalonicensi quodam nosocomio (unaquaeque vero major ecclesia nosocomium habuisse putanda est) videndus Eustathius narratione Normannica cap. 134. (Opuscc. p. 304, 20 sq.); qui τὸν ἐκκλησιαστικὸν ξενῶνα (nosocomium puto principale) dicit, sed ibidem nosocomii quoque vocabulo (νοσοκομουμένων, νοσοκομίαν) de eodem hospitio utitur. Normannos ibi anno 1185. foedissime grassatos, Archiepiscopus l. c. refert. Nosocomii hujus memoria seculo XIV. recurrere videtur, non quidem nomine ejus allato, sed laudatis ejus antistitibus, sc. apud Nicephorum Chumnum (Boissonad. Anecdd. Grr. Vol. II. p. 146 sqq.); qui orator ἄνδρας Ἀβρααμιαίους eos vocat, nomine petito ab hospitalitate Abraami patriarchae, qua is insignis angelos hospitio recipere dignatus fuit (I Mos. XVIII.). Adde Eugenici laudem Trapezuntis c. 19. (ad calcem Eustathii Opuscc.

p. 373, 20.), coll. Boissonad. ad Chumni locum modo allatum. V. Eundem Boissonadium in Anecdd. Grr. Vol. V. pag. 75. Illi vero nosocomii antistites ministrique num monachi fuerint, nec ne, e Chumni quidem loco non satis liquet. Sed monachos fuisse, Leo Diaconus suadet histor. 3, 8.: .. *Τῇ τῶν Ἀβραμιτῶν, ἣν καὶ Ἀχειροποίητον ὀνομάζουσι*; unde Thessalonicae quoque nosocomium in monasterio Mariae manu non factae sedem habuisse putabis. Certe Abraamitas Constantinopolitanos sedem habuisse conjunctam cum aede Mariae manu non factae, ostendit Constantinus Porphyrogenitus De cerimoniis aulae Byzantinae 1, 96.: *Τὴν μονὴν τῶν Ἀβραμιτῶν, τὴν λεγομένην ἀχειροποίητον τῆς Θεοτόκου.* Ibidem in Appendice ad librum primum (ed. Bonn. T. I. p. 490.): *Ἤλθον ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Ἀβραμιτῶν.* Idem monasterium cum ecclesia paulo post (edit. cit. p. 501.) dicitur *Ἀβραμῖται*, compendio dicendi satis noto.

Ceterum Nosocomiis ac diversoriis ecclesiasticis condendis Manuelem Comnenum imperatorem inclaruisse, testis est Eustathius orat. funebri in imperatorem habita c. 52. (Opuscc. pag. 208, 50. 60.).

2. *Diversoria et cauponae.*

Urbis Thessalonicensis cauponae quaedam in historia ecclesiae primae Demetriacae occurrunt. AA. SS. ad VIII. Oct. cap. 15. p. 94.: *Μετὰ καὶ τῶν ἐκεῖσε ὄντων δημοσίων ἐμβόλων καὶ προπινῶν.* Est seculum quartum quintumve. Cauponae diu post (sec. XIV.) recurrunt apud Cantacuzenum hist. 3, 93.: *Μεθύοντες* (factio zelotarum) *ἐν καπηλείοις* ... Est annus 1346.

3. *Aliae urbis aedes partesque, aevum gentilitium et christianum spectantes.*

Minoris formae monumenta vetera, statuas, lapides sepulcrales, varii generis inscriptiones, rell., numero satis magno Thessalonicam habuisse, atque etiamnunc habere, praeter alia catalogus Böokhianus (Corpus inscriptionum Graecarum

Vol. II. pag. 52 sqq.) testatur, qui Thessalonicenses inscriptiones XXIX. recenset; quibus jam adde duas Cousinerianas (Voy. dans la Macéd. Vol. I. p. 42 sq.). Priorem illustravimus p. 129.; posteriorem in historia munimentorum explanabimus.

Priusquam ad ipsam enarrationem accedimus, pauca praemonenda videntur de monumentis non paucis, quae medio aevo e Thessalonica ablata esse dicuntur.

*Seculi quinti finis sextique initium.* Eo tempore Thessalonica columnas quasdam habuit figuratas s. historiatas, quas Constantinopolin ab Anastasio Dicoro imp. (a. 491—518.) ablatas refert Codinus de origg. Cpolitan. pag. 44. 45. ed. Paris. (pag. 35. ed. Ven.): *Τὸν ἅγιον Πλάτωνα Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος ἔκτισεν, ἐναρχομένου ἤδη τοῦ ἑβδόμου αἰῶνος. Τοὺς δὲ κιόνας τοὺς δέκα, τοὺς ἐνζώδους γλυπτοὺς, ἔφερεν ἀπὸ Θεσσαλονίκης εἰς τὸν ναὸν, ὧν οἱ μὲν δύο ἤρθησαν παρὰ Ῥωμανοῦ βασιλέως τοῦ Λεκαπηνοῦ* (a. 959—963.), *καὶ ἐτέθησαν εἰς τὴν Χαλκήν...* De hac ecclesia S. Platonis Cpolitana non egit Du Cangius in Constantinopoli Christiana.

*Seculi sexti finis septimique initium* (imperium Mauritii a. 582—602.). Statuas Thessalicas (marmoris puto Thessalici viridis), prope ecclesiam Demetriacam positas, vidimus supra p. 123.

*Seculum decimum.* Aestate anni 904., cum obsidio Thessalonicae Sarazenica instaret, Petronas, praefectus urbis, vir perquam diligens ac probus, ut hostilibus navibus aditum ad moenia maritima difficiliorem redderet, permultos cippos veterum gentilium, urbis olim incolarum, in mari muris proximo demersit, parvo inter se intervallo, ordine tamen digestos (*ἀπὸ μικροῦ τινος διαστήματος στοιχηδὸν τούτους τοῖς ὕδασιν ἀποκρύπτων*). Cameniata narratione Sarazenica cap. 17.: *Πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἐκ μονολίθου γεγλυμμένοι τύμβοι, κατά τε τὸ πρὸς ἀνατολὴν καὶ*

δύσιν μέρος τῆς πόλεως, ἐν οἷς πάλαι τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς οἱ τήνδε κατοικοῦντες ἐνεταφίαζον Ἕλληνες... In has equidem undas inscriptionum Graecarum collectores duce Böckhio ablego, ut urinatores facti novis veterum monumentis protractis thesauros Berolinensem aliosque locupletent. De sede harum reliquiarum mari conditarum accuratius definienda deinceps agam, ubi historiam munimentorum enarrabo. Ceterum munimenta quoque Thessalonicensia multa etiamnunc statuarum aliorumque artificiorum fragmenta continere dicuntur, de quo videatur Fel. Beaujour in Tableau du Commerce de la Grèce Vol. I. p. 26 sq. Clarke travels II, 3, 343.

*Seculum decimum quintum.* Anno 1430. Muradus II., Turcarum imperator, Thessalonicensium victor, mille (i. e. permultos) lapides marmoreos (μαρμάρους χιλίας), ecclesiis ac monasteriis Thessalonicae abstractos, Adrianopolin, suam tum regiam, avexit, iisque ad balneum exstruendum usus est, referente Jo. Anagnosta in narratione Turcica c. 18. Eodemque tempore in media urbe Thessalonica balneum novum Turcae condiderunt, lapidibus in eam rem utentes, quas ecclesiis aliisque Graecorum aedibus sacris abstraxerant. V. Nos deinceps in balnei publici illustratione. Praeter mare igitur, civitati proximum, ipsamque Thessalonicam, urbs magna Adrianopolis monumenta Thessalonicensia satis multa tenet; de quo eos, qui istas terras postero tempore visitaturi sunt, his nostris pagellis monitos velimus. Cipporum vero gentilitiorum multitudinem testatur Clarkius (Travels II, 3, 361.): *The other antiquities of Salonica consist of marble Soroi* (σοροὶ, cippi), *found in different parts of the town, as cisterns, both in the courts of the houses, and in the streets.* Adde Paulum Lucam in Voyage (Amsterdam 1714. T. I. p. 203.): *Dans toute cette ville et aux environs on rencontre un nombre prodigieux de colonnes.* Adde Leakium in Trav. in north. Greece Vol. 3. p. 235. (de coemeterio Turcico); eundem p. 246. (de variis urbis partibus).

His praemissis, ad *potiores Thessalonicae veteris aedes partesque* progredimur, *sive reliquias earum habeamus, sive penitus illae evanuerint.*

A. *Palatium imperatorium.* Ad annum Christi 306 has aedes memorat Anonymus Vaticanus in Actis Sanctorum (S. Demetrii) ad VIII. Oct. cap. 11. p. 93.: *Μαξιμιανὸς . . ἐπὶ τὰς βασιλείους αὐλὰς ἐπανήρχετο.* Idem plane repetit Simeon Metaphrasta in AA. SS. l. c. c. 17. pag. 101. Recurrit hoc palatium, sec. IV. exeunte, vel V. ineunte, in historia Mariani praefecti supra memorati p. 117. Pseudoioannes in AA. SS. l. c. cap. 11. p. 107.: *Ἐν ταῖς βασιλείαις αὐλαῖς.* Seculo XIV. palatium Caesareum ibidem videmus apud Cantacuzenum hist. I, 53. 54. (ed. Bonn. p. 271. 272.), coll. Niceph. Greg. hist. V, 11, 6. Tenuit autem vetus imperatoris Romani palatium inferiorem urbis partem, coll. locis, quos ad illustrandum theatrum stadiumque deinde afferemus. De palatio Diocletiani, quod Thessalonicae fuisse volunt, vide Nos paulo inferius, ubi hippodromum Thessalonicensem exponemus.

B. *Quaestoris Romani domus Thessalonicensis.* Cicero orat. pro Plancio cap. 41.: *Thessalonicam in quaestorium* (nos) *perduxit.*

C. *Praefecti* (proconsulis) *Macedonici, deinde Illyriciani, domus.* Hujus memoriam, quam apud Romanorum scriptores non invenio, primus, ni fallor, Malchus (ad ann. 479.) habet eo loco, quem attuli in Dissert. histor. p. 38., *ἀρχεῖον* dicens. Sequiore tempore *πραιτώριον* occurrit, quae vox primitiva harum aedium denominatio fuisse videtur. Pseudoioannes in AA. SS. ad VIII. Oct. cap. 21. pag. 110.: *Διὰ τὸ μακρὰν ἀφεστηκέναι* (a stadio) *τὸ πραιτώριον τῶν ὑπάρχων.* In partibus urbis inferioribus situm hoc praetorium fuit, ut palatium imperatorium. Idem Pseudoioannes ibid. cap. 23. pag. 111.: *Αὐτοπόδως κάτεισιν* (Marianus) *εἰς τὸ πραιτώριον αὐτοῦ, καὶ ἅρας, ὧν ἔχρῃζεν, ἄνεισι*

*πάλιν εὐθὺς ἐπὶ τὸν σεβάσμιον οἶκον τοῦ μάρτυρος* (ecclesiam s. aediculam). Ceterum in significando praefecto s. praetore Illyrici ipsiusque Thessalonicae Graeci scriptores promiscue utuntur vocibus *ἔπαρχος* et *ὕπαρχος*.[19]) Malchus pag. 245. (Dexippus etc. ed. Bonn.): *Τὸν ἔπαρχον ἕτοιμοι διασπάσαι ἦσαν.* Ubi *ὕπαρχον* suadet Niebuhrius. AA. SS. l. c. cap. 1. p. 104.: *Τοὺς τῶν ὑπάρχων θρόνους.* Ibidem cap. 24. p. 112.: *Τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἔπαρχος.* Ibidem cap. 97. p. 139.: *Τῶν ὑπερλάμπρων ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυρικοῦ.* Ibid. cap. 90. p. 136.: *Τὴν τῶν ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἔθνους ἀρχὴν διὰ χειρὸς ἔχων ἀνήρ τις.* Ibid. cap. 73. p. 130.: *Ἰλλυρικοῦ ὕπαρχοι.* Ibid. c. 22. p. 111.: *Ὁ ἔπαρχος.* Ibidem cap. 73. p. 130.: *Τὴν ἔπαρχον ἀρχὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ.* Ibid.: *Τοὺς ἐπάρχους Θεσσαλονίκης.* Adde Cedreni locum, quem attuli in Dissert. hist. p. 37. not. Obiter moneo, in Actorum locis Illyrici mentionem, seculo septimo adeoque fine sexti factam, vanam reapse fuisse. Tum enim Illyricum aliis parebat, quam Romanis (Graecis). Idem valet de scrinii Dacici dignitate apud praefecturam Illyrici (Dissert. histor. p. 42.). Dacia enim diu ante amissa fuerat. Vulgaris praefecti provinciae Illyricianae, immo Thessalonicensis, ut aliarum, apud Byzantinos denominatio *δοὺξ* fuisse videtur, cum *ἔπαρχος* s. *ὕπαρχος* sermoni puriori debeatur, ut alia ejusdem praefecti denominatio, s. *στρατηγὸς*, quam in bello Sarazenico anni 904. apud Cameniatam l. c. cap. 18. 19. 20. 27. 41. deprehendimus, coll. Cedreno ed. Paris. p. 600., ed. Ven. p. 470. His adde Constantini Porphyrogeniti locos, quos dedi p. 40. Comitis (*κόμητος*) nomen in Thessalonicensi inscriptione Zenoniana (Cousinéry Voyage Vol. I. p. 268.) num praefectum

19) De hoc promiscuo utriusque vocis usu in significando etiam praefecto praetorio vide Fabrotum in indice grammatico ad calcem Constantini Manassis pag. 291. ed. Bekk.; item Du Cangium in gloss. s. v. *ἔπαρχος*.

urbis nostrae agrique ejus spectet, nec ne, ambiguum mihi est. Comitis saltem dignitas ducis munere inferior fuisse videtur. Illa quando invaluerit, doctiores extricabunt. Inveni equidem Thessalonicensis ducis nomen non ante seculum XI., coll. Cedreno (ed. Paris. p. 708. 719., ed. Ven. p. 554. 562. . Sequuntur seculi XII. scriptores. Timario (Notices et Extr. Vol. 9. parte 2.) cap. 7. 9. 10. Idem vero cap. 6. 10. puriori sermone utens, eum *τῆς χώρας ἡγεμόνα*, vel simpliciter *ἡγεμόνα* (praefectum) dicit. Eustathius Opuscc. p. 65, 23.: *Εἰ μὴ ὁ δοὺξ ἤθροισεν.* 83, 88.: *Τὸν πάλαι ἱκανάτον* (militem selectum aulicum), *ὃς καὶ ἐνταῦθα προεκάθισε δουκικῶς.* 284, 32.: *Καὶ γραφὴ εὐθὺς τοῦ καὶ στρατηγοῦ καὶ δουκὸς* (Davidis Comneni) *εἰς τὸν βασιλέα*: ubi usum dicendi purum et vulgarem mixtum vides. 303, 91.: *Τῆς* (*ἔχθρας*) *κατὰ τὸν δοῦκα Δαυΐδ.* Habetque Synaxarium Graecorum eo loco, quo agitur de S. Demetrio, ducem Thessalonicensem, referente Du Cangio in gloss. Gr. v. *δοὺξ*, qui vir summus omnino conferendus de hac voce. Praeter ordinem tales duces in provincias identidem missos, bellum Sarazenorum Thessalonicense, anno 904. gestum, ostendit, ubi unum et alterum extra ordinem praefecto ordinario suffectum legimus apud Cameniatam l. c. cap. 18. 19. 41. 56. Idem jam in bello Sclavinorum quarto acciderat, coll. Dissert. histor. p. 57. [20]) Cantacuzenus puriora habet in significando praefecto Thessa-

20) *Praefectum praetorio Thessalonicensi* seculi VI. initio invenio. Videatur Hormisdae papae epistola 39. (Conciliorum Tomus X. Paris. 1644. p. 513.): *Hormisda* (est inscriptio *praefecto praetorio Thessalonicensi et ceteris illustribus a pari.* Idem p. 572.: *Indiculus, qui directus est a Joanne episcopo* etc.: *Vicario magistri militum praetorianorum.* Nimirum quum Thessalonica Augustorum Romanorum sedes esset, habebat praetorianos suos et praetorium ut Roma, Antiochia Syriae et Nicaea. Dein mansere seculis sqq. tales denominationes, postquam diu ante Romanorum Augusti sedem suam alio transtulerant.

lonicensi. Is igitur 1, 26.: *Θεσσαλονίκης καὶ τῶν ἄλλων ἑσπερίων πόλεων ἐπιτροπεύσοντα.* Idem verbum recurrit 1, 43. 3, 11. Et *ἄρχοντα* dicit eundem 3, 31., *ἀρχὴν* vero *Θεσσαλονίκης* 3, 93. Plurali numero (*οἱ ἐν Θεσσαλονίκῃ ἄρχοντες*) 4, 15. Nicephorus Gregoras 8, 3.: *Ἐπιτροπὴν Θεσσαλονίκης.* 8, 14.: *Ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν* (Thessalonicae). De eadem re vocem *ἐπιτροπεύειν* habet idem Nicephorus 9, 1. Idem 9, 10.: *Τὴν ἐπιτροπὴν τῆς Θεσσαλονίκης διεζωσμένον.* Idem 14, 11.: *Θεσσαλονίκης ἐπιτροπείαν.* Peculiares quoque magistratus urbem habuisse, monui in Dissert. hist. p. 21. 22. Quibus addo Pseudoioannem in Actis Sanctorum ad VIII. Oct. cap. 90. pag. 136.: *Τινὰς τῶν τῆς πόλεως πραγματείας προϊσταμένων.* Spectatur seculum Christi septimum.

D. *Balneum publicum cum stadio.* Utrumque juxta ponunt Acta Sanctorum. Anonymus Vaticanus in AA. SS. ad VIII. Oct. cap. 6. p. 91.: *Τὸν μὲν ἀριδιμον μάρτυρα* (Demetrium) *ἐκέλευσεν* (Maximianus Galerius imp.) *αὐτὸν* (l. *αὐτὸς*) *παρὰ τὸ στάδιον, δημοσίου γειτνιόντος* (l. *γειτνιῶντος* s. *γειτονοῦντος*) *βαλανίου* (l. *βαλανείου*), *περὶ τὰς τῶν ἐκεῖσε καμίνων φρουρεῖσθαι καμάρας.* Adde ejusdem Anonymi Vaticani alium locum infra afferendum, ubi de foro urbis agemus. Simeon Metaphrasta in AA. SS. l. c. cap. 8. (p. 98.): *Δημοσίου γειτονοῦντος λουτροῦ καμάραι.* Adde Eundem supra laudatum p. 116., ubi de ecclesia S. Demetrii prima egimus. Anonymus Photii de S. Demetrio (biblioth. cod. 255. p. 469. A. ed. Bekker.): *Παρὰ τὸ στάδιον γὰρ λουτρὸν δημόσιον ἐγειτόνευεν.* Pseudoioannes in AA. SS. l. c. cap. 130. (de bello Sclavinorum secundo, s. anni 597., coll. Dissert. hist. p. 45.): *Ὡς μεμεστῶσθαι τὰ μὴ χρηματίζοντα* (tum vacantia) *δημόσια λουτρὰ τῶν ἐκ τῆς βαρβαρικῆς πληθύος μεταχωρούντων.* Anonymus Anastasii Bibliothecarii cap. 4. (AA. SS. l. c. p. 88.): ... *ad stadium civitatis propter eos, qui ad singulare certamen erant con-*

*gressuri.* Idem ibidem cap. 6. (pag. 88.): *Prope stadium.* Idem ibidem: *Iuxta stadium et penes publicum balneum.* His adde Anonymum Vaticanum in Thermae nominis illustratione allatum (p. 12 sq.). Balneorum multitudinem sec. XIV. laudat Nicephorus Chumnus orat. ad Thessalonicenses (Boiss. Anecdd. Grr. Vol. II. pag. 142.): *Λουτρῶν γὰρ τὰ μὲν τῇ χρείᾳ σύμμετρα, τὰ δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν.* Urbs hodierna novem balnea (Turcica) habet, coll. Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 77. Eorum primarium Turcae, capta a. 1430. urbe, condiderunt, lapidibus, quos ecclesiis abstraxerant, in eam rem usi. De hoc balneo adi Joannem Anagnostam narratione Turcica cap. 16.: *Μάλιστά γε τῷ νῦν ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως ὁρωμένῳ καὶ* [21]) *κοινῷ* (l. *καινῷ*) *βαλανείῳ.* Urbis *aquas* paulo inferius illustrabo.

E. *Theatrum et stadium.* Utrumque unum idemque fuisse, atque in media vel superiore urbis parte locum habuisse, docet Anonymus Vaticanus in AA. SS. ad VIII. Oct. p. 91.: *Καὶ ὁ μὲν ἔτυχεν ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως θέατρον, τὸ καλούμενον στάδιον, ἀνιέναι, θέας ἕνεκεν τῶν μονομαχεῖν μελλόντων, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ πεντάθλου θεάματα ἐπιτελούντων.* Simeon Metaphrasta ibidem cap. 19. pag. 101.: *Πρὸς τὸ στάδιον ἀνιόντι* (Maximiano Galerio imp.). [22]) Gradus ejus stadii aliaeque partes apud eosdem scriptores occurrunt. Anonymus Vaticanus l. c. cap. 8. pag. 93.: *Διὰ τῶν βαθμίδων καταπηδήσας* (Nestor, S. Demetrii discipulus, cum Lyaeo Vandalo coram Maximiano Galerio imp. decertaturus). Eadem plane verba repetit Simeon Metaphrasta ibid. cap. 14. p. 100. Idem Anonymus Vaticanus

---

21) Particulam *καὶ* abundare, unusquisque intelliget.

22) Fuit ecclesia Demetriaca e regione stadii exstructa. Gregorius Thessalonicensis p. 53. ed. Matthaei.: *Ἐνταῦθα που* (sc. prope ad ecclesiam Demetr. versanti ob spectacula Maximiano imperatori).

ibid. cap. 9. pag. 93.: *Εἰσεπήδησεν μέσον τῶν μαγγάνων.* Ceterum theatrum Thessalonicense, jam Luciano laudatum, memoravi in Dissert. hist. p. 25. Eo carere urbs omnino non poterat, sc. ut civitas Graeca, coll. Pausan. X, 4, 1.: *Ἔστι δὲ (Πανοπεῖς) πόλις Φωκέων, εἴγε ὀνομάσαι τις πόλιν . . οἷς γε οὐκ ἔστιν θέατρον.* Ab hoc Thessalonicensium theatro stadioque [23]) non diversus videtur iste locus, qui a Cousinerio (Voyage dans la Macéd. Vol. I. pag. 33.) *circus* dicitur, quem apud Belleium (Memor. acad. inscript. T. 38. l. c. pag. 127.) cum hippodromo confundi video. Postremo huic nostro stadio ea certamina assigno, quae refert inscriptio Thessalonicensis admodum memorabilis (Böckh. inscriptt. nr. 1969.).

F. *Hippodromus.* Diversum a stadio (circo) hippodromum Thessalonicensem fuisse, Cousinerius dicit, licet stadio contiguum (Itin. Maced. Vol. I. pag. 33. 34.). Nomen antiquum etiamnunc tenet (Cous. l. c.), habetque reliquias quasdam aedium (Beaujour. Voyage militaire Vol. I. pag. 201.). Est autem, teste Belleio (l. c. pag. 134.), locus spatiosus, aedificiis arboribusque septus. Idem Francogallus (p. 127.) numum Thessalonicae Neronium e Pellerino memorat, cui circus (immo hippodromus) equusque desultorius impressus sit. Cujus utinam imaginem reddidisset! Numum in libris numismaticis nondum equidem inveni, coll. Letronnio in Journal des Savans (1834. pag. 682 sq.); qui vir celeberrimus istum numum non Neronium esse ostendit, sed Cabirium. Ceterum hippodromi nomen solus, ni fallor, Eustathius servavit narratione Normannica cap. 90. (Opusce. p. 294, 28 sq.): *Καὶ ἕως μὲν καὶ τοῦ πολιτικοῦ καθ' ἡμᾶς ἱπποδρόμου τοιαύτη διά-*

---

23) De loco stadii Thessalonicensis v. Fel. Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. pag. 38.: *Cette colonnade* (des Incantades) *décorait la place des jeux, située au milieu de cette rue Romaine belle* (via Egnatia), *qui allait de la porte de Rome à celle de Cassandrie.*

*θεσις ἡμᾶς εὕθυνεν.* [24]) Huic igitur loco Theodosii M. ludi circenses (Dissert. histor. p. 34.), Thessalonicensibus funesti, tribuendi sunt; nec diversum ab eo Zonarae (hist. 13, 18.) theatrum Thessalonicense erit, sc. sensu lato dictum, in quo eadem civium strages edita fuit (Dissert. histor. p. 35.).

Ad illustrandam urbis partem, quam modo exposui, subjungo locum Felicis Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p 37.: *L'emplacement, qui va de la rotonde* (Cabirium dicit Beauj. l. c. p. 36.) *à la mer par la ligne la plus courte, était le beau quartier de Thessalonique. C'est là qu'était l'hippodrome, qui formait une ellipse prolongée, dont le grand axe, pris du nord au sud, avait deux cent soixante toises, et le petit axe quatrevingt. Le pourtour était fermé d'un amphitheatre de gradins; et dans la partie occidentale régnaient de vastes galeries, qui ornaient le palais de Dioclétien, et qui étaient soutenues par une file d'arceaux, qui liaient le port à l'arc de triomphe de Constantin.*

Quae ultimo loco Franco-Gallus narrat de palatio Diocletiani, num testimonio veteris scriptoris nitantur, an fama quadam Graecorum Thessalonicensium, equidem non decernam. Neque tamen adversatur historia Diocletiani, qui aedificiorum a se conditorum multitudine s. insignis s. infamis fuit, coll. Joanne Malala chronogr. lib. XII (p. 306 sq. ed. Bonn.); ubi enumerantur varia ejus aedificia. Idemque diu ante Malalam Lactantius narravit (de mortibus persecutorum cap. 7.): *Huc* (ad reliqua mala) *accedebat* (in Diocletiano imp.) *infinita quaedam cupiditas aedificandi, non minor provinciarum exactio in exhibendis operariis et artificibus et plaustris omni-*

---

24) Ἱππικὸν dicit hunc locum Jo. Malalas in chronogr. lib. XIII. ed. Bonn. p. 317. (γέμοντος τοῦ Ἱππικοῦ), ubi stragem Thessalonicensium narrat. Noto quoque, Malalae locum exscripsisse Cedrenum in ejusdem rei narratione, quam vide in Dissert. histor. p. 35.

*bus, quaecunque sunt fabricandis operibus necessaria. Hic basilicae, hic circus, hic moneta, hic armorum fabrica, hic uxori domus, hic filiae.* Maximianus tamen Thessalonica uti solebat ut sede imperatoria, ibique regium palatium condidisse credendus est; quod firmat Menologium Basilianum Vol. I. p. 83. (in vita Domnini Thessalonicensis, martyris): *Ὁ ἅγιος μάρτυς Δομνῖνος ὑπῆρχεν ἀπὸ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης, χριστιανὸς εὐλαβὴς καὶ τὸν θεὸν φοβούμενος. Τοῦ δὲ Μαξιμιανοῦ βασίλεια κτίζοντος ἐν Θεσσαλονίκῃ, διαγνωσθεὶς ὡς χριστιανὸς ἐκρατήθη, καὶ παρέστη αὐτῷ κ. τ. λ.* De situ hippodromi v. quoque Clark. Travels II, 3, 356.: *In the space between this rotonda* (Cabireum, de quo v. Nos paulo inferius) *and the sea, was situated the hippodrome; magnificent area, in form of an ellipse, sourrounded by an immense Coilon. To the west of it was the palace of Diocletian, supported upon arches, the vestiges whereof are still visible.*

G. *Forum.* Hanc urbis partem, *magni* nomine, veterum solus (ad annum Christi circiter 306.) memorat Anonymus Vaticanus in AA. SS. l. c. cap. 3. p. 90.: *Πολλῶν δὲ αὐτῷ διὰ ταῦτα ἐκ τῆς τῶν Ἑλλήνων πληθύος προσιόντων καὶ συνευρισκομένων* (l. *συρρύϊσκομένων*) *ἐκ δυσμῶν τοῦ τῆς πόλεως μεγαλοφόρου* (l. *μεγάλου φόρου*) *ἐν τῇ ἐκεῖσε χαλκεοτικῇ* (l. *χαλκεωτικῇ* vel *Χαλκιδικῇ*) *λεγομένῃ στοᾷ, ἔνθα καὶ εἰώθη* (l. *εἰώθει*) *τὰς συνόδους ποιεῖσθαι ὑπὸ τὰς τοῦ ἐγγὺς δημοσίου λουτροῦ ὑπογείους καμάρας...* Forum urbis (magnum s. principale puto) recurrit anno 904. apud Cameniatam narr. Saraz. cap. 9.: *Τοὺς τὴν ἀγορὰν διοδεύοντας*; ubi sermo est de flore mercaturae Thessalonicensis. Ad a. 1185. videatur Nicetas in Andronico I, 9.: *Τ'ὴν ἀγορὰν διϊόντες* (Normanni). Idem forum memorat Cantacuz. hist. 3, 64. Ceterum alia quoque fora urbem habuisse, ipsa magni fori denominatio demonstrat. Peculiare forum Latini ritus incolae anno 1430. habuisse videntur, coll. Jo. Anagno-

sta narrat. Turc. cap. 5.: *Μεταστῆσαι δὲ καὶ τὴν ἀγορὰν πρὸς φυλακὴν ἀκριβεστέραν τῆς πόλεως δέον κεκρίκασιν.* Hoc forum a muris tum remotum fuisse, sequentia ibi docent. Forum principale hodiernae civitatis *Londscha* dicitur, coll. Hadschi Chalfa l. c. pag. 77. Denique hippodromus et forum unum idemque esse videtur Clarkio (travels II, 3. pag. 352., coll. p. 354.).

H. *Tribunal.* Anonymus in AA. SS. l. c. cap. 13. p. 94. (ad annum Christi circiter 306.): *Ἐκέλευσεν* (Galerius imp.) *καὶ αὐτὸν* (Lupum, S. Demetrii ministrum) *ἀναιρεθῆναι ἐν τῷ τριβουναρίῳ* (sic) *τῆς πόλεως, ἐν ἡμέρᾳ τῶν βουλουμπτάτων* (spectaculorum). Eundem locum *τριβουνάλιον* dicit Simeon Metaphrasta in AA. SS. l. c. cap. 21. p. 102.

I. Urbis quandam partem, nomine *Tribolum*, statuis quibusdam Thessalicis insignem, prope ecclesiam Demetriacam, supra vidimus p. 123.

K. *Vici partesque civitatis majores.* Mercatorum Latini ritus regionem, s. vicum eorum peculiarem, anno 1185. civitas habuit; de quo videndus Eustathius narratione Normann. cap. 72.: *Ἐκ τοῦ κατὰ τοὺς βουργεσίους πύργου.* Cum hoc num hodiernus, quem dicunt, *Francorum vicus* (Cousiner. Voyage Vol. I. pag. 44.) unus idemque sit, equidem nescio. De Latinis, Thessalonicae a. 1430. incolis, adi Jo. Anagnostam narrat. Turc. cap. 4.: *Λατίνων τε καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων.* De Latinis adde Eund. ibid. et capp. 5. 6. 7. 9. 10. Antiquioribus Thessalonicae inquilinis *Judaeos* accensendos esse, monstravi in Dissert. hist. p. 10 sq. Eorum vicum fine seculi septimi deprehendisse mihi videor in historia belli Slavici tertii (Dissert. hist. p. 52.). Anonymus in AA. SS. l. c. cap. 164. (p. 164.): *Παῖδες Ἑβραίων ἄφθοροι κατὰ τὸ λεγόμενον τῶν βρόχθων μέρος ἐθεάσαντο* (S. Demetrii spectrum). Cujus denominationis causa nunc me latet. Neque certius de ipso loco judicaverim, num vere fuerit intra civitatem situs, an extra; spectetne Hebraeos, an S. Demetrium.

Utrum enim Sancti praesens numen intra urbem ambulans tum conspectum fuerit, an extra, Acta Sancti per suam in talibus breviloquentiam tacent.[25]) Ego tamen de parte quadam ipsius urbis, Judaeis assignata, cogitaverim, quoniam Judaeos minore odio Graeci habuere, quam ritus Latini homines, coll. Dissertat. histor. pag. 11.[26]) Quosdam tamen Ebraeos prope Thessalonicam quoque in agro urbis cum Armeniis a. 1185. habitasse, ibidem docuimus p. 10. Judaeos Thessalonicenses anni 1430. memorat Jo. Anagnosta in narratione Turc. cap. 4.: *Λατίνων τε καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων.* Ultimis seculis eorundem magna copia intra Thessalonicae moenia conspicitur, coll. Hadschi Chalfa l. c. p. 77. 78.; qui Turcicus scriptor plerasque omnino aedes Judaeorum esse queritur. Dicuntur autem hi Ebraei plurimam partem Hispania oriundi, in has terras inde ab anno 1500 sqq. delati, cum regum Hispanicorum saevitiam, adversus ipsorum sacra grassantium, effugerent, coll. Jost. Geschichte der Israeliten Vol. VIII. pag. 50 sqq. Mercatura eorum florentissima dicitur (Hadschi Chalfa l. c. Paul. Luc. itinerar. Vol. I. pag. 50. Cousinéry Voyage Vol. I. p. 19. 49.). Peculiarem eorum vicum testatur Hadschi Chalfa l. c. pag. 78., coll. Clark. travels II, 3, 352. Eorum vicus servat reliquias monumenti illius, cujus nomen *Incantadas.* Clark. l. c. De synagogarum hujus gentis apud Thessalonicenses numero v. Nos p. 155. not. 17. *Armenios* medii aevi Thessalonicenses memoravimus in Dissert. histor. p. 12. 13.; de hodiernis v. Paulum Lucam in itinerario Vol. I. pag. 50. Num vicum proprium Graeci hodierni habeant, ut reliqui incolae Turcis dominis subditi, an aedes per urbem sparsas, doctiores invenient.

---

25) Vicum quendam urbis, qui raros iucolas habebat, memorat Cantacuz. 3, 93. (ad annum 1346.): *Πρὸς τὰ τῆς πόλεως μάλιστα ἀοίκητα μέρη.*

26) De Iudaeis Thessalonicensibus seculi XII. v. Nos infra in mercaturae Thessalonicensis expositione.

L. Seculis IV et V Thessalonica habebat peculiarem armorum fabricam, coll. Notit. dignit. regn. orient. sectione 9. De hac vide Nos paulo inferius in illustratione inscriptionis Zenonianae. Anno 1185. apud Eustathium de expugnatione urbis Normannica cap. 67. (Opuscc. p. 288, 86.) armarium (ζαβαρειον) in parte urbis orientali occurrit.

M. His expositis, quaedam monenda videntur *de potioribus Thessalonicae gentilitiae monumentis.*

1. In arce conspicitur *arcus triumphalis, Antonino Pio imperatori Faustinaeque dicatus* (Beaujour Tabl. du commerce de la Grèce Vol. I. p. 31.). Videatur idem in Voyage milit. Vol. I. p. 201. Böckh. Corp. inscriptt. Vol. II. pag. 53.

2. In portis primariis sunt aliorum arcuum reliquiae.

Porta occidentalis, *Vardarii* (Axii fluvii) *porta* dicta, quam Fel. Beaujour et Cousinerius falso Romanam dicunt (v. supra p. 100.), *arcum* habet, *Octaviano atque Antonio*, sic volunt, *erectum*. De eo praeter Pocockium (Beschr. des Morgenl. Vol. III. p. 214.) videndus Felix Beaujour in Tabl. du commerce de la Grèce Vol. I. p. 32.: *La porte, qu'on nomme du Verdar* (l. Vardar), *parcequ'elle conduit à ce fleuve, est à l'ouest, sur l'emplacement qu'occupait la porte de Rome sous les empereurs. Elle est formée par un arc de triomphe du meilleur goût. Cet arc fut élevé à Octave et à Marc-Antoine par les habitans de Thessalonique, empressés d'honorer les maîtres du monde après la bataille de Philippes. Les proportions du monument sont exactes, et les ornements simples. Sa hauteur n'est plus que de dix-huit pieds; mais il paraît, qu'il est interrée d'un tiers et qu'il en avaît au moins vingt-sept. L'ouverture de l'arc est de douze pieds. Sa voûte est sculptée, l'entablement est orné de guirlandes, et sur la façade exterieure sont, de chaque côté, deux basreliefs de même grandeur, qui représentent les deux triomphateurs debout*

*un cheval conduit par un enfant. Toutes les accessions qui sont entre les corniches, caractérisent ce que nous appellons le petit triomphe ou l'ovation. L'arceau, qui est encore bien conservé, est fait avec des belles pierres carrées du marbre; il a six pieds d'épaisseur. Sur une de ces faces on lit une inscription désignant tous les magistrats qui, lors de l'erection de l'arc, étaient à la tête de l'administration publique, et parmi lesquels ou distingue un politarque, magistrat, dont la dignité répondait à celle de préteur.* De hoc monumento ejusque inscriptione graeca supra egi p. 103 sq. Adde Clarkium in Travels II, 3, 359. Leak. trav. in north. Greece Vol. 3. p. 235.: .. *We enter the Vardár-kúpesi, or gate of the Vardhári... Just within the gate the street is crossed by an ancient arch about 14 feet wide, supported by pilasters, which are buried apparently to half their original height. Below the capital of each pilaster, on the western side, a Roman togatus is represented in relief, standing before a horse. The frize above the arch is decorated with the caput bovis united by festoons. The whole construction consists of large masses of stone, but the monument could never have been very magnificent, and appears hardly worthy of the time of Antony and Octavius, to which it is attributed by Beaujour, who supposes it to have been a triumphal memorial of the victory of Philippi. Nor does an inscription below the arch, which contains the names of the eight (?) archons, in whose magistracy the monument was erected, seem to favour his opinion, as the names are chiefly Roman, which they would hardly have been at so early a period.* Addit deinde Leakius (l. c. p. 236.) quaedam de inscriptione Graeca.

3. Orientalis porta, quam F. Beaujour in Voy. milit. Vol. I. p. 201. Constantinopolitanam dicit, Cassandreoticam vero in Tabl. du commerce Vol. I. p. 33., *arcum* habet, *Con-*

*stantino M.*, sic volunt, ob Licinii stragem, vel ob Sarmatas devictos, *dicatum*. De hoc artificio praeter Pocockium l. c. p. 215. videatur Fel. Beaujour in Tableau du commerce l. c. p. 33. Idem in Voy. milit. Vol. I. p. 201. Cousinéry in Voy. Vol. I. p. 26 sq. Adde Clark. Trav. II, 3, 359., qui male occidentali urbis fini hunc arcum assignat, coll. Nobis supra p. 100.

4. Accedit *Veneris*, ut volunt, *Thermaeae, fanum*. Felix Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 44.: *La mosquée Eski Djumà, ou de l'ancien vendredi, était, dans l'origine, un temple consacré à Venus Thermaea. Les Grecs la gâtèrent, en voulant lui donner la forme d'une croix. C'était un parallélogramme parfait, qui avait soixante dix pieds de long sur trente-cinq de large, et qui était soutenu sur les deux côtés par douze colonnes d'ordre Jonique, de la plus élégante forme. Les six colonnes du fronton se trouvent aujourd'hui masquées dans les murs recrépis de la mosquée. Si ce pays appartenait à un peuple policé, on pourrait dépouiller le temple de Vénus Therméenne des bâtisses gothiques, qui le déparent, et cette carcasse serait alors, après le temple de Thesée, le monument par le mieux conservé de la Grèce. Mais aujourd'hui on ne peut le voir qu'à travers une enveloppe de plâtre, et j'ai passé trois ans à Salonique, sans soupçonner, ce que c'était.* De hoc Beaujourii loco v. Viros doctos in libro: Die Alterthümer von Athen, beschrieben von Stuart und Revett. Darmstadt 1831. Vol. II. p. 509. Venerem Thermaeam e nullo veteris scriptoris loco equidem novi, coll. Nobis pag. 11. 13. De hoc fano adi quoque Clarkium l. c. p. 357., hîc quoque Beaujourii vestigia sequentem. Postremo Leakius (Trav. in north. Greece Vol. 3. p. 241.): *Eski Djumá, or Old Friday, is the name of another mosque, the masonry and form of a great part of which shows that it was once a building of the same age as the Eski Mitrópoli, or per-*

*haps still older, but such have been the repairs and alterations, which it has undergone in its conversion first into a church and then a mosque, that the ancient plan cannot easily be traced. It is supposed by the learned to have been a temple of Venus.* Veterem traditionem de Veneris cultu Thermaeo nomini hujus ecclesiae subesse haud equidem nego.

5. *Fanum Cabireum* (e mente Beaujourii et Cousinerii, addubitante Letronnio in Journal des Savans 1834. p. 682.). Paul Lucas in Voyage (Amsterd. 1714. T. I. p. 204.): *De là nous fûmes à la Rotondé; ç'a été un fort beau temple; mais il s'en faut bien, qu'il égale celui de Rome. Il n'est bâti que de briques: du reste le vaisseau est beau, et il a été autrefois d'une grande magnificence. On y voit encore de très-belles peintures à la mosaïque. Il montait en haut, et je fis le tour de la coupe. L'escalier, qui y conduit, a été adroitement pratiqué dans la muraille, sans qu'on s'en apperçoive: il faut avouer aussi, qu'elle a beaucoup d'épaissent. Il y avoit autrefois plusieurs beaux souterrains, dont on voit encore les entrées: ils sont tous comblées de pierres ou d'ordures, ainsi l'on ne peut plus les aller voir.* Fel. Beaujour in Tabl. du commerce Vol. I. p. 35.: *Au nord de l'arc du Constantin est la rotonde, édifice rond, de construction romaine. On voit, par sa forme, qu'il à été bâti sur le modèle de panthéon de Rome. Je puis prouver, par les médailles, que ce temple est celui des dieux Cabires, et qu'il a été construit sous Trajan. Le dessin en est simple et grande; sa forme circulaire est heureuse; une vaste coupole voûte majestueusement son enceinte. Cette coupole était percé à sa pointe, et cette ouverture avait été pratiquée pour laisser échapper la fumée des victimes, qu'on brûlait sur l'autel placé immédiatement au-dessous.* De Cabirorum cultu Thessalonicensi egimus in Dissert. hist. pag. 24. Ex Firmici Materni loco ibidem allato non obscure consequitur, istum cultum adhuc seculo IV. Thes-

salonicae viguisse, coll. v. *colit*, cui opposita v. *quondam*.[27]) Sc. prisco aevo victimis humanis deus Cabirus ibi cultus fuisse videtur, quod seculo IV. in desuetudinem abiisse, ex Firmico cognoscimus. De Cabiri veneratione apud Macedonas v. quoque Lactant. instit. 1, 14 (15.): *Summa veneratione coluerunt . . Macedones Cabirum.* Ubi v. Münterum. Num vero hoc ipsum fanum in pristinam s. antiquam transiit metropolitanam ecclesiam, de qua supra egi p. 130 sq.? Est certe istud fanum nostra aetate synagoga Turcica, de quo videndus quoque Cousineryus l. c. Vol. I. p. 34. ibique fig.

6. In foro civitatis sunt porticus veteris reliquiae, variis statuis ornatae, quod monumentum unum idemque esse videtur cum eo, quod hodiernis incolis Judaicis, ex Hispania potissimum oriundis, dicitur *las Incantadas*, s. *Incantada*, coll. Fel. Beaujour. in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 38. Clarke travels II, 3, 352 sqq. Adde Stuarti et Revetti Antiquitt. Atticas, übers. von Osann u. Wagner Vol. II. p. 497 sqq. ibique tabb. Fragmentum inscriptionis ibi inventae repetit Boeckhius in Corpore inscrr. Vol. II. pag. 61. Leake travels in northern Greece Vol. 3. p. 245.: *To the westward of this arch* (de hoc arcu, sc. Constantini M., ut volunt, v. Nos in munimentorum expositione), *near the main street, are the ruins of a portico with a double order of architecture, consisting of four Corinthian columns, not of the best design or execution, and the shafts of which are now half buried in the ground. On their architrave stands an upper order, consisting of four plain pilasters, on the opposite faces of which are Caryatides,*

---

27) Firm. Mat. l. c.: *Hunc eundem* (Corybantem) *Macedonum colit stulta persuasio. Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses quondam cruentis manibus supplicabant.* Vides, antecedenti saltem aevo deum Cabirum Thessalonicae prae ceteris diissummo honore habitum fuisse.

*eight in all: the figures are of the human size, or near it, and each of them represents a different subject. On one of the pilasters the two opposite figures are Leda and Ganymede; the former embraces the swan, whose head reposes upon her breast: Ganymede is held by the eagle, whose wings are spread over his back, and whose talons rest on his hips, while the head of the eagle reaches over the left shoulder of the youth, looking in his face. This is a very good piece of sculpture, and not much injured by time. The other figures seem inferior in merit as they are in preservation; nor can the subjects be easily understood. The next to Ganymede, on the same side, is a man with a Phrygian bonnet, at whose feet is a bull's head; the third and fourth are females in light drapery, the latter with wings. On the opposite side, or that of the Leda, the figures are so much ruined that I cannot distinguish the subjects. This monument is in the house of a Jew, and is known in the spanish dialect of the Jews by the name of Incantada, „the Enchanted," on the supposition that the figures are human beings petrified by the effect of magic. Its central position, and the nature of the construction, support the idea that is was connected with the ancient agora. The space which lies between the sea and that part of the main street where the Incantada and arch of Constantine are situated, is said to have been occupied by the hippodrome, noted for having been the scene of a promiscuous massacre of the assembled people of Thessalonica by order of Theodosius* (Gibbon c. 27.). Idem deinde addit in nota: *In the time of Stuart they appear to have been in better preservation; for he has given drawings of all the figures, according to which the three remaining on the same side as the Leda were a Flora, or Bacchante, a Bacchus with a panther at his feet, and a Bacchante playing on a flute and seen in profile. On the archi-*

*trave of the columns he distinguished the words γεγενημένον ὑπό.*

Verum de his monumentis eorumque si'u, consilio pretio, melius nobis is judicabit, qui post viros DD. modo citt. Thessalonicam ipsam denuo adierit. Enumerasse ea nobis suffecit.

## CAP. IX.

### MUNIMENTA.

Iis nulla veterum civitas carere potuit, neque iis Thessalonica antiquior caruit, quamquam nullus ante Ciceronem scriptor, qui aevum tulit, ea nominatim memorat. Munitam vero Macedonum aevo urbem fuisse, ex Justino sequitur histor. philipp. 25, 3, 7., ubi Antigonum, Macedoniae regem, cum a Pyrrho Epirota victus esset, Thessalonicam se recepisse, ac bellum ex ea frustra instaurasse legimus. Quod non aliter tentare potuit, quam urbe nisus munita. Ciceronis locos de Thessalonicae munitione v. in Dissertat. histor. p. 26. not., quibus nunc aliud Ciceronis testimonium accedat, sc. orat. de provinc. proconsular. cap. 2.: *Macedonia . . sic a barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta, vexatur, ut Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum et arcem munire cogantur.* Mala igitur tum temporis conditio munimentorum Thessalonicae esse debuit, quum cives, urbi suae parum confidentes, spem in arce posuerint, ejusque muros instaurarint. Obiter moneo, haec verba Ciceroniana alii loco Ciceronis lucem afferre, scil. orationi in L. Pisonem cap. 17., ubi *Thessalonicae munitio* idem est quod *arcis munitio* s. *reparatio;* qui sensus ex alio quoque loco ejusdem orationis in Pisonem habitae consequitur, sc. cap. 34., quem attuli

in Dissert. histor. l. c. Walpolius apud Clarkium (Travels II., 3, 348.) vetustiora et recentiora urbis munimenta se distinxisse ait. Anne confudit ipsa munimenta et antemuralia? Ex urbe Thessalonica gestum quoque cum Thracibus bellum, quos devicit L. Calpurnius Piso a. urbis 743. Hunc enim sensum praebent verba Antipatri Thessalonicensis: *Θεσσαλίης σκυληφόρος* (Thessalonica), quem poetae locum attuli in Dissert. histor. p. 28. De hoc bello v. quoque Fabricium ad Dionem Cassium Tom. I. p. 765. Postremo Thessalonicam, teste historia, nobiliores nonnumquam viri ad sui defensionem confugiebant. Videatur Zosimus 4, 43 (de Valentiniano II., cum matre Justina filiaque Galla a. 387. eo fugiente). Adde Novellam XI. Justiniani, ubi Firmi (Sirmii) praefectus tempore Attilano (sec. V) Thessalonicam aufugisse refertur. Novellae locum supra attuli p. 38 sq.

Antequam historiam munimentorum Thessalonicensium largiori narratione persequar, afferre libet novitiorum scriptorum locos de iis agentes. Felix Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. pag. 26.: *Les murs* (urbis Thessalonicae) *flanqués de tourelles, et assis sur des pierres taillées d'une enorme grosseur, sont de brique et de construction grècque, et ils offrent de toutes parts des fragmens de colonnes mêlés confusément avec d'antiques debris.* Leakius (Travels in northern Greece Vol. 3. pag. 235.): *The city walls towards their foundations, are in part composed of ancient marbles, and there is every appearance of their having followed the ancient line.* Alia de muris Thessalonicensibus v. apud Pocockium in Beschreib. des Morgenlandes Vol. III. pag. 214.: *Die gegenwärtigen Mauern, welche meistentheils unter den griechischen Kaisern erbauet zu seyn scheinen, haben fünf bis sechs Meilen im Umfange, und fassen die ganze Ebene* [Fläche], *worauf die Stadt stehet, in sich. Sie* [die Stadt] *gehet die Spitze des Berges hinauf, und stösset bis an das Schloss. Die itzige Stadt*

*nimmt nicht die Hälfte von dem Platze ein, den die Mauern umschlossen, welche, als der Krieg mit dem [türkischen?] Kaiser ausbrach, wohl ausgebessert wurden.* [28]) *Sie gehen sehr nahe an die See, und die Schiffe werden an das Ufer gezogen, da hier keine Anfuhrt ist.*

**Prima munimentorum Thessalonicae christianae refectio,** [29]) **si historiae documenta residua requiris, seculi quinti fine non prior esse videtur, coll. inscriptione Zenoniana (Cousinéry Voyage dans la Macéd. Vol. I. p. 268 sq.):**

*Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ζήνων εὐσε[βὴς], νικη[τὴς], τροπεοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος. Φιλοτιμησαμένη ἡ αὐτῶν εὐσέβεια, ὡς ἐ[ν] πάσαις ταῖς πόλεσι, καὶ ἐν ταὐτῃ τῇ αὐτοῦ (?) πόλει, ἐδωρήσατο χρημάτων δόσιν, τὰ συναγόμενα ἐκ τοῦ πρακτείου φημὶ τοῦ ἐνταῦθα βικαράτου τῶν καθωσιωμένων βαλλιστραρίων, δι' ὧν ἀνανεοῦνται τὰ τείχη πρὸς σωτηρίαν τῆς αὐτῆς πόλεως. Καὶ εὐχαριστοῦντες ἀνεθήκαμεν τό[ν]δε τὸ[ν] τίτλον εἰς μνημοσύνην ἀείδιον τῆς αὐτῶν † βασιλείας †. Ἀνενεώθη δὲ ὁ πύργος οὗτος, πράττοντος τοῦ μεγαλοπρεπε[στάτου] κόμη[τος] Διογένους, ἔτους φιβ ἐν ἰνδ[ικτίωνι] ιδ †.*

**Teste Cousinerio l. c. posita haec inscriptio est in synagoga illa Thessalonicensium Turcica, cujus nomen *Eski-Djuma*, i. e. *dies Veneris antiquus*, apud Hadschi**

---

28) De hac munimentorum Thessalonicensium brevi ante annum 1430 facta refectione nil equidem legi apud Jo. Anagnostam. Veneti instauratores eorum esse debebant, sc. ut domini Thessalonicae; quod ab iis omissum fuisse, ex Anagnosta cap. 5. etc. didici.

29) Urbium Macedonicarum ab Juliano factam instaurationem, singularum nominibus non allatis, praedicat Mamertinus in gratiarum actione Juliano Augusto dicta cap. 9.: *Scire satis est, cunctas Macedoniae, Illyrici, Peloponnesi civitates unis aut binis epistolis maximi imperatoris repentinam induisse novatis moenibus juventutem.*

Chalfam l. c. p. 77. *Acze-Dschamissi*, decima omnium; ni est ejusdem scriptoris secunda, quam dicunt *metropolin antiquam*. De his v. Nos p. 131. 172. 173.

Duabus partibus, si recte vidi, hoc monumentum epigraphicum constat. Prior pars ea est, quae ipsius rescripti Zenoniani particulam continet, praemisso imperatoris nomine et allocutione (*αὐτοκράτωρ — πόλεως*). Altera (*καὶ* — fin.) Thessalonicensium est, rescripti partem in grati animi testimonium pro muris turrique quadam refectis lapidi inscribentium; cujus rei memoriam sive comes Diogenes posteris tradidit, sive Thessalonicensium ipsa civitas. Beneficium autem civitati praestitum anno 491. anterius esse debet. Eo enim anno Zenonem decessisse constat. Num etiam annum 479., cui annove 478. tribuenda videtur Gothorum invasio (Dissert. histor. p. 38.), haec murorum turrisque reparatio superet, equidem admodum addubito, collato Justiniani imperatoris exemplo, quem Cassandriae vicinae reparandae non prius animum admovisse diximus (Dissert. histor. pag. 39.), quam cum ab Hunnica quadam gente, Slavica puto (Procop. aedif. 4, 3., coll. Ejusd. hist. arc. cap. 23.), captam dirutamque audivisset. Civesque Thessalonicenses Zenonem proditionis accusare vix poterant (Dissert. histor. pag. 38.), si ante Gothorum adventum munimentis consuluerat. Zenonem vero imperatorem non aliis praeter Thessalonicam urbibus instauratis inclaruisse legi, quam Nicomedia, Bithynorum metropoli, atque Helenopoli, ejusdem provinciae urbe, de quo videndus Malalas chronogr. lib. 15 (p. 385. ed. Bonn.). Quod enim ex eodem Malala (lib. 16. p. 409. ed. cit.) adstruere sibi visus est vir doctus anonymus apud Cousinerium (Voyage l. c. p. 469.), id quo jure dictum sit, ipse viderit. Namque Malalae verba (ea ipsa inspicias, oculate lector) Anastasii Dicori, Zenoniani successoris, imperium (a. 491—518.) respiciunt, non Zenonis. De Anastasio itaque Malalas l. c.: *Ἔκτισε δὲ καὶ εἰς ἑκάστην πόλιν τῆς Ῥωμανίας διάφορα*

κτίσματα καὶ τείχη, καὶ ἀγωγοὺς καὶ λιμένας ἀναλαθάρας, καὶ δημόσια λουτρὰ ἐκ θεμελίων οἰκοδομήσας, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐν ἑκάστῃ παρέσχε πόλει. Quod maxime quadrat in muri Anastasiani inclytum conditorem. Eorum vero beneficiorum num quid in Thessalonicam redundarit, equidem nescio. Dein annum Christi 488. inscriptioni anonymus Cousinerianus adstruit l. c.; quam ego rem, omni ut anonymus testimonio veterum destitutus, in ambiguo relinquam. Idemque anonymus illud αὐτῶν, quod rescriptum habet atque additamentum Thessalonicense, uni Zenoni tribuit, plura ejus usus exempla in scriptoribus Byzantinis reperiri contendens; quamquam ego aliud exemplum plane parile neque alibi deprehendisse fateor, neque adeo in ipsis rescriptis Zenonianis. Unde mutilum inscriptionis initium aliquis suspicabitur, excidisse putans aliud nomen augustum, e. g. Basilisci, quem Caesarem sibi adlexit Zeno imperator a. 484. ind. VII (Chronicon Paschale T. I. p. 602. ed. Bonn.). Annus 512. num aeram Macedonicam spectet, an Antiochenam, dubius haereo. Quodsi hanc, habebis fere imperium Zenonianum.

Inscriptionem Zenonianam primus vulgavit Pallas in libro: Bemerkungen auf einer Reise in die südlichen Statthalterschaften des Russischen Reichs in den Jahren 1793 und 1794. Vol. II. Lips. 1801. p. 73 sq. tab. V. Post hunc eam edidere: Leo de Waxel in libello: Recueil de quelques antiquités trouvées sur les bords de la mer noire appartenants à l'empire de Russie. Dessinées d'après les originaux en 1797 et 1798. Berlin 1803. p. 7 sq. tab. V. Clarke, travels Vol. I. Londin. 1813. p. 507 (e Pallante). Whittington in Walpolii travels. Lond. 1820. p. 586 sq. (a Pallantis lectionibus hic ibi paululum recedens). Hujus lectiones affirmat comes Vidua in Inscriptt. antiqu. p. I. Raoul-Rochette in Antiqu. Grecqu. du Bosphore Cimmerien. Paris 1822. tab. IX. n. 5 (e Waxelio). Et hi quidem omnes docti inscriptionem peninsulae Tauricae (Crimeae) tri-

buunt, sc. novae Chersoneso, urbi Strabonis tempore admodum florenti (Pallas l. c.). Adde Diarium urbis Odessae a. 1830. nr. 29., de quo libello pro sua humanitate me monuit Augustus Böckhius, Berolinensis. Pallas hoc saxum apud amicum suum Hablizl invenit, in urbe novitia Achtiar (l. c.); postea idem plane saxum in alio Chersonesi Tauricae praedio, Sably, quod antea fuerat Borosdini, praefecti Taurici, inventum fuit, monente Köppenio in libro: Nordgestade des Pontus p. 78.

Verum Thessalonicae quoque lapis inventus est, coll. Cousinerio l. c., de quo jam videndus Böckhius, cujus literas ad me datas (19. Jul. 1835) ipso permittente jam nunc patefaciam:

„Was soll man nun dazu sagen, dass Cousinéry diese Inschrift, und zwar ganz dieselbe (denn die Varianten sind unbedeutend), in das Souterrain einer Moschee von Thessalonich versetzt? Gäbe er nur an, wann er sie dort gesehen! Er spricht davon so, als ob sie beständig da gewesen; aber wann schrieb er jene Parthie? War sie vor 1793 geschrieben, also vor seiner Abberufung durch die Revolution, so ist denkbar, dass die Inschrift aus dem Souterrain der Moschee könnte entwandt, und an einen Russen gekommen seyn; aber wie konnte diess so leicht geschehen, und wie blieb es denn Cousinéry unbekannt? Denn Pallas sah ja doch die Inschrift schon 1793 oder 1794 in Taurien, also zu einer Zeit, da Cousinéry noch Consul in Thessalonich war, oder gleich darauf. Ich habe mir die Gründe vorgestellt, welche für den thessalonischen Ursprung der Inschrift sprechen: 1) Wir wissen, dass der comes Diogenes in Megara und in allen hellenischen Städten Gebäude wiederherstellte (Inscr. Megar. ap. Chandl. p. 79. Osann. Syll. p. 295.); man möchte also auch diese Inschrift lieber auf eine Stadt beziehen, die nicht zu entlegen ist. Indess da Diogenes eigens sich ein Geschäft aus solchen Restitutionen

machte, so wie Zenon, der ihn damit besonders beauftragt haben konnte, so ist doch jener Grund nicht beweisend. 2) Ferner mag der Inhalt besser auf Thessalonich als auf Chersones zu passen scheinen. Allein das byzant. Reich hatte in Chersonesus Taurica offenbar festen Fuss gefasst; Chersones, die Stadt, obgleich bis auf einen gewissen Grad frei, erkannte den Kaiser als Oberhaupt an; wir finden auch einen dux von Cherson (Rochette Antiqq. Bosp. Tab. IX. n. 5.). 3) Auf dem Gute Sably befindet sich noch eine christliche Inschrift, welche Sumorokow ebenfalls herausgegeben haben soll: es ist die bei Raoul-Rochette Tab. IX. n. 5. (vergl. Köppen Nordgestade des Pontus S. 78.). Sie ist nach der byzantinischen Weltäre datirt, und könnte auch eher für Thessalonich als für die Krimm zu passen scheinen. Aber das ist doch auch wieder nicht klar: das Datum nach der Weltäre beweist nicht, dass sie nicht könne aus der Krimm seyn. Datirt ja auch die ganz offenbar Bosporanische Inschrift, die ich aus Rochette Tab. IX. n. 5. angeführt habe, nach der Indiction."

„Wiewohl ich im ersten Augenblick die Zenonische Inschrift wegen Cousinery's Zeugniss für Thessalonisch zu halten geneigt war, finde ich doch die Gründe dafür nicht genügend. Es ist öfter vorgekommen, dass Irrthum in Anwendung von Papieren und Verwechslung derselben falsche Angaben über den Fundort von Inschriften erzeugt hat: Cousiné·y konnte eine Abschrift des Chersonesischen Steins haben, und verwechselte diess irgend wie. Oder sollte gar etwa ein Duplicat von Chersones, genau nachgeformt dem in Chersones stehenden, dem Comes Ehren halber gesandt worden seyn, und der Comes vielleicht in Thessalonich irgend wann gewohnt haben, und dort der Stein so gut als in Cherson gewesen seyn? Es findet sich Aehnliches, wenn auch nicht ganz dasselbe, oft: man hat Inschriften an verschiedenen Orten aufgestellt, an den Orten, die sie betrafen, und

zugleich da, wo der Geehrte wohnte u. dgl. Jedenfalls verzweifle ich daran, das Jahr 512. auf dem Stein aus dem Thessalonischen Ursprung, wenn er angenommen würde, erklären zu können, man mag nun die XI. oder die XIV. Indiction annehmen: wiewohl ich mich auch nach Cousinéry für die XIV. entscheiden muss, da XIV bei ihm steht, und nur in seiner Erklärung XI. vorkommt. Sie werden sich aus Corp. Inscr. Gr. T. II. p. 90. überzeugen, dass der Comes Diogenes in Zeno's Zeitalter fällt, und ist also nicht daran zu denken, dass die untere Inschrift später als die obere sey. Die Indiction XIV. kann daher nur das Jahr nach Christus 476 oder 491. seyn; und es fragt sich hier, nach welcher Aera eines der beiden Jahre das J. 512. seyn könne. Ich kenne eine solche Aera nicht. Mir scheint die grosse Uebereinstimmung zweier Zahlen mit denkwürdigen Epochen in der Inschrift von Thessalonich N. 1970. des Corp. Insc. Gr. zu erweisen, dass zu Thessalonich zwei Aeren im Gebrauch waren, deren ältere anno 608 der Stadt Rom, die jüngere a. 724. der Stadt Rom anfieng. Die leztere ist die bekannte Aera Actiaca; die erstere habe ich nicht zuerst, sondern schon Reinesius für Griechenland nachgewiesen, wie Sie bei Verfolgung der Citate in N. 1970. sehen werden. Ich habe mich vergebens bemüht, die N. 1970. vorkommenden Zahlen anders zu erklären; ich kann durchaus andere Epochen nicht finden, die sich für Thessalonich fixiren liessen und zusammenstimmten. Nach der jüngern der beiden Aeren ist aber das Jahr der Inschrift 512. das J. 482. der christlichen Zeitrechnung; 482. gehört aber nicht in die XIV. Indiction, und eben so wenig in die XI. Eine Aera, nach welcher das Jahr 512. in die XIV. Indiction, d. h. in die Jahre 476. oder 491. passen sollte, müsste ante Chr. 36. oder 21. anfangen. Eine solche aber lässt sich meines Erachtens weder überhaupt, noch für Thessalonich ermitteln; wogegen die ad Corp. Inscr. N. 1970. ausgemittelten Aeren in sich eine innere Consistenz

haben, und ebenso die Corp. Inscr. Gr. T. II. p. 90. aus der Zenonischen Inschrift entwickelte für Chersones sehr wohl passt". 30)

Postremo de Gothis Thessalonicam regnante imp. Zenone petentibus videatur Jornandes de rebus Geticis cap. 56.: *Theodemir vero rex animadvertens tam felicitatem suam, quam etiam filii, nec hac tamen contentus, egrediens Naïsitanam urbem, paucis ad custodiam derelictis, ipse Thessalonicam petiit, in qua Clarianus patricius, a principe directus, cum exercitu morabatur. Qui dum videret valle*

---

30) His non aliud adjicio, nisi hoc. Armorum fabricam Thessalonicae invenio in Notitia dignitatum imperii Rom. sect. IX. (p. 17. 18. ed. Paris., p. 4. ed. Ven.): *Fabricae Illyrici IV.; Thessalonicensis, Naissatensis, Ratiarensis, scutaria Horreomargensis.* Thessalonica vero medio quoque aevo armarium suum habuit. Eustathius narr. Normannica cap. 67. (Opuscc. pag. 288, 86.): *Ὕψιστος γὰρ ἐν τῷ ἑῴῳ γηλόφῳ τοῦ καθ' ἡμᾶς ζαβαρείου ἐπανηγύριζε.* Tauricae tamen inscriptionis origini favet Constantinus Porphyrogenitus de administratione cap. 53., ubi occurrit Comes Diogenes Chersonita, regnante Constantino M.; deinde etiam fabrica armorum. En Constantini Porphyrogeniti verba: *Στεφανηφορούντος δὲ τότε καὶ πρωτεύοντος τῶν Χερσονιτῶν Διογένους κ. τ. λ.* Sic noster Diogenes e posteris hujus Diogenis Chersonitae esse potuit. Ibidem: *Προεπιτούτοις δὲ παρέχομεν ὑμῖν καθ' ἕκαστον ἔτος νεῦρόν τε καὶ κάναβον, σίδηρόν τε καὶ ἔλαιον, ὑπὲρ κατασκευῆς τῶν βαλιστρῶν ὑμῶν. Καὶ δίδομεν ὑμῖν καθ' ἕκαστον ἔτος πρὸς ἀποτροφὴν ὑμῶν χιλίας ἀννόνας, ἐφ' ὥτε εἶναι ὑμᾶς βαλισταρίους λεγόμενον* (l. *λεγομένους*). Sunt verba Constantini M. ad legatos Chersonitarum. Deinde *ζαβαρεῖον* Eustathii esse poterit collectio armorum, non fabrica. Sed fuit omnino Thessalonicae fabrica armorum sec. X. Videatur Constantinus Porphyrogenitus de cerimoniis aulae 2, 44. (Vol. I. p. 657. ed. Bonn.): *Ἰυτέον, ὅτι ἐδέξατο ὁ στρατηγὸς Θεσσαλονίκης τοῦ* (l. *τὸ*) *καμεῖν σαγίτας χιλιάδας σ', καὶ μεναύλια χιλιάδας γ', καὶ σκουτάρια, ὅσα δυνηθῇ.* Mirum tamen, quod praeter Cousinerium nemo Macedonicorum viatorum inscriptionem Zenonianam memorat; quod maxime de Clarkio Leakioque valet.

*muniri Thessalonicam, nec se eorum conatibus posse resistere, missa legatione ad Theodemir regem, muneribusque oblatis, ab obsidione eum urbis retorquet. Initoque foedere Romanus ductor cum Gothis loca eis jam sponte, quae incolerent, tradidit, id est Ceropellas* (l. *Cyrrum, Pellam*), *Europam* (l. *Europum*), *Medianam, Petinam* (l. *Pellinam*), *Bereum* (l. *Berroeam*), *et alia, quae Sium* (l. *Dium*) *vocantur. Ubi Gothi cum rege suo, armis depositis, composita pace quiescunt. Nec diu post haec et rex Theodemir, in civitate Cerras* (l. *Cyrros*) *fatali aegritudine occupatus, vocatis Gothis, Theodoricum filium regni sui designat heredem, et ipse mox rebus humanis excessit.* Quem locum, a Strittero (Memorr. Vol. I. pag. 95 sqq.) nobisque praetermissum, addimus Dissertationi historicae p. 38. 39., pauca illustrationis gratia subnectentes.

Primo praefecti Thessalonicensis nomen e loco Jornandis discimus, quod Malchi locus non aliter prodit, quam ut Joannem dicat. Est Joannes Clarianus, patricius Byzantinus. Deinde non solis muneribus praesulisque ac civium diligentia Gothos ab urbis oppugnatione retorsos videmus, sed etiam (quod potissimum in hac narratione) partium Macedoniae quarundum cessione; unde Gothos seculi quinti fine, antequam cum Theodorico suo a. 488. in Italiam migrarent, Macedoniae incolis adnumerandos fuisse videmus. Denique corruptis apud Jornandem nominibus geographicis alia substitui verisimilia, praeeunte in quibusdam Mansone (Gesch. des Ost-Gothischen Reichs in Italien. Bresl. 1824. pag. 315.). Idem vero scriptor si Medianam Jornandis unam eandemque cum Mediana esse putat, quae est Naësi (Naisi) Triballorum suburbanum, a qua civitate tertio lapide disparatur (Ammian. Marcell. 26, 5, 1.), id quo jure contendat, ipse viderit. Naisum Gothus Theodemir ut dominus cum suis tenebat, cum se ad expeditionem Macedonicam accingeret. Quidni etiam Medianam possidebat, in conspectu Naisi sitam?

Immo in Macedoniam e Triballia (Serbia) nos ablegat Jornandis contextus, cujus reliqua nomina geographica, licet plus minus corrupta, ad unum omnia Macedonica esse patet. In qua tamen Macedoniae parte Mediana Jornandis quaerenda videtur? Non procul puto a reliquis oppidis scriptoris Gothici, forsan in provincia Macedoniae Maedica, vel prope ad Axium medium s. inferiorem, coll. Ravennate Anonymo 4, 9.: *Item non longe ad supra scriptam Thessalonicam sunt civitates, i. e. Ceras* (l. *Cyrros*), *Europa* (l. *Europus*), *Mediana, Petina* (l. *Pellina*), *Bereum* (l. *Berroea*), *Quesiun* (l. *quaeque Dium*). Hanc Gothorum occupationem Macedoniae num poemata quaedam medii aevi Theotisca ita respiciant (Dissert. hist. p. 4.), ut rumor quidam ejus rei ad secula XII. XIII. pervenerit, ego neque affirmare ausim, neque negare. Paucis saltem annis (479 — 488. post Chr.) in Macedonia eorum pars sedebat. Thessalonicae vero notitiam poetae Theotisci occasione expeditionum cruciatarum adipisci poterant. Noto in fine hujus tractationis, bellis Gothorum Macedonicis (a. 479.) assignandam esse Edessae oppugnationem Gothicam, quam solus scriptorum narrat Nicephorus Basilaces progymnasmatum capite 22. (Rhet. Gr. ed. Walz. T. I. p. 519 — 522.). Gothorum dux, donis a Thessalonica abstractus, copias suas in via publica s. Egnatia Edessam abduxit, dein Heracleam Pelagoniae, quam male tractavit, narrante Malcho in Exc. histor. pag. 246. 249. ed. Bonn. De ultimis v. Nos in Via Egnatia p. 5 sq.

Pergimus ad medium seculum sextum s. aevum Iustinianeum. Thessalonicae moenia Zenone imperante (ante annum 491.) cum turri quadam refecta videri, modo adstruere conati sumus. Jam quid Justiniano imperatori (a. 527 — 565.) Thessalonicae munitio debeat, haud ita difficile erit definitu. Annos XXXVI. inter Zenonis obitum imperiique Justinianei initium interlapsos constat. Quodsi vero Thessalonicam rite munierat Zeno imperator, quis tam brevi intervallo novum

sumtum insecutum credet? Justiniano imperante Thessalonica murorum refectione vere non indigebat, cujus rei locupletissimus testis est Procopius de aedificiis 4, 4., qui scriptor indicem quidem et nomina castellorum oppidorumque Macedonicorum XLVI. habet, ab Justiniano restauratorum, quibus addendum castellum XLVII., sc. Cassandria (de aedif. 4, 3.); Thessalonicam vero praetermittit. Locus enim *Therma* illius indicis (est ordine XII.) nostrae civitati respondere, supra p. 14 sqq. rite negasse nobis visi sumus. Accedit, quod Procopius in suo locorum indice nomina, quae tum valebant, apponit, quod etiam in itinerariis veterum Latinis, Antoniniano, Peutingeriano, Hierosolymitano, ut plurimum observari constat; quod secus in Hieroclis synecdemo, brevi ante Justinianum scripto, et in Constantini Porphyrog. thematibus (sex. X.): qui libelli graeci, alio consilio aliaque ratione scripti, antiquiorum nominum puritatem magis affectare solent. Thessalonicam vero etiam tum (seculo VI. post. Chr. n.) *Thermam* quoque sermone vulgari vocatam fuisse, nondum equidem legi. Ceterum castellorum Macedonicorum Justinianea refectio quando evenerit, id nescire fateor, excepta Cassandria, Pallenes urbe, quam post Hunnicae cujusdam gentis, i. e. Slavicae puto, a. 552. expugnationem, restauratam memorat idem Procopius de aedif. 4, 3., coll. histor. arc. cap. 23.; quamquam nomen ejus in indice sequentis capitis omittit. Unde reliqua quoque Macedoniae castella eodem forsan tempore refecta puto; ea vero in septentrionali potissimum Macedonia quaerenda autumo, ubi maxime barbarorum invasiones timendae erant, non in Chalcidice sinuumque Macedonicorum litoribus. Denique moneo, Procopiana Macedonicorum locorum nomina cum libellorum geographicorum quinque modo allatorum nominibus rarissime conspirare; quod non mirabitur, qui Procopium sciverit de castellis locutum, maxime in deserto et procul a via publica sitis; quod aliter se habet in libellorum illorum urbibus locisque Macedonicis.

Murorum Thessalonicensium refectionem per omne bellorum Slavicorum spatium nullam inveni, nisi quod bello tertio eam urbis partem, ubi intaminatae Deiparae templum (est ea pars occidentalis, coll. p. 111.), cum esset negligentius munita, melius firmasse cives dicuntur (Dissert. hist. p. 55.). Vides, quid Zenoni imperatori, in ceteris illaudato, Thessalonica debeat; quam non solo S. Demetrii numine civiumque virtute, verum etiam munimentorum potiorum bona conditione non semel servatam esse persuasum habeo.

Bella Slavica diuturnam pacem insecutam, monstravimus in Dissert. histor. p. 72. Sic factum, ut munimentorum quorundam cura negligeretur; quod quantum periculi damnique anno 904., cum Sarazenica eveniret obsidio, Thessalonicensibus intulerit, Cameniata testatur narratione Sarazenica cap. 16—18. Eo anno murorum maritimorum, semper quidem infirmorum humiliumque (Cam. cap. 8., coll. Dissertat. histor. p. 13.), maxime vero tum neglectorum, instauratio inchoata fuit, nec tamen perfecta (cap. 17. 18.): [31]) atque urbs ab ista parte capta est (Cam. cap. 35.). Reliquorum munimentorum conditio eo anno non mala fuisse videtur, cum apud Cameniatam nil, quo notentur, deprehendamus; ni huc trahere velis capitis quarti initium, qui tamen locus muros potissimum maritimos spectat. Sed fuit illa obsidio, ut fere Normannica, maximopere maritima; unde reliquorum munimentorum, exceptis maritimis, mentionem fere nullam injectam videmus.

Majorem muniendi incuriam belli Normannici (a. 1185.) historia monstrat. Sed eo tempore Davidis Comneni, Thes-

---

31) Hi muri eo anno tam humiles fuere, ut navium admotarum puppes super illos eminerent. Cameniata cap. 17. Haec anni 904. expugnatio a solo Eustathio (si Comnenicos scriptores et posteriores spectes) memoratur. V. ejus narrationem Normannicam c. 81. (Opusce. p. 292, 15.): Ὡς ἡ πρεσβυτάτη Θεσσαλονίκη πρὸς εἴδωλα καμόντων οἴχεται, καθὰ καὶ πάλαι ποτὲ, ὡς ἐξ ἱστορίας καθήκει καὶ εἰς ἡμᾶς.

salonicensis praefecti (*δουκὸς*), proditio cives maxime attrivit; quem, odio Andronici Comneni imperatoris instigatum, provincia sua pessime defunctum constat, coll. Eustath. narr. Normann. cap. 57. (p. 284, 70 sqq.), ut alios ejusdem narrationis locos de isto nebulone praetermittam, excepto cap. 59. (pag. 285, 60 sq.): ... *Τὸ δ', ὅτι δαήμονες ὄντες ἐκεῖνοι* (milites Normannorum classiarii) *μάχης, περὶ τὸ πονοῦν μᾶλλον τῆς πόλεως ἐμελέτησαν ἐντήκειν πληγάς. Ἐκεῖθεν γὰρ διέγνων δύνασθαι ἂν βλάψαι ἡμᾶς, ὡς καὶ προεδρεύειν εὖ μάλα δυνάμενοι διὰ τὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀγχιβαθὲς, καὶ οὕτως εὐλίμενον· καὶ ὅτι καὶ τὸ τεῖχος οὐκ ἀπονήρως εἶχεν ἐκεῖσε, ἀτέχνως τε τὴν ἀρχὴν συσταθὲν, καὶ οὐκ εὖ συμπαγὲν, καὶ μηδὲ μεμελημένον ἄρτι τῷ καλῷ στρατηγῷ.* Est hoc murorum urbisque latus orientale, marique in ea parte, ubi hostes stationem habebant, proximum; quam rem supra attigimus p. 101., cum portas urbis orientales illustraremus. Ceterum Eustathii loco ut duce quodam ii utentur, qui de molibus illis a. 904. mari injectis quaerent (p. 158 sq.). Earum sedes *portui*, quem dicunt, *antiquo* proxima est, latusque urbis maritimum, qua occidentem boreamque spectat, procul dubio spectat. Orientalis enim et meridionalis ejus lateris pars anno 1185. navibus commodum accessum praebebat, nullis molibus impedita. Quod vero Normanni anno 1185., Sarazenorum (a. 904.) exemplo neglecto, non e mari urbem petebant, licet navibus CC pluribusque instructi (Eustath. l. c. cap. 138.), sed a parte terrestri (orientali), id mihi haud tecte significat, muros urbis maritimos post annum 904., tacente licet historica, in justam altitudinem erectos fuisse; quam speciem hodiedum quoque prae se ferunt, coll. imagine Thessalonicae Cousineriana (Voyage Vol. I. p. 22. 23.). Eos autem disertis verbis memorat Eustathius l. c. cap. 59. (pag. 285, 60): *Ἐκ τῶν παραλίων τειχέων.* Ceterum orientale murorum latus maximos omnium bellorum impetus passum esse, supra monuimus

p. 101., cum de portis orientalibus ageremus. Videbant enim hostes hanc partem munimentorum minus reliquis curatam, quam negligentiam in situ locorum quaerendam puto. Latus urbis orientale, immo meridionale, Chalcidicen maxime spectat, unde terrestres hostium incursiones nemo metuebat; formidolosiores fuere septentrio et occidens. A parte posteriore Bulgari Normannique ad urbem cum copiis suis terrestribus accessere; a parte septentrionali, ubi arx sita, Turcae anno 1430.; quorum imperator Muradus II., e Serrarum urbe ad oppugnandam Thessalonicam vere ejusdem anni profectus, ex regione arcis castra metatus (Jo. Anagn. narrat. Turc. c. 7.), ex hac ipsa parte urbem cepit (Laonicus Chalcondylas de rebus Turcicis lib. V. pag. 125. ed. Paris.). De orientalium vero munimentorum infirmitate ad annum 1430. videndus idem Jo. Anagnosta l. c. cap. 11.: *Εὐαλώτερον δὲ τὸ κατ' ἀνατολὰς ἐθεάσαντο* (Turcae) *μέρος, οἷα δὴ σαθρότερον ἐν πολλοῖς τυγχάνον τοῖς μέρεσιν.* Memoratum ibi Trigonium et monasterium Chortaïti infra illustrabo: utrumque in latere urbis boreali colloco. Eo anno cives murorum propugnacula tabulis suspensis, veluti scutis, defenderunt (Jo. Anagnosta l. c. cap. 5.).

Exposita munimentorum *maritimorum* atque *orientalium* historia, monenda quaedam video de muris *septentrionalibus*. Ea semel in Actis Sanctorum memorantur ad VIII. Oct. cap. 187. p. 174. (est belli Slavici quinti obsidio urbis prima): *Ἐν τοῖς πρὸς τῇ λεγομένῃ ἄρκτῳ τοῦ μονοτείχου, ἔνθα παραπύλιον ὑπάρχει μικρόν* (quam portellam iterum ibidem conspicimus cap. 188. 189.). Dubitanter de hoc Actorum S. Demetrii loco egi in Dissert. histor. pag. 61. not. Poteris enim de latere urbis occidentali cogitare, cujus quandam partem *ἀτείχιστον* supra vidimus p. 111 sq., eo sc. sensu, ut Mariae deiparae templum, ibi positum, murorum vice functum videatur. Verum aliud suadet vox *μονότειχος*, i. e. *murus, qui extra, si campum spectes, nec προτείχισμα s. πε-*

*ρίτειχος habet (alium humilioremque murum), nec fossam deinceps;* quam munimentorum Thessalonicensium rationem egregie illustrat Eustathii locus in narratione Normann. c. 59. (p. 285, 50.): *Τοὺς τὴν εὐεπιβούλευτον τάφρον* [32]) *συρφετοῦ πλήσοντας, καὶ τὸ περίτειχος δὲ κατασεῖσαι δεινοὺς, καὶ τῷ τείχει προσβαλεῖν, καὶ διορύξαι αὐτὸ εἰς κατάπτωσιν.* Adde Eundem ibidem cap. 60. (pag. 286, 1.): *Ὡς τὸ περίτειχος καταλαμβάνεται, διὰ τὸ ἀνεχύρως ἔχειν.* Ubi obiter moneo, cum hoc Eustathii exteriore muro prorsus conspirare Pseudoiannis murum in AA. SS. l. c. cap. 125. (p. 150.): *Τῷ ἔξω τείχει.* Idem ibid. cap. 134. (p. 152.): *Ὑποδύντες τὸ προτείχισμα.* Spectatur his locis bellum Slavicum secundum anni 597. (Dissert. hist. p. 46.), petebaturque ab obsessoribus, ut Eustathiano loco (anno 1185.), latus orientale, maxime porta ejus Cassandreotica, coll. AA. SS. l. c. cap. 133. (p. 152.). Exterior murus orientalis memoratur quoque anno 904. in expugnatione urbis Sarazenica. Cameniata l. c. cap. 29.: *Ταῖς ἐπάλξεσι τοῦ προτειχίσματος.* Eo bello maxime petebatur porta *Roma s. Romana,* ibidem sita. Idem exterior murus (ad annum 1346.) recurrit apud Demetrium Cydonium in monodia cap. 8., *περιβόλου* nomine; item anno 1430., coll. Jo. Anagnosta narr. Turc. cap. 9.: *Ὑπεισερχόμενοι* (Turcae) *τὸ προτείχισμα . . καὶ τοῦθ' ὑπορύττοντες.* Quodnam vero urbis latus tum petitum sit, Jo. Anagnosta non aperit. Idem ibidem *τὸ μέγα τεῖχος* huic exteriori muro opponit, quem posteriorem etiam *τὸ ἔξω διατείχισμα* dicit l. c., nec non *μικρὸν τεῖχος.* Eandem munimentorum formam latus quoque occidentale habuisse nullus equidem dubito, cum ea fere vulgaris munimen-

---

32) Fossa nunc carent munimenta Thessalonicae. Felix Beaujour in Tabl. du commerce de la Grèce Vol. I. p. 28. Adde Clark. Trav. II, 3, 350. (*but no fosse on the outside of the walls*).

torum ratio apud veteres fuerit; [33]) sed obsidionum Thessalonicensium historia hanc rem non memorat, eam puto ob causam, quod orientale latus impugnari vehementissime semper solebat, non occidentale.

Verum ad murum *septentrionalem* recurro, quem Actorum loco p. 190. allato spectari persuasum habeo, adstipulante Jo. Anagnosta narrat. Turc. cap. 11.: *Ἔγνω γὰρ* (Muradus II.), *ἐυχερέστερον ἐκεῖθεν ληφθῆναι τὴν πόλιν, τήν τε σαθρότητα τοῦ τείχους ἰδών, καὶ ὡς ἐπὶ τείχει τὴν ἀσφάλειαν ἡ πόλις ἐξ ἐκείνου τοῦ μέρους αὐχεῖ.* Jo. Anagnosta de latere urbis boreali loquitur, ubi arx posita fuit. Quare vero is murus simplex, si non omnis, tamen plurimam partem fuerit, i. e. neque muro exteriore, neque fossa munitus, id facile intellectu videtur, si quis arcis Thessalonicensis non ignarus fuerit. Ea, huic muro fere toti ex adverso opposita, spatio intermedio relicto, securitatem ei praebere videbatur, ut fossa agenda alioque muro exstruendo supersedere posse cives existimarent. Quod tamen minus bene cessisse Thessalonicensibus, eorum historia ostendit, si quidem bello Slavico secundo arcis vicinia hostes non impedivit, quo minus boreale latus cum orientali oppugnarent, omisso occidentali (Dissert. histor. pag. 46.). Urbem vero ex eodem spatio, quod arcem urbemque intercedit, atque in Cousineriana quoque urbis imagine conspicitur, anno 1430. a Turcis captam, infra videbimus in historia arcis. Eundem locum spectat Cantacuzenus hist. 3, 94.: *Πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ...* Idem ibidem: *Ἦν .. τὸ χωρίον ἐπιτηδείως ἔχον πρὸς ἱππηλασίας.*

Munimenta *occidentalia*, quorum conditio reliquis melior fuisse videtur, rarius memorantur, cujus rei causam ceterorum conditio, a nobis exposita, satis aperire videtur. V. portarum occidentalium historiam p. 102 sq. Defensum quoque

---

33) Duplicem murum Berroea quoque habuit, teste Cantacuzeno hist. IV, 18.: *Μεταξὺ τῶν δύο τειχῶν τῆς πόλεως.*

portus viciniâ illud munimentorum latus fuisse puto; unde rariores ibi hostium invasiones.

Atque haec fere de muris Thessalonicae ipsis inveni, de minoribus eorum partibus, sc. turribus, deinceps acturus. Eos perquam validos fuisse, disertis verbis testatur Cantacuzenus histor. 1, 56. (ad annum 1328.): *Βιάζεσθαι γὰρ οὐκ ἦν* (Thessalonica) *πολέμῳ διὰ καρτερότητα τειχῶν*. De anno 1430 adi Jo. Anagnostam narrat. Turc. cap. 2.: *Τειχῶν ἀσφαλείας*. Saxis immensis, ut fundamento, utuntur, quibus impositum est opus lateritium (Fel. Beaujour, tabl. du commerce de la Grèce Vol. I. p. 26. Adde Clarkium, ad finem hujus capitis allatum). Quatenus originem Macedonicam, Romanam Byzantinamve [34]) prodant, forma eorum ac materies, diligentius aliquando inspicienda, monstrabit. [35])

---

34) Graecam (Byzantinam) originem prae se ferunt munimenta Thessalonicensia, volente Fel. Beaujour in Tableau du commerce Vol. I. p. 26 sq. Mihi ingentes illae moles, quibus superimpositum est opus lateritium (Beaujour l. c.), ulteriorem antiquitatem, forsan Cassandri Macedonis aevum, spectare videntur.

35) De Romanorum imperatore Decio (a. 249—251) aliquis cogitabit, cujus imperio, non Valeriani et Gallieni, colonia Thessalonicam deducta est testibus numis (Dissertat. histor. p. 27. 28.): antiquius historiae testimonium de hac Thessalonicensi colonia Romanorum non inveni. Hanc igitur coloniam munimenta urbis auxisse putabis. Utut statuas, memorabile mihi semper visum est tempus primae Gothorum obsidionis Thessalonicensis (anno 253. vel paulo prius). Occubuerat in eorum terra Decius imp. a. 251. (Zosimus I, 23, 8., coll. Ammiano Marcell. 31, 31). Ejus igitur caedes barbaris viam monstrasse videtur, qua Macedoniam ac Thessalonicam brevi post peterent. Seculo nono Leo Armenius imp. (a. 813—820.) castella Macedoniae et Thraciae restauravit. Josephus Genesius regum libro I. (pag. 28. ed. Bonn.): *Φιλοπονίας οὐκ ἔλιγεν* (Leo), *δι' ἧς κατά γε Θρᾴκην Μακεδονίαν τε πᾶσαν καὶ ἕως τῶν ὁρίων τῶν Σκυθῶν γῆς πόλεις ἀνενεώσατο*. Idem evenit seculo decimo. Incertus Continuator in Romano

Venetis eorum instauratio vix quidquam debuerit, qui urbem, a Graecis sibi venditam, per brevissimum tempus possidebant; ut taceam de Turcis, Venetorum successoribus, anno 1430. Graecorum Thessalonicensium victoribus. Ii enim aliena et vetera, ni suum apprime regnum spectant, non curant, suasque ipsi arces ac munimenta satis negligunt.

De singulis murorum turribus s. propugnaculis (ἐπάλξεσι) vide Jo. Anagnostam narratione Turcica cap. 5. Et πρόβολος mihi idem valet apud Cameniatam cap. 43.: Ἀνήλθομεν ἐν τῷ τείχει, σπουδῇ θέοντες κατά τινα πρόβολον ἀντικρὺ τοῦ ἐκεῖ σεβασμίου σηκοῦ τοῦ πρωτοκλήτου τῶν ἀποστόλων, Ἀνδρέου.

*Turrium*, quarum munere portas quoque functas supra vidimus (pag. 98—107 sqq.), mentionem rariorem video post tabulam Peutingerianam, quae civitatem Thessalonicam optime turritam depingit. Earum numerum habere quibusdam videbitur Ducas hist. Byz. cap. 29. (ed. Bonn. p. 200.): Μόλις γὰρ

---

Lecapeno imperatore cap. 45. (Scriptores post Theophanem ed. Par. p. 267., ed. Ven. p. 200 sq.): Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς (a. 959—963.) πλείσταις πόλεσι (πλείστας πόλεις) κατὰ Μακεδονίαν τε καὶ Θράκην τὰς μὲν ἐκ βάθρων ἀνῳκοδόμησε, τισὶ δὲ καινισμοὺς ἐπενόησε. Quod Bulgarorum incursiones spectasse constat. Jamque si quid isto tempore in munimentis Thessalonicensibus mancum erat et putridum, refectum hoc imperiali jussu putabis. Historia tamen Normannici belli (1185.) satis ostendit, strenuam curam munimentorum vel post expugnationem (904.) Sarazenicam nequaquam habitam fuisse. Deinde Thracia cum Macedonia terras inter Danubium inferiorem, pontum Euxinum et Propontidem cum parte maris Aegaei secundum usum dicendi illorum temporum spectat, non Macedoniam veteris sensus. Eustathii locum attuli p. 188 sq. Thessalonicensium munimentorum non malam tamen a. 1264 conditionem spectat Pachymeris locus in Michaele Palaeologo 3, 20.: Ἅμα μὲν καθέδρᾳ, ἅμα δὲ καὶ ὁρμητηρίῳ Θεσσαλονίκη χρώμενον (*ubi stationem certam, deinde etiam sedem ad excursiones faciendas tutam habebat*, sc. Ioannes despota.)

ἐν δέκα (προμαχῶσιν) εἷς τζαγραβόλος (τζαγροβόλος) ἵστατο. Ubi male Bullialdi versio, quam intactam repetiit Bekkerus, vocem *sagittarius* habet, pro voce *arcus balistarius*; nec melius anonymus italicus Ducae interpres, huic coaevus, *balestriero* (p. 451. ed. Bekk.). Etenim προμαχεῶνες hujus loci erant i. q. ἐπάλξεις; sensus vero numeri, fere pro verbialis, non alius est, quam hic: *singulae murorum turres vix unum alterumque tormentum* (empyreticum) *habebant*. Videatur idem Ducae interpres p. 451: *Ordinato, che have Camusas li bastioni, arieti, scale, bombarde et altre artegliarie*. De voce τζαγραβόλος vide Du Cangium in Glossario Graeco s. v. τζαγγρόβολος (Ducae vocem non habet); item in Glossario Lat. s. v. *quadrillus*. Equidem quatuor turribus potioribus Thessalonicam medio aevo munitam fuisse puto, deinde pluribus minoris formae, atque ita quidem, ut unicuique murorum angulo una fuerit major imposita; quamquam huic suspicioni imaginem Cousinerii Thessalonicensem non respondere video (Voyage Vol. I. p. 22. 23.). Sed Dapperi imago urbis Thessalonicae (Description des isles de l'Archipel. Amsterdam 1703. p. 347.) magnum turrium numerum muris impositarum repraesentat. De his ipse videatur Dapperus l. c. p. 346.: *Ses murqilles sont fortifiées à l'antique et déffendues par quarante tours, qui sont bâties d'espace en espace à une distance proportionnée les unes des autres*. Obiter noto, Dapperum adisse Macedoniam ante Paulum Lucam, coaevumque videri Meletio, geographo Graeco. De turri quadam, aevo Zenoniano restituta, v. Nos supra p. 178 sqq. Lateris occidentalis turrim habent AA. SS. ad VIII. Oct. cap. 163. p. 164. (est bellum Slavicum tertium, coll. Dissert. histor. p. 52.): Τὸν πρὸς δύσιν τῆς ἐκκλησιαστικῆς σκάλας πύργον, ἔνθα καὶ παραπύλιον ὑπάρχει. Ea portella ibidem aliquoties recurrit, e. g. eodem cap. 163.: Τὸ λεχθὲν ὑπάρχον παραπύλιον. Adde capp. 164. 167. (pag. 164. 165.). Scalam ecclesiasticam ascensum quendam esse puto ad eccle-

siam Deiparae intaminatae, in parte urbis occidentali sitam (Dissert. hist. p. 52.); aut erit minus aliquod navale, prope ad istam ecclesiam situm, coll. Du Cang. gloss. Gr. v. *σκάλα*. Unius turris mentionem historia expugnationis Sarazenicae a. 904 apud Cameniatam c. 43 habet. Quod secus in historia belli Normannici a. 1185. Eustathius enim in hujus belli historia cap. 4. (Opuscc. p. 269, 12.) turrim orientalem, mari proximam, memorat: *Τοῦ κατὰ θάλασσαν ἑῴου πύργου*; habetque eam imago urbis Cousineriana (Voy. Vol. I. p. 22. 23.). Alia turris apud eundem Eustathium conspicitur l. c. cap. 72. p. 290, 25.: *Τοῦ κατὰ τοὺς βουργεσίους πύργου*, de quibus hominibus egimus in Dissert. historica pag. 9. Adde de eorum vico hanc Dissert. p. 186. Cuinam urbis lateri haec turris adscribenda sit, equidem ut alia nescio. Neque meliora habeo de tertia turri apud eundem Eustathium l. c. cap. 83. (pag. 292, 41.): *Πύργος Χαμαιδράκοντος ἐπικληθεὶς τῷ λαχόντι ἐπιστατεῖν κ. τ. λ.* Aliam turrim, arci oppositam, idem habet l. c. cap. 5. (pag. 269, 33.): *Τῷ τῆς πόλεως ἐκεῖσε πυργώματι.* Turrim quandam, nomine ejus non allato, Innocentius III., papa Romanus, affert (Epist. lib. 13, 13. ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. II. p. 417.): *In quadam turri ejusdem civitatis* (Thessalonicensis). Principalem turrim, ad mare positam, licet nomine ejus non allato, habet chronicon Henrici de Valenciennes (pag. 250.): *Puis a atourné sa garnison de la tour, ki estoit sour la mer.* Aliarum turrium nomina ad annum 1430. Jo. Anagnosta aperit narratione Turcica cap. 13.: *Τῶν κλιμάκων μιαν κατὰ τὸ Τριγώνιον θέντες. Γωνία τις ἦν ἐκ πύργου* etc. Est haec turris arci opposita, laterique urbis boreali assignanda, non aliter, ac monasterium Chortaeti, inferius memorandum in agri descriptione. Ab hac vero parte urbem tum captam fuisse, supra narravimus pag. 192. Monasterii nomen monti Chortaeto, cujus fini urbs cum arce imposita est, deberi puto. Turres indistincte memorat Demetrius Cydonius in monodia

cap. 9. (ad annum 1346.). Aliam turrim Jo. Anagnosta l. c. cap. 13. dicit *Samariam* (*τὸν πύργον, τὸν καλούμενον Σαμαρείαν*). Ejus locum nondum inveni.

Addo quaedam e scriptoribus recentioribus petita. Hadschi Chalfa in Rumelia sua et Bosnia p. 76. lateri urbis occidentali, ubi ea monti insidet, turrim s. propugnaculum peculiare assignat. Eodem teste (p. 77.) juxta portam *Vardar* dictam (portam Vardariam) situm est magnum propugnaculum, nomine *turris Vardar;* juxta portam *Kelemzje* aliud, nomine *turris Kelemzje.* Felix Beaujour in Tableau du Commerce de la Grèce Vol. I. pag. 28. et Cousinerius (Vol. I. p. 45.) lateri urbis orientali, ubi mare tangit, turrim tribuunt, nomine *Janissariorum;* alia, iisdem testibus, in latere urbis occidentali cernitur, et quidem in ea parte, ubi incipit portus antiquus. Dicitur autem *turris pulveris empyretici* (*poudrière*), servatque arma Graecorum, urbis defensorum, quos debellavit Muradus II. a. 1430. Hae turres (Janissariorum et pulveris empyretici) esse dicuntur fabricae Turcicae (Fel. Beaujour in Tabl. Vol I. p. 30.). Tertia turris alteri (occidentali) lateri, sc. portui antiquo, apposita est, coll. Cous. l. c. Aliam turrim habet occidentale urbis latus, turcice dictam *Namasia-Kulé* (*turris statuae*), e regione monasterii cujusdam Dervisiorum (monachorum Turcicorum). Nomen traxit e grandi statua feminae truncata, ad cujus pedes sculpta est puppis; quae femina mihi Thermam (Thessalonicam) referre videtur, ejusque res maritimas. V. quoque Beaujour in Tabl. Vol. I. p. 31. Aliis Thessalonica, Cassandri conjux, hac statua significari videtur, coll. Clark. travels II, 3, 351 seq. Denique turris, nomine *Gingerli-Kulé* (*turris catenae*), imposita est muris orientalibus, prope arcem, coll. Beauj. in Tabl. l. c. p. 30.

Castella quaedam (*φρούρια*), urbi vicina, memoravi in historia belli Slavici secundi (Dissert. histor. p. 44.).

His subjungo quaedam e Clarkio (Trav. Vol. II. parte 3. p. 348 sq.): *The walls of Salonica give a very remarkable*

*appearance to the town, and cause it to be seen from a great distance, being white-washed; and, what is still more extraordinary, they are also painted. They extend in a semicircular manner from the sea, inclosing the whole of the buildings within a peribolus, whose circuit is five or six miles; but a great part of the space within the walls is void. It is one of the few remaining cities that have preserved the form of its ancient fortifications; — the mural turrets yet standing, and the walls that support them, being entire. Their antiquity is perhaps unknown; for although they have been ascribed to the Greek Emperors, it is very evident, that they were constructed in two distinct periods of time; the old Cyclopéan masonry remaining in the lower part of them, surmounted by an upper structure of brickwork. The latter part only may properly be referred to the time of the Greek Emperors, being also characterized by the method of building, which then became very general, of mixing broken columns, and fragments of the earlier productions of Grecian architecture and sculpture, confusedly among the work.* Addit ibidem Clarkius not. 1.: *Mr. Walpole seems to have observed a separation between the ancient and modern walls of Salonica. His situation of the Hippodrome may not perhaps be found to agree with that which the author has assigned for it, in the sequel, between the Rotunda and the sea . . . In some parts, the distance between the ancient and modern walls* (dicit Walpolius ms.) *of the city is very small: the circuit therefore of Thessalonica, formerly, may not have been much greater than it is now; about six miles. A third of the town is occupied by the Jews; and in their quarter are seen five Corinthian columns supporting an entablature, over which are many figures in alto-relievo. At the south-east end of the town is the site of the Hippodrome . . . Near the city walls, by the sea-shore, is a sarcophagus, now used*

*as a reservoir for water. This is one remaining out of the many monuments of this kind, with which the city formerly abounded.* Citat deinde Cameniatae locum de cippis veterum gentilium anno 904 mari injectis.

His subjungimus Dapperum de munimentis Thessalonicae primariis agentem (Descript. des isles de l'archipel. Amsterd. 1703. p. 346.): *Elle a un fort beau port, qui est défendu par trois forts, dont le plus petit, qui est le plus éloigné de l'enceinte de la ville, est situé sur le quai, où l'on debarque, qui avance dans la mer . . . Les deux autres, qui sont plus grands, sont attachés aux murs de la place, et battent sur la mer . . . Elle a aussi une forteresse du côté de terre, qui est semblable à celle de Constantinople, et qu'on appelle pareillement les Sept Tours. Elle commende toute la ville, étant élevée sur une haute colline, au pied de laquelle il y a un grand fauxbourg fort peuplé, qui a son enceinte particulière.*

Leake trav. in north. Greece Vol. 3. p. 244. *Among the remains of Pagan times, may be mentioned some small portions of the walls, which, there is every reason to believe, follow the line and foundations of the inclosure of Cassander, and which being in their general structure much higher and more solid than such as the Ottomans build, seem to consist for the most part of successive repairs of the Macedonian work, before the Turkish conquest. Therme we can hardly suppose to have been so large as Thessalonica, and as it could not have left the citadel unoccupied, probably did not extend as far as the sea. That the main street and two principal gates, and consequently the whole inclosure, of the Roman Thessalonica, corresponded with those of the modern town, we have an infallible proof, in two ancient arches which still cross that street; one already mentioned near the Vardár gate, the other not far from the corresponding gate at the eastern end of the*

*same street. The latter, which had two smaller lateral arches annexed to it, now destroyed, consists of two piers 14 feets square, faced with stone, which were covered on all sides with a double range of figures in low relief, representing the sieges, battles, and triumphs of a Roman Emperor. A great part of the piers are concealed by shops of the bazár, which cover all the lower parts of the figures on one side, and the whole of them on the other. Entering a bakehouse in the latter situation, I found the sculpture still more defaced than in other parts, but in none is it in good preservation, and the whole appears to have been of a very declining period of arts. The arch which rests upon the piers is still more deprived of its facing, and is now a mere mass of Roman tile and mortar. Zosimus* (II, 22.) *seems to give some support tho the tradition which attributes this monument to Constantine, by his remarking, that when Constantine had subdued the Sarmatians, he went to Thessalonica, and there constructed a port. But the execution of the sculpture is perhaps better suited to the age of Theodosius, whose victories over the Goths were a common subject on the monuments of his age.*

## CAP. X.

### SUBURBIA.

Primam eorum mentionem inveni in belli Slavici secundi historia (Dissertat. histor. p. 44.); secundam in belli Slavici quarti narratione (ibid. pag. 57.). Seculum XIII et XIV spectant sequentium scriptorum loci. Nicephorus Gregoras hist. 7, 6.: *Τῶν τῆς Θεσσαλονίκης προαστείων.* Idem 10, 7.: *Τοῖς προαστείοις τῆς Θεσσαλονίκης.* Nicephorus Chumnus orat. ad Thessalonicenses (Boissonad. Anecdd. Grr.

Vol. II. p. 139.): *Ἐκ προαστείων.* Eorum suburbiorum orientali columnam stylitae assigno, quam solus, ut multa alia, memorat Eustathius orationis styliticae inscriptione (Opuscc. p. 182, 10.): *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ὑπερλίαν σπουδάζοντα διὰ στύλου ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀναφανῆναι περί που τὸ ἑῷον παραθαλάσσιον.*[36])

Postremo suburbiisne an urbi tribuendum sit *ambulacrum* quoddam, de eo anceps haereo. AA. SS. ad VIII. Oct. cap. 41. p. 154.: *Ἕως τοῦ περιπάτου*; ubi Cornelius Byeus de suppedaneo somniat. Ceterum *περίπατον τοῦ τείχους* habet Cameniata quoque in narratione de Sarazenica urbis expugnatione cap. 34.

Suburbiis orientalibus assigno monasterium quoddam ignobile, quod Eustathius memorat oratione stylitica cap. 35. (Opuscc. p. 186, 96. 187, 1—4.), nomine non allato: *Φρον-*

---

36) Clausenius in suis styliticis (Münteri miscellanea Hafniensia Vol. II. p. 229.): „*Patriam hoc disciplinae* (sc. styliticae) *asceticae genus Syriam habuit, neque orientis finibus excessisse videtur, impediente coeli inclementia non magis, quam sedatiore in populis occidentalibus sanguinis impetu.*“ Idem ibidem not.: „*Unum tamen, nomine Vulfilaicum, prope ad Treveri urbem stationem cepisse, tradit Gregor. Turon. hist. Franc. VIII*, 16.“ Alia e Nicetae Isaacio Angelo I, 7. (p. 498. ed. Bekker) discere poterat Clausenius, qui scriptor de Isaacio imp. haec narrat l. c.: *Ἀμέλει καὶ βασιλεὺς μὲν τοὺς γυμνόποδας καὶ χαμαιεύνας τῶν μοναχῶν ἠθροικὼς, καὶ ὅσοι κλοσι τῆς γῆς ὑπερήρθησαν, εἰς τὰ ἀρχεῖα συνηθροικὼς, ἐδεῖτο δι' αὐτῶν τοῦ θεοῦ διασκεδασθῆναι τὸν ἐφεστῶτα ἐμφύλιον πόλεμον κ. τ. λ.* Habuit igitur seculo XII (immo etiam seculo X) imperium Byzantinorum istud ascetarum genus; quod quantopere tum floruerit, vividis coloribus depingit Eustathius a me editus pag. 182—196. Nicetae locum non praetermisit literarum Byzantinarum summus judex Hasius in sua Leonis Diaconi aurea editione p. 511. ed. Bonn., ubi Leonem illustrat; qui libro X, 10. de columna Eutropii stylitae agit, anno 975 in urbe Cpoli ventorum turbinibus cum Sancto eversa.

*τιστήριον θεῖον, οὐκ εἰς λαμπρότητα ἐσκευασμένον, ὅτι μὴ σεμνὸν μέχρις ὀνόματος, ὁ καθ' ἡμᾶς κλύζει κόλπος οὗτος, ὁ πρὸ ὀφθαλμῶν, βραχύ τι πρὸ τῶν τειχέων τῆς πόλεως, οἷς προσβλέπει ἀναβαίνων ἑῶος ἥλιος.*

## CAP. XI.

### ARX.

Eam vel antiquissimo aevo civitas nostra habuisse putanda est, quamquam primum Ciceronem claris eam verbis memorare puto oratione in L. Pisonem cap. 34.: (Barbari Thraces) *Thessalonicenses, quum oppido desperassent, munire arcem coëgerunt.* Quod is non mirabitur, qui Thessalonicae historiam fere soli medio aevo assignandam esse sciverit. Verum hoc ipso quoque tempore memoria arcis multo rarior est, quam munimentorum urbis portarumque, cujus rei causam in situ arcis quaerendam existimo. Faciebat enim campus ille, partem urbis borealem arcemque intercurrens, quem supra illustravimus p. 192 sq., ut, quicunque Thessalonicam ibi impugnabant, facili opera urbis arcisque commercium intercluderent. Quid? quod ille campus [37]) non soli urbi perniciosus fuit, verum etiam arci, quam non ex alia parte, quam illa, grassante seditione anni 1346. per eos, qui urbem tenebant, oppugnatam esse constat, coll. Cantacuz. hist. 3, 94. Niceph. Gregor. hist. VI, 10. Sic factum, ut adversus exteros quoque hostes urbs multo minus commodi ab arce sua lucraretur. Hanc enim per omnem seculorum seriem nunquam impugnatam vidi, sed urbem; quam qui cepissent, arcem quoque tenere sibi videbantur.

---

37) Muro clausum significat apud alios harum rerum scriptores non deprehendi.

Arcis nomen in tota bellorum Slavicorum historia non auditur; quod non secus in Cameniatae narratione Sarazenica (a. 904), qui scriptor in sua urbis agrique Thessalonicensis laudatione satis ampla (cap. 4 sqq.) munimenta civitatis et propugnacula (*τείχη καὶ προβόλους*) affert, arcem praetermittit: ni forte quis, quod equidem non improbo, sequentia Cameniatae verba de arce intelliget. Is igitur cap. 5., *ἀλλ' οὐδὲν*, ait, *ἀδικεῖ τὴν πόλιν ἡ τοῦ ὄρους παράτασις, ὡς ἐμπαρέχειν ἄδειαν τοῖς πολεμίοις, ἀφ' ὕψους ἐπεμβαίνειν, καὶ τοῦ τείχους κατεπαμύνεσθαι. Ἔδωκε γὰρ ὀλίγην τινὰ σχολὴν ὁ βουνὸς ἐκεῖνος πρὸς τὸ φυλάττεσθαι πᾶσαν ἐπιβουλὴν τῷ διὰ μέσου χώρῳ (χωρίῳ), τὴν εὐχερῆ προσβολὴν ἀποκρούσας.* Arcem Cameniatae loco significari concedo. Sed quid inde consequitur, si ipsius arcis securitatem diligentius rimeris, deinde tutelam urbi ab arce praestitam? Assultus quidem hostium, ab altioribus montis Chortaeti partibus decurrentium, arx amolita videtur, non tamen eorum, qui campum inter urbem arcemque intermedium petebant, coll. Cameniata l. c.: *Τὸ δ' ἐντεῦθεν ἀνατείνεται μέχρι πολλοῦ τὸ ὄρος καὶ ὑπερίδρυται, τοῖς λόφοις καὶ χαράδραις ἐντραχυνόμενον, τὴν μεσαιτάτην ἀνατολὴν ἐπειγόμενον.* Neque alium sensum habent Nicephori Chumni verba (orat. ad Thessalonicenses in Boissonadii Anecdd. Grr. Vol. II. p. 141.): *Καὶ μὴν ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ὀρεινὴν συνέζευξεν, ἐξεπίτηδες, εἰπεῖν, πρὸς ἀσφάλειαν προστησαμένη καὶ παρατείνασα μέχρι πλείστου.*

In historia belli, quod brevi ante annum 1081. Nicephorus Basilaces movit, regnum affectans, arcis memoria recurrit. Ille, ab Alexio Comneno apud Axium victus, in arcem Thessalonicensem aufugit, pauloque post, ab hujus incolis militibusque praesidiariis exturbatus, in Alexii manus incidit. Videatur Scylitza ed. Paris. p. 865., ed. Ven. p. 677. Id. ibid. p. 866. (677). Zonaras annal. 18, 19. De incolis arcis v. Nos p. 205.

Venio ad bellum Normannicum anni 1185. Ea tempestate Thessalonicae praesidebat nebulonum princeps, Davides Comnenus, a quo proditam urbem satis abundeque constat. Is arcem potius, quam urbem defendens, totus in eo erat, ut ab illa, qua raro excedebat, hostium impetum spectaret, non arceret. In eo bello arx saepe quidem memoratur (Eustath. l. c. cap. 4 sqq.; eam vero a Normannis, Graecos in illum campum, qui urbem arcemque intercurrit, persequentibus (Eust. cap. 7.), impugnatam fuisse non legi. Capta urbe, sponte in hostium manus arcem venisse puto. Rebellionem anni 1346. supra tetigimus, item bellum anni 1430., cum munimenta urbis septentrionalia illustraremus. Monendum quoque, Demetrium Cydonium in sua monodia, quae rebellionem illam spectat, urbis magnas laudes expromere, de arce tacere.

Arcem parum commodi Thessalonicensi civitati contulisse, satis demonstratum puto; neque aliter de conditione ejus hodierna judicantem video Felicem Beaujour (Voyage militaire cett. Vol. I. p. 200.). Idem in Tabl. du commerce de la Grèce Vol. I. p. 29.: *La pente, sur laquelle est bâtie Salonique, s'élève insensiblement jusqu'à ce château* (Heptapyrgion), *où elle forme un mamelon. Au nord du château la montagne s'incline, et se relève ensuite à une demi-portée de canon; d'où, en se prolongeant vers le nord-est, elle va se joindre au mont Kourtiach. Par cette position le château des Sept-Tours se trouve commandé par toutes les hauteurs, qui sont au nord, et depuis l'usage d'artillerie il ne peut être d'aucune utilité pour la défense de la place.* Leake Trav. in northern Greece Vol. 3. pag. 239.: *The eastern and western walls follow the edges of the height, where it falls on either side towards a small valley watered by a rivulet, and terminate above in the walls of the citadel, which has a double inclosure towards the town flanked with square towers. The heads of the val-*

*leys on the east and west are separated only by a ridge connecting the citadel with the falls of mount Khortiátzi, which command it at a short range. The citadel, like that a Constantinople, is called Ἐπταπύργιον, which the Turks have translated into Yeddi Kúlelar, the Seven Towers; for doubtless at both places the name is older than the Turkish conquest.*

Fuit tamen satis magna, quod vel Cousineriana Thessalonicae imago testatur. Nos in medium producimus veterum testimonia. Anna Comnena hist. lib. I. (p. 22. ed. Paris.): *Οἱ τῆς ἀκροπόλεως οἰκήτορες καὶ φύλακες.* Cantacuz. hist. 1, 53. (ad annum 1328.): *Οἱ . . τὴν ἀκρόπολιν κατοικοῦντες.* Idem 3, 94. (ad annum 1346.): *Ὁ δῆμος . . . ὁ τῆς ἄκρας· πόλει γάρ τινι ἔοικε μικρᾷ, καὶ οἰκήτορας ἰδίους ἔχει.* Ii incolae ibidem dicuntur *ἐγχώριοι*; item *οἱ πρὸς τῇ ἄκρᾳ*, coll. Dappero supra allato p. 199. Nicephorus Chumnus orat. ad Thessalonicenses (Boissonad. Anecdd. Grr. Vol. II. p. 141.): *Ἀκρόπολις μὲν ἄνωθεν οὕτω μεγάλη καὶ περιφανὴς ἀνέχει, ὡς καὶ δοκεῖν τοῖς αἴφνης ἐς αὐτὴν ὁρῶσιν αὐτὴν εἶναι καὶ μόνην τὴν ὅλην πόλιν.* Huic magnitudinis laudi egregie convenit ea imaginis Thessalonicensis apud Cousinerium pars, quae arcem refert, duorum munimentorum serie et mole constantem, exteriorum atque interiorum, quae satis magno invicem spatio dirimuntur. Eandem rem spectat Cantacuzenus hist. 3, 94 (Ed. Bonn. Vol. II. p. 599.): *Πολὺ δὲ τῶν πυλῶν ἑκατέρων τῆς ἄκρας ἀλλήλων διεχουσῶν.* Exteriorem portam idem Cantacuzenus ibidem memorat his verbis: *Τὴν ἐξάγουσαν τῶν τειχῶν.* Idem ibidem: *Ταῖς πύλαις τῆς ἄκρας, ταῖς πρὸς τῇ πόλει.* Eandem exteriorem portam jam Eustathius habet narratione Normannica cap. 7. (Opuscc. p. 269, 61.): *Τοῦ πύργου . . . ὃς ὑπερανίσταται τῶν ἐκεῖσε πυλῶν.* Utramque vero, interiorem atque exteriorem, idem laudat

l. c. cap. 5. (p. 269, 35.): *Πρὸς τῇ πύλῃ τῆς ἀκροπόλεως, τῇ γε προφαινομένῃ.* Interiorem (*τὴν ἐνδοτέρω*) ibid. vides et cap. 6. (p. 269, 40 sq.). Portas arcis indistincte memorat Nicephorus Gregoras hist. 8, 11, 6: *Ὑφάπτουσι τὰς τῆς ἀκροπόλεως πύλας*; quae sunt exteriores, duce contextu.

*Carcerem* peculiarem arx habebat; item *cisternam.*

De illo Cantacuzenus hist. 3, 94. (ed. Bonn. Vol. II. p. 580.): *Ἐν δεσμωτηρίῳ πρὸς τῇ ἀκροπόλει.* Huic carceri exules Byzantinos assigno, de quibus egi p. 43 sqq.

De cisterna (*δεξαμενῇ*) vide pluribus agentem Eustathium l. c. cap. 62. (pag. 286, 50 — 80). Eâ arx, cum iste locus fontes habere non videatur, carere non magis poterat, quam aliae arces, e. g. Smyrnaea, cujus cisternam anno 1647 vidit Ismael Bullialdus, coll. ejus notis ad Ducam c. 7. (ed. Bonn. p. 547.). Adde cisternam Thracicae arcis oppidique Didymotichi apud Nicephorum Gregoram hist. 8, 11, 7.

Arcis nomen Graecum hodiernum est apud Graecos *Heptapyrgion* (*arx septem turrium*), coll. Paul. Luc. itinerar. ed. a. 1724. Vol. I. p. 50. Cousinéry Voyage Vol. I. p. 44.; qui doctus posterior illius partes illustrat. Addendus Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 76. Beaujour in Voyage militaire Vol. I. p. 200. Idem in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 28 sq., qui scriptor arcis nomen Turcicum refert, sc. *Yedi-Kulé* (*septem turres*). Arx, eodem referente, Graecorum fabrica est, turres Venetorum opus; quod mihi ambiguum videtur. Habet arx monumenta quaedam antiquiora, e. g. columnas marmoreas coloris viridis (vert antique), quae templi Herculei reliquiae esse dicuntur; dein reliquias arcus triumphalis, Antonino Pio et Faustinae dicati, coll. Beaujour. in Tabl. du comm. T. I. p. 29. Soli vero poesi debentur, quae de hac nostra arce habet poema medii aevi Theotiscum, nomine *Hugdieterich's Brautfahrt und Hochzeit* (ed. Oechsle p. 4.): *Two hoe maur vnd drey vil*

*dieff graben, Die sein umb die Burg gar ritterlich erhaben Vff ainem hohen velsse, doruff der Thurn stat.*

## CAP. XII.

### AQUAEDUCTUS, PUTEI, CISTERNAE, CLOACAE.

Fontes [38]) natura ministrante nullos Thessalonicam ipsam habere puto, cum aquam usui humano necessariam vetus aquaeductus urbi immittat, de quo videndus Cousinerius l. c. p. 106 sq.: *Je dois observer, que le grand canal, qui, du mont Disoron, porte ses eaux dans la ville, s'y introduit par les Sept-Tours. Je suivis ce canal pendant près d'une heure sur la croupe de la montagne, qui se lie au couchant avec l'amphithéâtre, sur lequel la ville est placée. Ce fut à la plus grande hauteur de ce côteau, que je découvris la belle position d'Urendgik, grande vallée du Disoron.* His addo Pauli Lucae locum (l. c. p. 41.): *Ce lieu* (Courtiache) *est situé dans une montagne, près de laquelle il y a un aqueduc, qui conduit les eaux à Salonique par des canaux à fleur de terre et qui ne sont couverts que de pierres, sans aucun ciment.* Hunc aquaeductum vidit quoque Clarkius (Travels II, 3, 376.), quum urbe relicta Constantinopolin proficisceretur. Cum ultimis plane consentit Hadschi Chalfa l. c. p. 76., a'iam aquam addens, urbi (sic videtur) immissam, nomine *Jenisu* (*aqua nova*). Aqua igitur, a monte Chortaeto urbem juxta arcem intrans, ipsique arci puto sui partem suppeditans, singulis vicis per fornices ministrabatur,

---

38) Leake Travels in North. Greece Vol. 3. p. 246.: *In many parts of the town, particularly at the fountains, sepulchral stones and inscribed sori are to be found. Wherever figures occur upon the latter, their heads have, as usual, been destroyed by the Turks, nor is it easy to find an inscription that is perfect.*

quorum unum apud Joannem Anagnostam invenisse mihi videor (narrat. Turc. cap. 13.): *Τοῦ κατὰ θάλασσαν προβεβλημένου διατειχίσματος· τζερέμπουλον τοῦτο καλεῖν πάντες εἰώθαμεν*, coll. Du Cang. in Gloss. Gr. v. *ἔμβολοι*. Est enim *τζερέμπουλον* canalis subterraneus, in speciem *ἐμβόλου* (porticus arcuatae) factus, quo aqua in urbes arcesque ducitur. Haud tamen nego, Jo. Anagnostae verba (*τοῦ κατὰ θάλασσαν προβεβλημένου διατειχίσματος*) dubium mihi movere, vocis *τζερέμπουλον* vulgaris significatio num hoc quoque loco admitti possit. Fuit saltem non subterranea structura. Hammero (Gesch. des Osman. Reichs. I. 434.) hoc *tzerempulum* idem significat quod „muri praerupti portus," ratione interpretationis non addita.

De *puteis* vide Eustathium narrat. Normann. cap. 102. (p. 293, 50); cap. 104. (p. 297, 1). Adde Nicetam in Andronico Comneno 1, 9. et Demetrium Cydonium monod. cap. 6.

*Cisternas* (*δεξαμενὰς*) Cantacuzenus refert histor. 3, 93.

Aqua urbi ab obsessoribus nunquam intercepta videtur: tacent enim obsidionum scriptores de tali incommodo.

De *cloaca* Thessalonicae primaria v. Cameniatam narratione Saraz. cap. 57.: *Τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο τῆς πόλεως ὢν (ὃν) ἁπάσης τῶν ἀφέδρων ἀπόῤῥοια.*

## CAP. XIII.

### PORTUS.

Antiquam portus Thessalonicensis historiam praelibavi in Dissertatione historica pag. 18. Imaginem ejus numo cuidam Thessalonicensi inesse refert Belleius in Memorr. inscriptt. Vol. 38. sect. hist. pag. 132.; quae utrum Constantinum M., ejus conditorem (Zosimus 2, 22.), ut volunt, cele-

bret, an alium, equidem nescio. Portum forsan spectat statua ingentis mulieris, turri cuidam urbis occidentali imposita. Eius mulieris ad pedes sculpta est puppis; unde Thessalonicam cum portu suo rebusque navalibus hoc artificio significari putabis. De hac statua videatur Felix Beaujour in Tabl. du commerce Vol. I. p. 31., coll. hac nostra dissertatione p. 197.

Bellorum Slavicorum historia (secc. VI—VIII) mentionem portus aliquoties injicit, coll. Dissert. hist. p. 46. 52. 57. Ostium ejus tangunt Acta S. Demetrii cap. 159. (Acta Sanctorum ad mensem Oct. T. IV. p. 162.): *Τοῦ στομίου τοῦ ἐνταῦθα λιμένος.* Ibid. cap. 170. p. 163.: *Κατὰ τὸ στομίον τοῦ λιμένος.* Adde Nicephorum Gregoram histor. 10, 3.: *Πρὸ δὲ τοῦ λιμένος.* Catena ferrea hoc ostium clausum fuit bello Slavico tertio (Dissertat. pag. 52.). Idem factum bello Sarazenico anni 904., teste Cameniata in narratione Saraz. cap. 25. (Scriptores post Theophanem ed. Paris. pag. 338.). Similiter intelligo alium Cameniatae locum cap. 61., ubi coram introitu portus (*κατὰ τοῦ πορθμοῦ τοῦ λιμένος*) navigia demersere cives Thessalonicenses. Captus tamen a Sarazenis portus (Cam. l. c. cap. 65.).

Forma ejus quadrangula fuisse videtur, coll. Cameniata cap. 4.: *Ἀλλ' ὁ μὲν λιμὴν τετράσι γωνίαις ἐμπεριείληπται.* Ejus memoriam sec XII., per belli Normannici occasionem, non recurrere video; quod non est mirum. Classis enim hostilis, CC pluribusve navibus constans, in latere urbis orientali et meridionali, qua mari alluditur, stationem habuit, non in occidentali, coll. Eustath. narrat. Normann. cap. 59. 75—86.

Portum Thessalonicensem veteres passim laudant. Jo. Cameniata (ad ann. 904.) c. 4.: *Ὑποκοιλαίνεται γάρ τις ἐκεῖσε θαυμαστὸς λιμὴν, ἀσφαλῶς ὑπτιάζων τοῖς πλωτῆρσι τὴν εἴσοδον, ταῖς ἐκ πνευμάτων παντελῶς ἀπείρατος ταραχαῖς, καὶ τὴν* (l. *τὸν*) *ὅρμον ἀκύμονα καθιστῶν· ὃν ἐκ τῆς λοιπῆς θαλάσσης ὁ τεχνίτης ἀπέτεμε. Μέσον γὰρ ἀπείρξας διά τινος τείχους τὴν τῶν ὑδάτων ἐπιῤῥοιαν, συναπεῖρξεν ἐκ τοῦ πρὸς*

θάλασσαν καὶ τῶν πνευμάτων κλύδωνα. Ἡ θάλασσα γὰρ τῷ βυθῷ φυσωμένη, καὶ τὴν ἐκδρομὴν πρὸς τὴν χέρσον ἐρευγομένη, τῷ διαφράγματι τοῦ τῇδε τείχους κωλυομένη, μὴ ἔχουσα, τίνι τὴν ἀπειλὴν ἐπαφήσει, χωρεῖ τοῖς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ τείχους μέρεσι. Καὶ τὸ ὕδωρ, ἠρέμα πως ὁλισθῆσαν, ζάλης ἁπάσης ἐκτὸς τὴν (l. τὸν) τοιοῦτον ὅρμον διατηρεῖ. Demetrius Cydonius in monodia cap. 2. (Scriptores post Theophanem pag. 385. ed. Paris.): Λιμένας δὲ πολλοὶ μὲν ἐπῆνεσαν· ὁ δ' ἐνταῦθα πάντων ἂν δικαίως ἐνίκησεν εἶναι παράδειγμα, ὁ αὐτὸς ἀντὶ πόλεώς τε ὢν καὶ λιμένος, καὶ τὴν πόλιν οὐκ εἰς τὴν θάλασσαν λήγουσαν παρεχόμενος, ἀλλ' εἰς πόλιν ἑτέραν. Οὕτω σεμνότερον καὶ τῶν Βαβυλῶνος ἐτετείχιστο περιβόλων. Μέγιστος δὲ ὧν ὧν ἴσμεν λιμένων, μεγίστην παρέχεται τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τὴν πόλιν οἷον ἐν ἀγκάλαις περιλαμβάνων συμφῦναι δοκεῖ σπεύδειν αὐτῇ. Nicephorus vero Chumnus, ejusdem, cujus Demetrius Cydonius, seculi (XIV) scriptor, portum plurali magnificentiae dicit in oratione ad Thessalonicenses (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 141.): Παραπέμψασα πρὸς τοὺς λιμένας. Aliud in laudem ejus non addit. Eum (ad annum 1185.) Nicetas (in Andronico Comn. I, 7.) τὰ τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίνεια dicit; singulari numero Nicephorus Gregoras (hist. 13, 1. 7. 10.) τὸ τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίνειον. [39]) Vulgari λιμένος nomine utitur Jo. Anagnosta narratione Turc. cap. 10. (ad annum 1430).

Est autem sedes eius in occidentali fere et boreali urbis latere quaerenda (Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 76. Cousinéry Voyage Vol. I. p. 45.), hodieque audit *portus an-*

---

39) Thessalonicae navalia (νεώρια) comburi jussit Perseus rex post pugnam Pydnaeam (Liv. 44, 10.). Huic tamen imperio non paruit Andronicus, cui mandata res fuerat, teste Livio l. c., coll. Diodoro Siculo in Exc. de Virtutt. et Vitt. 310 (Opp. ed. Wessel. T. 2. p. 579).

*tiquus* (Cous. l. c.).[40]) Magnitudinem ejus testatur idem Hadschi Chalfa l. c., fere CCC navium capacem praedicans.

Restat, ut videamus, quare hoc ipso loco conditus sit, non e latere urbis orientali (et meridionali), vel coram ipsa urbe, quasi infima ejus pars. Ejus rei causa in natura rerum locorumque quaerenda videtur. Est enim latus civitatis occidentale cum boreali ab hostibus maritimis aversum; mare vero, qua urbis muros allabitur, parum profunditatis habere videtur, nisi toto anno, tamen aestate, de quo videndus Eustathius narratione Normannica cap. 59. (Opuscc. p. 285, 60.): *Ἦν δὲ μάχης ἐλεύθερον τὸ παράλιον ὅλον, τὸ μέν, ὅτι ψιλὰ θαλασσίου ὕδατος ἦν τὰ πρὸς τῷ τείχει διὰ τὸν καιρὸν θερινὸν ὄντα καὶ μὴ πληθύοντα τὴν θάλασσαν μέχρι καὶ ἐς αὐτὸν τειχισμόν . .* Cum his conf. Pocockium in Beschr. d. Morgenl. Vol. III. p. 214., qui scriptor naves trahi ad urbem dicit, cum desit appellendi locus. Ultimis ea velim addas, quae de molibus a. 904. mari injectis attuli p. 158 sq. Profundiorem maris quandam partem in orientali urbis latere vides apud Eustathium l. c. cap. 57. Sedes molium illarum coram ipso Thessalonicae muro maritimo quaerenda est, monente Cameniata l. c. cap. 17., qui ibidem narrat, opus illud, urbi valde conducturum, cum fere ad medium partis infirmae locum pervenisset, interruptum fuisse.

## CAP. XIV.

### SINUS.

Sinum Thessalonicensem apud veteres *Thermaeum* (*Θερμαῖον*) vocari solitum, e scriptoribus Graecis constat. Videa-

40) De sinu Thermaeo (stricto Graecorum sensu) intelligendus est locus Felicis Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 20.): *La rade, qui baigne ce croissant* (aream urbis Thessalonicae), *est au fond du Golfe, et est fermée de tous côtés, excepté par le sud ouest.*

tur Herodotus 7, 121. 123. 8, 127. Scylax cap. 67. Strabo geogr. 2, 1, 24. 4, 17. 7, 7, 4.; excerpta ex ejusdem libro 7. §. 2. 4. Stephanus Byz. de urbb. v. *Θέρμη* et *Χαλάστρα*. Eandem formam retinet Tacitus annal. 5, 10., item Plinius H. N. 4, 12 (23). Hic vero alio loco, sc. 4, 10 (17) *Thermaicum* dicit, quam formam Ptolemaeus quoque habet geogr. 3, 13., nec non Pomponius Mela 2, 3, 1. *Thermum* (*Θερμὸν*) dicit Conon ap. Photium (biblioth. cod. 186. p. 140. B. ed. Bekk.), ubi *Θερμαῖον* legendum esse, supra monui p. 10. not. *Macedonicum* eundem dicere videtur Plinius H. N. 4, 10 (17); de quo tamen loco v. Nos infra. De sinu nostro ante Herodotum egisse Hecataeum video, coll. Steph. Byz. v. *Χαλάστρα* (fragm. 116. ed. Klaus.): *Χαλάστρα, πόλις Θρᾴκης κατὰ τὸν Θερμαῖον κόλπον. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἐν δ' αὐτῷ* (sinu Thermaeo) *Θέρμη, πόλις Ἑλλήνων Θρηϊκίων κ. τ. λ.*

Initium ejus meridionale Peneus, Thessaliae fluvius, quibusdam facere videtur, in cujus sententiae testimonium afferunt Scylacem cap. 67. (Hecataeus et Scyl. ed. Klaus. p. 201.): *Ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ ποταμοῦ Μακεδόνες εἰσὶν ἔθνος καὶ κόλπος Θερμαῖος.* Unde tamen nil consequi videtur. Macedoniae enim initium e mente Scylacis facit *Peneus*, non *sinus Thermaicus*, quem Scylax secundo loco, i. e. post Macedonas, ponit. Jam vide Ptolemaeum geogr. 3, 13. (ed. Paris. 1546.): *Κανάστραιον ἄκρον* $\overline{να}$ | *δ′* | $\overline{λϑ}$ | *L′γ* | *ιβ* |. *Κασσάνδρεια* $\overline{να}$ | $\overline{ιβ}$ | $\overline{μ}$ |. *Καὶ ἐν τῷ Θερμαϊκῷ κόλπῳ Χάβριος* (l. *Χαβρίου*) *ποταμοῦ ἐκβολαὶ* $\overline{ν}$ | $\overline{γο}$ | $\overline{μ}$. *Ἡγωνὶς* (sic) *ἄκρα* $\overline{ν}$ | *L′* | $\overline{μ}$. *Ἀμφαξίτιδος Θεσσαλονίκη* $\overline{μϑ}$ | *L′γ* | $\overline{μ}$. *Ἐχεδώρου ποταμοῦ ἐκβολαὶ* $\overline{μϑ}$ | *L′δ* | $\overline{μ}$ | $\overline{δ}$. *Ἀξίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ* $\overline{μϑ}$ | $\overline{γο}$ | $\overline{μ}$ | $\overline{ς}$. *Πιερίας Λυδίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ* $\overline{μϑ}$ | *L′* | $\overline{μ}$ | $\overline{ς}$. *Πύδνα* $\overline{μϑ}$ | $\overline{γό}$ | $\overline{λϑ}$ | *L′* | $\overline{δ}$. *Ἁλιάκμονος ποταμοῦ ἐκβολαὶ* $\overline{μϑ}$ | *L′γ* | $\overline{λϑ}$ | $\overline{γό}$. *Δῖον κολωνία* $\overline{ν}$ | $\overline{λϑ}$ | *L′* | $\overline{ιβ}$. *Φαρύβου* (l. *Βαφύρου*) *ποταμοῦ ἐκβολαὶ* $\overline{ν}$ | *L′* | $\overline{λϑ}$ | *L′*. *Πηνειοῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ* $\overline{ν}$ | *L′* | $\overline{λϑ}$ | $\overline{γ}$ | $\overline{ιβ}$.

Ptolemaeus igitur sinus Thermaici initium orientale prope urbem Aeneam statuit, ubi tabulae recentiorum geographicae fluvium quendam rivumve collocant, quem a fluvio Ptolemaei Chabrio s. Chabria [41]) non diversum esse puto; inter Aeneam enim et Cassandriam (Potidaeam) alium fluvium non invenio. Unde consequitur, initium sinus occidentale e Ptolemaei mente (disertis verbis hoc non significat) prope urbem Pydnam fuisse, Aeneae urbi oppositam, s. potius in Haliacmonis fluvii ostiis, quae post Pydnam ponit. Nemo igitur a Ptolemaeo Thermaicum sinum usque ad Peneum flumen prolongatum fuisse putabit. Post promontorium enim Egonidem affert Amphaxitidem, dein Pieriam, cum singulis urbibus fluviisque, sinu ipso in reliquis non memorato. Promontorii vero Egonidis lectionem corruptam esse, alii viderunt (Mannert. Geogr. Vol. VII. p. 467). Meletius (Geogr. ed. II. T. II. pag. 461.) legit *ἡ Γωνὶς ἄκρα*; quanquam hic articuli in tali indice usus perquam insolitus est. Hic vero locus idem cum Ecbolo Cameniatae esse videtur, de quo deinceps agam. Vides, sinui minorem ambitum a veteribus Graeciae scriptoribus tribui, quam is est, qui vulgo fertur. Neque alius Herodoti sensus 7, 123.: *Ἀπὸ δὲ Αἰνείης . . ἀπὸ ταύτης ἤδη ἐς αὐτόν τε τὸν Θερμαῖον κόλπον ἐγίνετο τῷ ναυτικῷ στρατῷ* (Xerxis) *ὁ πλόος . . ἔς τε τὴν Θέρμην.* De Ptolemaei Egonide v. Nos infra p. 218.

Idem statuunt medii aevi scriptores Graeci. Cameniata narratione Saraz. cap. 4. (ad annum 904.): *. . . θαλάσσιον ἔχουσα* (urbs Thessalonica) *κόλπον, ἐκ νότου καθηπλωμένον, ᾧ καὶ περικλυζομένη τὴν ἐκ πλαγίου πλευρὰν, ταῖς ἀπανταχόθεν εἰσρεούσαις ὁλκάσιν εὐεπίβατον τὴν πρὸς αὐτὴν πορείαν παρέχεται . . Ὁ δὲ δὴ κόλπος ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης ἀποτμηθεὶς διά τινος αὐ-*

41) De hoc Chalcidices fluvio s. rivo v. Cousinéry in Voyage dans la Macéd. Vol. II. p. 138.

χένος, ἀγκῶνος δίκην προβεβλημένου, καὶ ἐπὶ μήκιστον τοῖς ὕδασι διϊκνουμένου, ὃν οἱ κατὰ χώρας (l. χώραν) Ἔκβολον [42]) ὀνομάζουσι, διὰ τὸ πόρρω που τοῖς ὕδασιν ἐκβεβλῆσθαι· στενούμενός τε πρὸς τὴν ἑτέραν ἐξ ἐναντίας χέρσον τῇ τοῦ αὐχένος τούτου καινοτομίᾳ, ἕτερος λιμὴν πελάγιος γίνεται. Ἐξ οὗ δήπερ ἀγκῶνος μέχρις αὐτοῦ τοῦ τείχους τῆς πόλεως κύκλον πανευπρεπῆ τὸ ὕδωρ μιμεῖται, τοῖς ἐφ' ἑκάτερα μέρεσιν ἐπὶ πολὺ ἐντεινόμενον, καὶ πρὸς τὴν πόλιν κατὰ βραχὺ συστελλόμενον. Καὶ ἀφορᾷ μὲν ὁ κόλπος ἐκ νότου τὴν λοιπὴν θάλασσαν· ἀφορᾷ δὲ τοῦτον ὁμοίως ὁ λιμὴν, καὶ τὸν λιμένα [43]) ἡ πόλις . . . Ὁ δὲ κόλπος ἐστὶ περιφερὴς, τὸ κῦτος ἔχων διὰ πλείστου βάθους χωροῦν, τὰ πέρατα δὲ καὶ πρὸ πολλοῦ τῆς χέρσου τὰ πολλὰ τῶν ὑδάτων συστείλαντα. Vides, hoc Cameniatae loco sinum Thermaicum, licet nomine ejus proprio non allato, valde coarctari, maximamque sinus partem non sinum vocari, sed pelagus. Neque aliter Eustathii locum intelligo oratione stylitica cap. 35. (Opuscc. p. 187, 1.): Ὁ καθ' ἡμᾶς κόλπος οὗτος, ὁ πρὸ ὀφθαλμῶν. Et haec vocis primitiva vis esse debuit, cum nomen Thermae nondum in Thessalonicam abiisset. Latiorem tamen vocis vim a Cornelio Tacito electam video annal. 5, 10: . . *Poppaeo Sabino. Is, Macedoniae tum intentus, Achaiam quoque curabat. Igitur . . . Toronaeum Thermaeumque sinum prae-*

---

42) Malim hoc loco Ἔμβολον, deinde ἐμβεβλῆσθαι, quia moles illa s. potius promontorium *mare intrat, illi injicitur.* Sic plane apud Pindarum (Olymp. 7, 34 sq.) Rhodus dicitur insula πέλας Ἐμβόλῳ, i. e. *ei Asiae parti opposita, quae rostri cuneique instar in mare procurrit*, i. e. *Peraeae Caricae.*

43) Negligenter haec narrat Cameniata. Portus (antiquus) non est ex ipsa meridie urbis quaerendus, sed ex occidente (et septentrione). V. Hadschi Chalfam supra allatum, pag. 4. 159. 189. 210., coll. Cousinerio ibidem.

*festinans, mox Euboeam, Aegaei maris insulam, et Pirae-um Atticae orae* etc. Scilicet Poppaeus Sabinus, Macedoniae atque Achaiae a. Chr. 31. proconsul, Amphipoli tum, seu in quadam potius Chalcidices urbe commorans, e Singitico, ut puto, sinu solvens, sinus Toronaeum ac Thermaeum praeternavigavit, Graeciam itinere maritimo petens. Unde consequitur, Tacitum, de sinu Toronaeo loquentem, Thermaeo sinui, quem cum Toronaeo Sabinus praeternavigavit, eandem ferme longitudinem versus meridiem tribuisse, quam nostrum aevum sinui Thessalonicensi assignat. Ex hujus enim usu loquendi initium habet inter promontorium Pailluri, in Pallene situm, et promontorium S. Georgii in Magnesia Thessaliae (Felix Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. pag. 21., coll. Melet. geogr. ed. II. T. 2. p. 447.); longitudo ejus leucas XXVII conficit (Beaujour l. c.). Idem de tabula Peutingeriana valet (ed. Mannert. segment. VII.), in qua toti sinui, inter Thessalonicam Thessaliamque intercedenti, imponitur nomen *sinus Macedonici*, quod *a sinu Thermaeo* non differt. Aliter tamen Plinius H. N. 4, 10. (17.): *In ora sinus Macedonici oppida Chalastra, et intus Phileros, Lete: medioque flexu litoris Thessalonica, liberae conditionis. Ad hanc a Dyrrhachio CXIV* (?) *millia passuum. Therme. In Thermaico sinu oppida Dicaea* (?) *Pydna, Derrha* (l. Derris), *Scione.* Ubi mirum, quod sinum Macedonicum Thermaicumque distinguit. Sed fac, jure suo egisse Plinium: quare minorem maris illius partem dixit *sinum Macedonicum*, majorem *Thermaicum?* Contrarium exspectabas; quod factum video a Dicaearchi epitomatore, medii aevi Graeco, in montis Pelii descriptione (Hudson. geogr. Gr. min. Vol. 2. p. 29.): Ἡ δ' (altera Pelii montis pars) ἐπὶ τὸν Ἄθω καὶ τὸν Μακεδονικὸν καλούμενον κόλπον (vergit). Monstrosum quoque, quod sinui Thermaico Plinius adponit Derrham et Scionem, alioque ejusdem libri loco (12 = 23) ante sinum nostrum, quem ibi *Ther-*

*maeum* dicit, [44]) varias insulas collocat, quas veterum nemo ibi sitas novit. Vides, Plinii in hac geographiae Macedonicae parte parvum usum esse, acquiescendumque in scriptoribus Graecis, qui sinus Thermaici initium inter Aeneam Pydnamque [45]) statuunt.

---

44) *Thermaeum* Solinus quoque dicit polyhist. cap. 14.: . . . *De amnibus* (Thessaliae) *Peneus, qui . . undis apertior Macedoniam ac Magnesiam interluens, in Thermaeum sinum decidit.* Idem vero cap. 15: *Adolevit puer* (Orestes matricida, Mycenis profugus) *in spiritu regii sanguinis . . . occupatoque, quidquid est, quod procedit in Macedonicum sinum et Adriaticum salum, terram, cui imperaverat, Orestidem dixit.* Posteriorem denominationem servat Aethicus quoque in cosmographia (ed. Henr. Steph. 1577. pag. 130.): *Macedonia habet . . . ab euro Euboeam et Macedonicum sinum.* Quid de Strabone statuendum sit, non liquet. Libri enim septimi finis non integer ad nos pervenit. Excerpta vero Straboniana (§. 15.) in enumeratione sinuum Thessalicorum et Macedonicorum haec habent: *Μαλιακὸν* (sc. *κόλπον*), *Παγασητικὸν, Θερμαῖον, Τορωναῖον, Σιγγιτικὸν, Στρυμονικόν.* Puto tamen, ipsum Strabonem in his conspirasse cum Romanorum scriptoribus, qui sinum Thermaeum non minus ad meridiem procurrere statuunt, quam sinum Toronaeum. Praeter Tacitum videatur Pomponius Mela 2, 3, 1.: *Ceterum, longis in altum immissis lateribus, ingens inde* (i. e. a promontorio Pallenae Canastraeo) *Thermaicus sinus est. In eum Axius per Macedonas, et jam per Thessalos Peneus excurrit.* Neque aliter Livius 44, 11., qui bis ibi habet *Toronaicum et Macedonicum mare*, pro *sinu Toronaico et Macedonico.* De sinu vero Thessalonicensi haec habet Dapperus (Description des isles de l'Archipel. Amsterd. 1703. pag. 346.): *Son embouchure est comme enfermée entre deux caps, dont le meridional est appelé le cap S. George, qui est septentrional à l'égard du golfe de Volo; mais celui, qui est à son côté septentrional, se nomme Porto di Sabioni.* Idem ibid.: *On lui donne cent quarante miles l'Italie de longueur, et il est un peu recourbé dans son cours.* Adde infra locum Felicis Beaujour.

45) Forma Melae *Cydna* corrupta quibusdam videbitur; sed fuit urbis vetus nomen, teste

Sinus Thermaei nomen Byzantinorum scriptorum soli Tzetza atque epitomator Strabonis habere videntur. Ille igitur chil. X, 179 sq. p. 369. ed. Kiessling.:

> *Καὶ μέχρι νῦν τὸ πέλαγος τὸ τῆς Θεσσαλονίκης Θερμαῖος κόλπος λέγεται ἀπὸ τῆς Θέρμης κώμης.*

Epitomator Strabonis (medio aevo, ut Tzetza, assignandus) geogr. 7. fin. §. 2.: *Ὅτι τὸ Δίον ἡ πόλις οὐκ ἐν τῷ αἰγιαλῷ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐστὶν, ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ Ὀλύμπου, ἀλλ' ὅσον ζ ἀπέχει σταδίους.* Unde simul patet, huic epitomatori sinum Thermaeum majorem fuisse, quam aliis scriptoribus Graecis. Mireris quoque, quod nomen ejus apud eos medii aevi scriptores non occurrit, qui peculiares obsidionum Thessalonicensium libellos conscripserunt, Actorum S. Demetrii auctores; dein Cameniatam, Eustathium, Jo. Anagnostam; nec magis apud Nicephorum Gregoram, quam apud Cantacuzenum, bellorum sui aevi Macedonicorum diligentes enarratores, quorum posteriori geographiam Macedonicam et Thracicam multum debere video. Quod maxime mirum in Cameniata, qui Sarazenorum a. 904. per mare adventum abitumque non obiter enarrat, sed varias orae illius orientalis partes memorat. [46]).

---

Steph. Byz. v. *Κύδνα*, ubi formam *Πύδα* (l. *Πύδνα*) e forma *Κύδνα* corruptam fuisse Stephanus dicit. Pydnam praeter alia claram fecere *ὕδνα* (tubera), monente Eustathio (Opuscc. p. 259, 74.): *Εἰκάζει δὲ αὐτοῖς (μυμαικύλοις* s. fructibus *κυμάρου* edulibus) *καὶ τὰ κατὰ Πύδναν ὕδνα.* Ubi sermo est de monachis Graecis, rei agrariae et hortensis multo peritioribus, quam literariae.

46) Echolo Cameniatae vetus Aenea imposita s. apposita esse debuit, et quidem majori potius, quam minori, cum quindecim passuum millia a Thessalonica abfuerit, teste Livio 44, 10.: *Omissaque Thessalonicae oppugnatione, Aeniam inde petunt. Quindecim millia passu-*

Restant quaedam huic tractationi jungenda. Et primo quidem *Echolon* Cameniatae (cap. 4.), cujus nomen apud eundem bis iterum (cap. 23. 67.) recurrit, diligentius illustrabitur. Id promontorium mole sua naturali sinum Thessalonicensem s. Thermaeum, stricte dictum, conficere a Cameniata dicitur. Sunt autem in parte urbis meridionali (*orientalem* veteres dicebant ex sua urbis descriptione) duo promontoria, apud Turcas *Kara-Burun* dicta, item *Kara-Bernus*. [47]) Horum majus horarum trium vel amplius spatio a Thessalonica disjunctum est, atque in mare procurrit per unam horam; minus horae unius et dimidiae intervallo ab urbe abest, naviumque stationem, quae in ancoris versantur coram Thessalonica (*la rade*), aggere suo satis brevi a parte meridionali claudit, coll.

---

*um ea urbs abest, adversus Pydnam posita, fertili agro.* Ruinae quaedam prope pagum *Panomi* (v. tabb. geogr.) Aeneam mihi spectare videntur. Ptolemaei vero promontorium Egonidem corruptum esse patet. Tu lege apud Ptolemaeum *Γιγωνὶς ἄκρα*, coll. Steph. Byz.: *Γιγωνός, πόλις Θράκης, προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ . . . Ἀρτεμίδωρος δὲ Ἐφέσιος Γιγωνίδα ταύτην φησί.* Adde Etymol. M. s. v. *Γιγωνός*, cui est promontorium. Quanquam sic obstat Chabrias fluvius, qui apud Ptolemaeum inter Cassandriam et Egonidem occurrit. De Gigoni Aeneaeque situ v. quoque Leakium (trav. in north. Gr. Vol. 3. p. 451.).

47) Dionys. Hal. A. R. I, 49: *Πρῶτον μὲν εἰς Θράκην ἀφικόμενοι* (Trojani, duce Aenea), *κατὰ τὴν χερρόννησον, ἣ καλεῖται Παλλήνη, ὥρμισαντο. Εἶχον δὲ αὐτὴν, ὥσπερ ἔφην* (cap. 47.), *Κρουσαῖοι καλούμενοι . . Μείναντες δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν αὐτόθι, νεὼν Ἀφροδίτης ἱδρύσαντο ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἑνὸς, καὶ πόλιν Αἴνειαν ἔκτισαν.* In his novum puto, quod Crusaei Pallenae promontorio assignantur: habitabant inter Pallenen et Aeneam urbem (Herodot. 7, 123. Thucyd. 2, 79.). Promontoria vero, quae Dionysius habet, eadem mihi esse videntur cum Gigonide et cum duplici Turcarum promontorio modo memorato. Statim enim citatur urbs Aenea, ab iisdem Trojanis ibidem locorum condita. V. quoque Leak. in Trav. in north. Gr. Vol. 3. p. 438.

F. Beaujour modo citando. Ex adversa horum promontoriorum parte (in latere Thermaici sinus occidentali) multum limi terraeque mari ingestum est, cujus rei culpam habent Axii reliquoumque fluminum exundationes, quarum vi terra continens ab ista parte admodum aucta dicitur. De his omnibus v. Fel. Beaujour in Tabl. du commere de la Grèce Vol. I. p. 20 sq.: *La rade, qui baigne ce croissant* (urbis Thessalonicae), *est au fond du golfe, et est fermée de tous côtés, excepté par le sud-ouest. Au sud sont deux caps, appelés Kara-Bouroun, et vulgairement Kara-Bernous. Le grand Bouroun est à trois lieues du port, et fait en mer une saillie de plus d'une lieue: le petit Bouroun, qui ne s'avance en mer que de trois cents toises, et qui forme proprement le pourtour oriental de la rade, est eloigné de Salonique d'une lieue et demie. A l'est il y a la côté de Calamari, et à l'ouest des monceaux de vase chariés par le Verdar* (l. *Vardar*) *qui, depuis Alexandre* (?), *a augmenté de près de deux lieues le terrain, qu'il parcourt. — L'ouverture du golfe Therméen, prise du cap Paillouri au cap S. George, est de quinze lieues; elle se retrécit à la pointe de Cassandre, et n'a plus alors que huit lieues. La profondeur du golfe ou sa longueur depuis le cap Paillouri jusqu'à la rade de Salonique est de vingt-sept lieues.* Cameniata majoris promontorii mole sinum Thermaeum effici dicit cap. 4. Aquae raritatem prope oram orientalem idem ibidem testatur cap. 4. De undarum brevitate in litore minoris promontorii v. imprimis Pouquevillii iter Graecum ed. II. Vol. 3. pag. 114. not. 1. Alluviones Axii reliquorumque fluviorum Macedoniae occidentalis post Annam Comnenam (lib. I. p. 18. ed. Par.) et Bryennium (IV, 18.) tangit Francogallus Barbié du Bocage apud Pouquevillium l. c. De limo, Haliacmonis ostia tenente, v. Cantacuz. hist. IV, 18.

Singularem sinus Thessalonicensis recessum quendam s.

particulam memorant Acta Sanctorum l. c. cap. 160. p. 163.: *Τόπον κολπώδη, ὁρμήσεώς τινος ὑπαρχούσης, τὸ ἐπικληθὲν ἐξ ἀρχαίων Κελλάριον.* Is locus in parte sinus orientali quaerendus est; ni egregie fallor, inter utrumque promontorium, quod modo illustravi. Aliter enim insidias urbi classis Slavica tum struere vix poterat. Spectatur bellum Sclavinorum tertium, coll. Dissert. histor. pag. 52. Alii minus bene de portu Culaciae (Chalastrae?), Thessalonicae opposito, cogitabunt, coll. iis, quae nos in agro Thessalonicae occidentali exponemus.

Alium portum, naturalem puto, Thessalonicae vicinum, vide apud Cantacuzenum hist. III, 63. (ad ann. 1343.): *Οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης, ἐν λιμένι, τοῦ Κλωπᾶ προσαγορευομένῳ.* Ibidem, quod obiter noto, oppositum Bottiaeae litus fere importuosum dicitur: *Τοῦτο δ', ὅτι καὶ ἡ ἀντιπέραν παράλιος τῆς Βοτιαίας* (sic) *ἀλίμενος τὰ πολλά ἐστι, καὶ τοσοῦτον ἐν ταὐτῷ στόλον ὑποδέχεσθαι μὴ δυναμένη.* De hoc s. portu s. navium statione cfr. quoque Nicephorum Gregoram hist. 13, 10., qui LX stadiorum spatio a Thessalonica distare refert, licet nomine ejus non allato. Sed agit de eadem plane re, de qua Cantacuzenus. Hunc Clopae portum ibidem fere quaero, ubi Cellarium supra allatum.

De *vento* sinus Thessalonicensis per aestatem solitario haec apud veteres legere memini. Anonymus in Actis Sanctorum l. c. cap. 165. (p. 164.): *Οὔπω τῆς ὥρας τοῦ ἀνέμου ὑπαρχούσης (ἦν γὰρ λοιπὸν ὥρα δευτέρα), εὐθέως ἄνεμος ἐξωτικὸς καταπνέει, ὡς μηδὲ τὰς ἐναπομεινάσας τῶν βαρβάρων* (Sclavinorum) *ναυκέλλας δύνασθαι πρὸς ὑποστροφὴν ἐλάσαι. Ἀλλ' οἱ μὲν μόλις πρὸς τῷ ἀνατολικῷ μέρει, οἱ δὲ πρὸς τῷ δυτικῷ ἐξήεσαν.* Ventum hoc loco memoratum s. extraneum non alium fuisse puto, quam septentrionalem. Qui non justus atque ordinarius esse potuit (namque *extra ordinem atque exspectationem* flabat); id quod egregie, ut alia, aperit Cameniata narratione Saraz. cap. 23.: *Ἰούλιος*

γὰρ ἤγετο .. μὴν, ὅτε καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἡμερῶν ὁ τῇδε διακόλπιος ἐπεισέρχεται ἄνεμος, ἐκ τῶν ἐξοχῶν τοῦ τῆς Ἑλλάδος Ὀλύμπου τὴν ἀρχὴν ἔχων, καὶ μέχρις ἐννάτης ὥρας ἀπὸ πρωΐθεν ἐφ' ἑκάστης τῶν θερινῶν ἡμερῶν συνεισπίπτων τῇ πόλει, καὶ τὸν ἀέρα διαφορῶν. Ergo ventus ordinarius ea anni tempestate occidentalis est et meridionalis. [48])

Obiter moneo, non mirum videri debere, quod Cameniatae loco allato Olympus mons dicitur Graecus, licet fuerit Macedonicus. Vetus enim Thessalia et Macedonia medio aevo uno nisi regimine, tamen nomine (Thessaliae) jungebatur; unde factum, ut Thessalonica diceretur Thessalorum princeps, quod supra demonstravi p. 39—43. Quid? quod montem Olympum jam Herodotus 7, 128. Thessalicum dicit, non Macedonicum. Ἑλλάδος autem nomen ipsa Graecia medio aevo nunquam amisit, cum omne Byzantinorum imperium diceretur ἡ Ῥωμαίων. Videatur Iosephus Genesius lib. 2. p. 18. ed. Ven. Zonaras annal. 14, 22. Theodorus Balsamo in synodi Chalced. canonem 28. (Can. Apost. etc. Paris. 1620. p. 351. 352.). Georg. Monachus in Novis imperatoribus (Leon. Sap. cap. 11.). Cedrenus p. 462. ed. Paris. (p. 365. ed. Ven.). Adde Dissertat. histor. p. 50. not.

## CAP. XV.

### MERCATURA.

Florem *mercaturae Thessalonicensis*, medio aevo exercitae, cujus beneficio Cyrillus et Methodius, Slavorum apo-

---

48) Idem plane de isto vento narrat Britannus Chandlerus in Itinerario. Lips. 1777. cap. 1.: „*Man hatte nämlich bemerkt, dass er* (der Wind) *zu dieser Jahreszeit* (Ende Augusts) *den Tag über gewöhnlich in den Busen von Thessalonich hinein-, und gegen Morgen gleichsam daraus zurückwehe.*“

stoli, terras septentrionales visitabant, seculo post Chr. IX auctum fuisse, translato Thessalonicam e Constantinopoli commercio, cum gentibus Istrianis agitato, breviter monuimus in Dissertatione historica p. 72. Bulgari maximopere hoc commercium (ni fallor) inter Constantinopolin et Danubium exercuisse videntur, coll. Georgio Monacho in Novis imperatoribus (Leone cap. 11.): *Ἦλθε δὲ καὶ ἀγγελία παρὰ τοῦ στρατηγοῦ Μακεδονίας, ὡς ὁ ἄρχων Βουλγαρίας Συμεὼν βούλεται ἐκστρατεῦσαι κατὰ Ῥωμαίων. Ἡ δὲ αἰτία, δι' ἣν ὠργίζετο Συμεὼν, ἦν αὕτη. Ζαύτζας ὁ βασιλεοπάτωρ εἶχε δοῦλον εὐνοῦχον, ὀνόματι Μουσικόν. Οὗτος ἐφιλιώθη Σταυρακίῳ καὶ Κοσμᾷ Ἑλλαδικοῖς, φιλοχρύσοις καὶ πραγματευταῖς, οἵτινες πρὸς αἰσχροκερδίαν ἀφορῶντες, μεσιτείᾳ καὶ δυνάμει τοῦ Μουσικοῦ διέστησαν τὴν ἐν τῇ πόλει πραγματείαν τῶν Βουλγάρων ἐν Θεσσαλονίκῃ, κακῶς τοὺς Βουλγάρους διοικοῦντες ἐν τῷ κομμερκεύειν.* Factum hoc anno 888. Alios scriptorum Byzantinorum locos de eadem re v. apud Stritterum in Memoriis etc. Vol. II. p. 576. Ceterum Graeci a Bulgaris brevi post in Macedonia fusi sunt, teste Georgio Monacho in vita Leonis Sapientis cap. 12. Hanc cladem, anno fere 889. assignandam, Cameniata l. c. cap. 9. non memorat, ubi diuturnam Macedoniae pacem praedicat. Aut enim fuerat haec clades minoris momenti, aut compensabatur clade Bulgaris brevi post inflicta. [49]) Hujus mutationis salutiferas fruges, brevi post consecutas, vide apud Cameniatam narratione Sarazenica cap. 9. (ad annum 904 et antecedentes): *Ἐκεῖθεν αἱ τῆς ἐμπορίας χορηγίαι. Γῆ γὰρ καὶ θάλασσα λειτουργεῖν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ταχθεῖσαι, πλουσίαν καὶ ἀδάπανον τὴν περὶ ἕκαστον ἐδωροφόρουν* [adde *χάριν* vel simile]. *Ὧν γὰρ ἦν ἐνδεὼς ἢ καὶ ἀνεπιτηδείως ἔχουσα*

---

49) Immo Macedonia Georgii est Thracia (secundum aevi medii sermonem); Cameniata de Macedonia veterum loquitur, i. e. de terra Thessalonicensi.

πρὸς καρποφορίαν ἡ γῆ, τούτων παρ' ἑαυτῆς ἡ θάλασσα τὴν κτῆσιν μηχανωμένη, καὶ ταῖς ὀλκάσι συνεισκομίζουσα, ἀνενδεὲς τὸ λεῖπον ἐδίδου τοῖς χρῄζουσι. Τί δὲ [adde περὶ] τῶν ἀπανταχόθεν ἐπιδημούντων εἴποιμι, πρῶτον καὶ μάλιστα, οἷς ἐφιλοτιμοῦντο τοὺς πολίτας ἡμᾶς, τὰ παρ' ἑαυτῶν διδόντες, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀναλαμβάνοντες; Λεωφόρου γὰρ δημοσίας τῆς πρὸς ἀνατολὴν ἀγούσης ἀπὸ τῆς δύσεως διὰ μέσου τῆς πόλεως, καὶ ἀναγκαίως πειθούσης τοὺς παροδεύοντας πρὸς ἡμᾶς ἐνδιατρίβειν, καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν πορίζεσθαι, πᾶν ὁτιοῦν ἂν εἴποι τις τῶν καλῶν ἐξ αὐτῶν ἐκαρπούμεθά τε καὶ προσεκτώμεθα. Ἔνθεν καὶ παμμιγής τις ὄχλος ἀεὶ περιεστοίχει τὰς ἀγυιὰς τῶν τε αὐτοχθόνων καὶ τῶν ἄλλως ἐπιξενουμένων· ὡς εὐχερέστερον εἶναι ψάμμον παράλιον ἐξαριθμεῖν, ἢ τοὺς τὴν ἀγορὰν διοδεύοντας, καὶ τῶν συναλλαγμάτων ποιουμένους τὴν μέθοδον. Ἐντεῦθεν χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ λίθων τιμίων παμπληθεῖς θησαυροὶ τοῖς πολλοῖς ἐγίνοντο, καὶ τὰ ἐκ Σηρῶν ὑφάσματα ὡς τὰ ἐξ ἐρίων τοῖς ἄλλοις ἐπινενόητο· περὶ γὰρ τῶν ἄλλων ὑλῶν, χαλκοῦ καὶ σιδήρου, κασσιτήρου [l. κασσιτέρου] τε καὶ μολίβδου καὶ ὑέλου, οἷς αἱ διὰ πυρὸς τέχναι τὸν βίον συνέχουσι, καὶ μνησθῆναι μόνον παρέλκον ἡγοῦμαι, τοσούτων ὄντων, ὡς ἄλλην τινὰ δύνασθαι πόλιν δι' αὐτῶν δομεῖσθαί τε καὶ ἀπαρτίζεσθαι. Ubi moneo, Cameniatam in antecedentibus (cap. 6.) verba fecisse de mercatura Thessalonicensium admodum frequenti cum Sclavinis Bulgarisque conterminis per fluviorum Macedonicorum alveos exercita, quos in Bardarii (Axii) expositione illustrabo.

Et haec quidem de flore commercii Thessalonicensis, maximopere maritimi, seculis nono et decimo legimus: de antiquioribus temporibus pauca, quae habemus, historiae monumenta silere video.

Venio ad aevum Comnenorum, sive seculum XII. Thes-

salonicam ejusque mercaturam aperte respicit Benjamin Hispanus, Tudelitanus, viator medii seculi XII., in itinerario suo ex ed. Constantini L'empereur ab Oppyck (Lugd. Bat. 1633. 8°. p. 22., 16° p. 27.): *Inde* (a Bissina Thessaliae, ad Pelium montem, quam alibi illustrabo) *mari itinere bidui Seleuciam appuli, quam Seleucus rex (unus ex illis quatuor Graeciae propaginibus, quae post Alexandrum surrexerunt) statuit. Urbs maxima est, in qua Judaei fere quingenti degunt . . adcoque magna exulantium Judaeorum turba, qui artes mechanicas tractant.* Urbem *maximam* ibi locorum itinere maritimo nullam inveniri posse, praeter civitatem Salonici, per se patet; et notandum, in textu hebraico non scribi סליקי, ut paulo post regis nomen scribitur סליקוסי, sed prave sic: סלוסקי. Unde patet, Judaeum scripsisse סלונקי (Salonici), vel simile quid, quanquam nomen urbis derivat a Seleuco. Idem seculum XII spectare videtur Timarionis dialogus Lucianeus, sive necyomantia fictitia, edente Hasio in Notitiis et Extractis manuscriptorum reg. bibliothecae Paris. Vol. IX. sect. II. p. 125—268. Ibi eleganter describuntur nundinae anniversariae S. Demetrii, in mensem Octobrem incidentes, de quibus agam p. 227 sqq. His accedat coaevus Timarioni scriptor Eustathius, metropolita Thessalonicensis, belli Normannici a. 1185. diligentissimus enarrator (Opuscc. pag. 267—307.). Is igitur tum in aliis suarum orationum, tum in historia illius belli non semel tantum civitatis suae opulentiam testatur, ibidemque (cap. 135. 139.) merces pretiosiores ac delicatiores affert, a barbaris illis nauci habitas, quas mercatura extranea et maritima advexerat. Seculo XIV mercaturam Thessalonicensem praedicat Demetrius Cydonius in monodia cap. 2.: *Ἀγορά τε τοὺς ἐξ ἁπάσης γῆς ὑποδεχομένη, καὶ τοὺς συνιόντας, οὗ γῆς εἶεν, ἀπορεῖν ἀναγκάζουσα. Οὕτω ταυτὸν ἦν, ἐκείνην τε οἰκεῖν, καὶ πάσαις ἅμα παρεῖναι.* His adde splendidam hospitalitatis Thessalonicensium laudem apud Nicephorum Chumnum, ejusdem

seculi scriptorem (Boissonad. Anecdd. Grr. Vol. II. p. 146—148.), coll. Demetrio Cydonio l. c. cap. 2. fin.

Et haec fere apud veteres de mercatura Thessalonicae satis ampla legere memini, quam portu Constantini M., sec. IV condito, adjutam fuisse, non est quod pluribus demonstrem, coll. Dissert. histor. pag. 18. Florem antiquum commercii, imprimis terrestris, seculi sexti post Christum fine terminaverim. Tum enim initium cepere bella Slavica, quibus urbem per duo fere secula afflictam fuisse, ibidem docui p. 40—70 Verum mercatura maritima istis temporibus non semel tantum ad salutem urbis contulit. Sarazenica anni 904. expugnatio magna quidem clade Thessalonicam affecit, coll. Cameniata non uno tantum loco. Verum in urbibus, quae situ locorum, ut nostra, mirifice aliis praecellunt, talia damna facile brevique resarciuntur; quod, licet silente historia, de Thessalonica statuo tum anno 904., tum anno 1185. Quamquam Eustathius, posterioris, i. e. Normannici, belli testis, cui superstes fuit sex ann. vel octo, aliquoties queritur de statu civitatis suae post illud bellum valde debilitato, non solum narratione Normannica, sed etiam aliis Opusculorum a me editorum locis; quos ego in mea quandoque belli Normannici narratione diligentius exponam. Neque vero tacendum videtur, hominum illam jacturam brevi post advenis aliquantisper resarcitam fuisse (Eustath. narrat. Normann. cap. 149. pag. 307, 13.).

In fine hujus narrationis moneo, paucis ante Normannicum bellum annis mercaturam Macedonicam ac Thessalonicensem turbatam fuisse a Latinis, Perae Constantinopolitanae incolis, qui anno 1182. ab Andronico Comneno ibi magna strage affecti, navium beneficio, quantum licebat, elapsi, Thraciae et Macedoniae urbes maritimas depraedabantur. Vide Eustathium narrat. cit. cap. 55. (Opuscc. p. 284, 11 sq.): *Κατ' ἐκεῖνο τὸ παλαιότερον, ὅτε νῆες μὲν ἀποστατικαὶ Λατινικαί τινες ἐφ' ἡμᾶς ἐκ Βυζάντου* (l. *Βυζαντίου*) *ἀρχέ-*

καλοὶ ἐπλωΐσαντο, κατ' Ἀνδρονικου καὶ αὐταὶ συμπεπνευκυῖαι. Respicit haec alius quoque Eustathii locus, sc. S. Demetrii laudatio cap. 52 (Opuscc. p. 181, 37 sq.). Hanc vero Macedoniae maritimae per Latinos depraedationem copiosius exposit Eustathio coaevus Wilhelmus, Tyri episc., hist. XXII, 13.: *Litora Thessaliae et mari adjacentium provinciarum urbes et oppida perlustrantes diligentius, et cuncta incendio et rapinis tradentes, stragem innumeram operati sunt. Sed et galeas alias a prioribus circa Chrysopolim, urbem Macedoniae, dicuntur reperisse decem, aliasque in locis aliis quamplures; unde sibi classem maximam et Graecis omnibus formidabilem in eorum perniciem dicuntur ordinasse.* Ceterum piratis istae regiones nunquam vacasse videntur, quod de fine imperii Isaacii Angeli claris verbis testatur Eustathius in S. Demetrii martyris laudatione cap. 52. (Opuscc. p. 181, 64 sq.): Εἰ δὲ καὶ πειραταὶ ταύτην (mare Thessalonicense) ἀροῦντες καρπίζονται τὰ ἡμέτερα, οὐκ ἂν θείη τις, μὴ καὶ τοῦτο ἀποστροφῆς τῆς καθ' ἡμῶν εἶναι τοῦ μάρτυρος; Scripta haec oratio a. 1191. vel 1192., quod tum evincam, cum de vita scriptisque Eustathii Thessalonicensis peculiari libello agam. Annum 1308. spectat Chronicon Hispani Ramónis Muntaneri (e gallica interpretatione Buchoni) cap. 233., ubi omnis Chalcidice, quae inter Cassandriam et Thessalonicam patet, ab Hispanis, Graecorum hostibus, vastata esse narratur; quibus addo de Iisdem agentem Nicephorum Gregoram 7, 6. [50]) Mercaturam Thessalonicae

---

50) De eadem re agit Theodulus Magister in epistola (Boissonadii Anecdd. Grr. Vol. II. p. 226.): Οἱ δὲ καὶ κήρυκάς τινας ἡμῖν ἐκπέμπουσιν ὁσημέραι .. δεινότατα πάντων αἰτοῦντας .. τοῦτο δ' ἐστὶν ἐκόντας ὄντας παραδεδωκέναι (l. παραδιδόναι) σφίσι τὴν πόλιν. Ubi Boissonadio ἡ πόλις est *Philippi*. Sed antecedit apud Theodulum montis Atho per Catalanos Hispanos vastatio. Hinc scil. digressi, in Pallenes promontorio agebant Hispani, unde excursiones suas usque

hodiernam (secc. XVII. XVIII. XIX.) exposuit Fel. Beaur in libro: Tableau du Commerce de la Grèce Vol. I. p. 54 sqq. Vol. II. pag. 1 seqq. Dapperus in Description des isles de l'Archipel. Amsterd. 1703. p. 347. Paul. Lucas in Voyage. Amsterd. 1720. T. I. p. 37. Clarke Travels Vol. 4. p. 364. Cousinéry Voyage Vol. I. p. 49 sqq. Leake travels in north. Greece Vol. 3. p. 252 sqq.

## CAP. XVI.

### NUNDINAE DEMETRIACAE.

Eas Timario *πανήγυριν* dicit in Notices et Extraits l. c. cap. 4. 5., cum Demetrii festum, quocum jungebantur, *ἑορτὴν* dicat (cap. 3. 4. 5.). Extra muros Thessalonicenses celebrabantur, in planitie inter urbem et Axium patente (Tim. cap. 4., coll. 3. 5). Initium capiebant sexto ante festum Demetrii die, finiebantur secundo ejusdem die, coll. Tim. l. c. cap. 4.: *Ἄρχεται δὲ πρὸ ἓξ τῆς ἑορτῆς ἡμερῶν, λήγει δὲ κατὰ τὴν δευτέραν τῆς κυρίας εὐθύς.* Ubi *κυρία* ni aliud esse poterit, quam totum Demetrii festum tempus, tribus diebus constans, Oct. XXVI—XXVIII. (Timario cap. 5. p. 174., coll. Dissert. histor. p. 42. atque AA. SS. ad VIII. Oct. p. 138.). Ergo incipiebant hae nundinae Oct. XX vel XXI., terminabantur Oct. XXVIII. Ceterum Timario, postquam cap. 4. (p. 170.) verba fecit de nundinarum magnitudine, splendore, opibus et rebus venalitiis ibi accumulatis, ita pergit cap. 5. (p. 171.): *Ἑορτὴ δὲ ἦν τὰ Δημήτρια,*

---

ad Thessalonicae suburbia instituebant, quam capere volebant, nec tamen poterant, coll. Nicephoro 7, 6, 2.; quare brevi post in Thessaliam abibant. Philippi revera non significantur, quae urbs tum temporis vix existebat, sed civitas magna Thessalonica; quod praeterea e reliquis minis istorum praedonum apud Theodulum l. c. apparet. Adde eundem Theodulum in oratione ibid. p. 195—199.

ὥσπερ ἐπὶ [51]) Ἀθήνησι Παναθήναια, καὶ Μιλησίοις τὰ Πανιώνια· γίνεται δὲ καὶ παρὰ Μακεδόσι μεγίστη τῶν πανηγύρεων. Συρρεῖ γὰρ ἐπ' αὐτὴν οὐ μόνον αὐτόχθων ὄχλος καὶ ἰθαγενὴς, ἀλλὰ πάντοθεν καὶ παντοῖος, Ἑλλήνων τῶν ἁπανταχοῦ, Μυσῶν (Bulgarorum) τῶν παροικούντων γένη παντοδαπὰ Ἴστρου μέχρι καὶ Σκυθικῆς, Καμπανῶν, Ἰταλῶν, Ἰβήρων, Λυσιτανῶν καὶ Κελτῶν τῶν ἐπέκεινα Ἄλπεων· καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ὠκεάνειοι θῖνες ἱκέτας καὶ θεωροὺς ἐπὶ τὸν μάρτυρα πέμπουσι. Τοσοῦτον αὐτῷ τῆς δόξης κατὰ τὴν Εὐρώπην περίεστιν. Ἐγὼ δὲ... ἀνῆειν ἐπὶ τὴν συγκειμένην τῇ πανηγύρει ἀκρώρειαν, καὶ πάντα καθίσας ἐθεώμην κατὰ σχολήν. Ἦν δὲ τὰ ἐν αὐτῇ τοιάδε. Ἐμπορικαὶ σκηναὶ ἀντιπρόσωποι, στοιχηδὸν ἐκ παραλλήλου πηγνύμεναι· ἐπὶ μακρὸν οἱ στοῖχοι διήκοντες, ἀντιπλεύρῳ τινὶ διαστάσει διέξοδον ἐν μέσῳ πλατεῖαν εὐρύνοντες, καὶ τῇ ῥύμῃ τοῦ πλήθους τὴν πάροδον ὑπανοίγοντες... Ἐγκάρσιά που τῶν στοίχων ἕτεραι σκηναὶ παρεπήγνυντο, καὶ αὗται μὲν στοιχηδὸν, ἐπὶ μακρὸν δ' οὐκέτι, ἀλλ' ὡσπερεὶ σμικρότατοι πόδες ἑρπυστικοῖς ὁλκοῖς παρεφύοντο. Καὶ ἦν τὸ πρᾶγμα ἐπιεικῶς ἀξιοθέατον, δύο μὲν τοὺς στοίχους εἶναι τῷ πράγματι, ἓν δὲ ζῶον τῇ θέᾳ δοκεῖν καὶ τῷ πυκνῷ καὶ τῷ παρίσῳ τῆς στάσεως.. Idem ibidem cap. 6.: Εἰ δὲ καὶ τὰ ἔνδον ζητεῖς.. ὡς ὕστερον κατιὼν ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἐθεασάμην, παντοῖον εἶδος, ὅσα ἐν ὑφάσμασι καὶ νάμασιν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καὶ ὅσα ἐκ Βοιωτίας [52]) καὶ Πελοποννήσου, καὶ ὅσα ἐξ Ἰτα-

---

51) Dele hanc praepositionem.

52) Seculo XII Thebis Boetiis maximopere sericorum textura floruit. Nicetas in Manuele 2, 1.; in Alexio Isaacii filio 1, 3. Locus posterior docet, imperatori Graeco singulis annis seculo XII exeunte quadragenas vestes sericas a Thebanis pendi solitas esse, coll. Benjamine Tudelitano (ex interpret. Const. L'Empereur. Lugd. Bat. ap. Elzevir. a. 1633. 8°. p. 20.), qui e Graecia Cpolin praeter alia

λίας εἰς Ἕλληνας ἐμπορικαὶ νῆες κομίζουσιν. Ἀλλὰ καὶ Φοινίκη πολλὰ συνεισφέρει, καὶ Αἴγυπτος, καὶ Ἱσπανία, καὶ Ἡράκλειοι στῆλαι, ἱστουργοῦσαι τῶν ἐπίπλων τὰ κάλλιστα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀμέσως ἐκ τῶν χωρῶν πρὸς τὴν πάλαι Μακεδονίαν καὶ Θεσσαλονίκην κομίζουσιν ἔμποροι. Εὔξεινος δὲ πρὸς τὸ Βυζάντιον τὰ ἑαυτοῦ διαπέμπων ἐκεῖθεν, καὶ οὗτος κοσμεῖ τὴν πανήγυριν, πολλῶν ἵππων, πολλῶν ἡμιόνων ἀγόντων τὰ ἐκεῖθεν ἀγώγιμα. De hoc loco Timarionis memorabili quaedam restant animadvertenda. Scriptor Graecus distinguit inter merces, ἀμέσως (recta, nullo alio intercedente) Thessalonicam vectas, atque eas, quas mercatores Constantinopolitani, licet non suas, eodem vehebant. Priores mari maxime adportabantur, ex Italia, Hispania, Lusitania, Aegypto, Phoenicia; item ex Graecia, e qua ipsa quoque vix aliter quam mari res venalitias Thessalonicam allatas puto. Posteriores mediantibus mercatoribus Constantinopolitanis Thessalonicam veniebant. Priores merces erant textoriae: posteriores quae fuerint, non refertur; forsan pelles

---

tributa etiam serica allata narrat. Quaenam Peloponnesi urbs a Timarione significetur, non invenio. Fuit forsan Corinthus, quae tum satis opulenta fuisse videtur, coll. Nicetae in Manuele 2, 1. Habuitque et ipsa sericorum textores, quorum partem, ut Thebanorum, Normanni Siculi imperante Manuele in Siciliam abigebant (Nicetas in Manuele 2, 1. 8). Est annus 1146. Vestes Thebanorum sericas respicit quoque Tzetza chil. XI. histor. 388. (pag. 433. ed. Kiessl.): Νῦν δὲ καταχρησάμενος ὡς οἱ πολλοὶ εἰρήκειν τὸ ἐκ Θηβῶν, ἐκ Σηρικῶν, οὐκ ἀγνοῶν ὡς ἄλλοι. Idem chil. X. hist. 331. (p. 379.): Ὁ Ἰσμηνὸς ὁ ποταμὸς Θηβῶν τῶν ἑπταπύλων, Καὶ ἡ πηγὴ ἡ Δίρκη δὲ φύσει τῶν σφῶν ὑδάτων Διαύγειαν καὶ στίλψιν δέ, καί γε πολὺ τὸ λεῖον Δωροῦνται τοῖς ὑφάσμασι τοῖς ἐν Θηβῶν τῇ χώρᾳ. Τὸ τεχνικὸν αἱ χεῖρες δὲ τῶν εἰργασμένων ταῦτα. Otto Frisingensis (de gestis Friderici I. libro I, 33.) Corintho Thebisque addit Athenas, ubi a. 1146. textores sericorum fuisse narrat. Textores Thebarum sericarii maximopere Judaei fuisse videntur, coll. Benjamine l. c.

Russiae pretiosiores, alia ad delicias spectantia, e. g. piscium ova sale condita (Caviar), cujus peculiaris mercaturae Russo-Byzantinae, seculo XII. exercitae, meminit Eustathius tractatu de emendanda vita monachica cap. 66. (Opuscc. p. 231, 5 sqq.): *Οὐκ ἐνέλιπον δὲ οὐδὲ ὠὰ ἰχθύων τεταριχευμένα, γένος αὐτὰ ἑκάτερον, ὅσα τε εἰς δυάδα πλακώδη παράκειται παραυγάζοντα εἰς ὑπέρυθρον, καὶ ὅσα ἀπ' ἀῤῥίχων μέλανα κέχυνται σωρηδόν· ὧν χορηγὸς ἐκ τῶν βορείων πρὸς ἄλλοις τόποις καὶ ὁ εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκβάλλων Τάναϊς.* [53]) In ultimis mercibus, Russo-Byzantinis, Thessalonicam illo tempore allatis, memorabile hoc praesertim videtur, quod non mari advehebantur, sed itinere terrestri, equorum mulorumque ministerio; qua via usus quoque est Lucianeae parodiae auctor noster, Timario (cap. 2. 11. 12.). Omittuntur quoque mercatores Dyrrachini Dalmataeque, qui viae Egnatiae parte priori uti debebant, quum posteriori usos videamus mercatores Constantinopolitanos. Seculo saltim decimo commercium haud leve inter Dyrrachium et Thessalonicam fuit, teste Cameniata in Narratione sua Sarazenica cap. 9. (ad annum 904 et antecedentes): *Λεωφόρου γὰρ δημοσίας τῆς πρὸς ἀνατολὴν ἀγούσης ἀπὸ τῆς δύσεως διὰ μέσου τῆς πόλεως* etc. Concedendum tamen, commercium inter Dyrrachium et Thessalonicam minus frequens esse debuisse, quam inter Constantinopolin et Thessalonicam. Et commercium Constantinopoleos, Thessalonicae Dyrrachiique maritimum ab Italicis potius mercatoribus et nautis exercitum puto, quam a Graecis.

---

53) De salsamentis Constantinopolin e Tanai sec. XIV. vectis vide imprimis Nicephorum Gregoram hist. 9, 5, 6. 13, 13, 7.

# CAP. XVII.

## DEMETRIA.

Horum celebrationem in urbe Constantinopoli v. apud Constantinum Porphyrogenitum de cerimoniis aulae Byzantinae I, 21. De ejus solemnitatis tempore praeoccupavi quaedam in nundinarum Demetriacarum illustratione.

Demetria non unius tantummodo diei festum fuisse, Acta Sanctorum ad VIII. Oct. monstrant, ubi secundus ejus dies memoratur cap. 95. p. 138.: *Τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς.* Ibi tamen, quot dies expleverit, non significatum invenio. Eam vero rem egregie ut alia aperit Timario l. c. cap. 6. (pag. 174.): *Ἐπειδὴ ταῦτα* (nundinas extra urbem habitas) *οὕτω κατὰ σχολὴν ἐθεασάμην, καὶ θεαμάτων ἔμπλεως γέγονα, πάλιν ἐπὶ τὴν πόλιν, ἔρωτι θεαμάτων ἑτέρων καὶ τῆς ἱερᾶς δηλαδὴ συνάξεως. Γίνεται δὲ ἐπὶ τρεῖς αὕτη παννύχους διανυκτερεύσεις, πολλῶν ἱερέων, πολλῶν δὲ Ναζαραίων ὑπὸ δύο χοροῖς διαιρουμένων, καὶ τὴν ὑμνῳδίαν πληρούντων τῷ μάρτυρι. Ἐπὶ τούτοις ὁ ἀρχιερεὺς ἵσταται, ἀρχιθέωρος οἷά τις τὴν ἑορτὴν καθιστῶν ὡς εἰκός, καὶ περὶ τῶν πρακτέων διαταττόμενος. Ἔννυχα μὲν δὴ ταῦτα, καὶ ὑπὸ φωτὶ καὶ λαμπάδι τελούμενα.* Fuere igitur haec Demetria christiana sollemnitas potissimum nocturna, vespere ante primam diem (Octobris XXVI.) incipiens, [54]) nocte vero ea desinens, quae secundam diem tertiamque in-

54) De hoc initio adde Leonem Diaconum histor. 10, 10.: *Καὶ γὰρ ἑσπέρας ἑνισταμένης, ἐν ᾗ μνήμην τοῦ μεγάλου Δημητρίου καὶ μάρτυρος τελεῖν παρέλαβεν ἡ συνήθεια..* Pompa Thessalonicensis initium capiebat in ecclesia virginis Mariae; tunc per viam principalem ad ecclesiam Demetriacam ducebatur. V. Georgii Thessalonicensis orationes p. 52 sq., quem locum apposui in aedium Thessalonicae sacrarum expositione p. 112.

tercedebat.[55]) Partem hujus festi nocturnam fuisse, autumabam quidem ex Actis S. Demetrii (AA. SS. l. c. cap. 95 sqq.), ubi per occasionem sacrorum nocturnorum incendium exortum S. Demetrii monumentum igne absumsit; quod accidit festi die secunda (nocte diem primam et secundam intercurrente). Rem omnem tamen, ut vidimus, aperit Timario. Hoc sacrum pervigilium ex qua gentilium Macedonicorum solemnitate mystica (sic mihi videtur) originem traxerit, doctiores extricabunt. Habebat tamen solemnitas ecclesiastica aliquid lucis diurnae. Primo enim mane (est festi prima dies) praefectus provinciae (δοὺξ), magno equitum peditumque comitatu praeeunte (Timario cap. 6. 7.), ad Martyris delubrum (ecclesiam Demetriacam) accedebat, precesque pias S. Demetrio fundebat, magna multitudinis acclamatione facta ex more, in honorem ducis: post haec ipse in assignato sibi loco consistebat, atque archiepiscopum sibi adesse jubebat, ex lege fortasse, ut Timario addit, hoc quoque, vel ex more. Tum sequebatur ipse ritus sacer, cantu eximio constans virorum sanctorum virginumque sanctimonialium. De his v. Timarionem l. c. cap. 10. Ducis Thessalonicensis hoc sacrum ministerium primo die solemnitatis peractum fuisse puto, reliquis non item.

## CAP. XVIII.

### AGER.

Geographiam Macedoniae physicam e solis fere scriptoribus medii aevi, deinde recentioribus petendam esse constat: eorum enim scripta, qui prisco tempore terrae illius geo-

---

55) Georg. Thessalon. l. c. p. 10.: Ὁρᾶτε τὸν μυροχεύμονα τοῦτον (S. Demetrium), οὗ προσάγουσαν τὴν μνήμην τῆς ἁγίας μαρτυρίας προεορτάζειν ἠρξάμεθα σήμερον (i. e. 25. Oct.).

graphiam peculiari operâ illustrarunt, ad unum omnia interierunt.

Apparet hoc ex antecedentibus: alia sententiae nostrae documenta sequens narratio suppeditabit.

Ager ac ditio Thessalonicensis aevo medio multum patuit, sc. a Peneo Thessaliae fluvio usque ad Strymonem. Constitit veterum Pieriâ cum Bottiaea, Amphaxitide, Mygdonia, Chalcidice.

Pieriae et Bottiaeae [56]) partes in dioecesi Thessalonicensi illustravi (p. 57—62. 86—92.). Nunc Amphaxitidis, Mygdoniae et Chalcidices quaedam exponam. Sequor virum magnae in his auctoritatis, Joannem Cameniatam, qui agrum Thessalonicensem eodem sensu, quo nos nunc, i. e. strictiore et antiquiore, descripsit, terram sc. inter Axium et sinum Strymonium, i. e. Macedoniam fere secundam ex Aemilii Pauli divisione terrae Macedonicae (Liv. 45, 29).

In hac Macedoniae veteris parte urbes praeter Thessalonicam fere nullae medio aevo occurrunt, ni quis memorare velit oppidula s. *κωμοπόλεις* Litam, Rentinam, Ardamerium, Hierissum, Cassandriam, cum castellis quibusdam. Mygdoniae urbes et castella memorat quidem Cantacuzenus 3, 12. 4, 5. 44. (ad annos 1347 et 1355); item Nicephorus Gregoras 12, 15, 1 (*Θεσσαλονίκης . . καὶ τῶν πέριξ ἄχρι Στρυμόνος τοῦ ποταμοῦ πόλεων*). Sed quaenam fuerint, non dicunt scriptores. Erant puto *κωμοπόλεις*.

Nihilominus agricultura egregie floruit cum mercatura, monachorum maximopere industria.

Nos vero, hac oblata occasione, immo tractationis tenore ac natura moti, graviora veteris geographiae Macedonicae

---

56) Bottiaeae etiam Castoriam assignat Cantacuzenus histor. 2, 24 (Ed. Bonn. T. I. pag. 451.): *Καστορίαν, πόλιν μεγάλην κατὰ τὴν Βοτιαίαν* (sic) *ᾠκισμένην*. Idem Bottiaeam usque ad Thessaliam extendit (hist. 2, 28. 32.); Pieriam igitur partem Bottiaeae statuere videtur.

capita, ut ante, illustrabimus, nimirum Thessalonicae vicinos montes; Anthemuntem cum Cisso; Aeneam; lacus quosdam Macedonicos, Cercinam, Bolben, Prasiadem, Chalestraeum, cum Strymone fluvio; metalla Mygdoniae; fluvium Procopii Rechium; Chalestram; montes Dysorum et Orbelum; Axium ejusque ἕλος, alia.

Cum in aliis geographiae atque ethnographiae veteris partibus, tum in expositione Illyrici, Macedoniae Thraciaeque id cavendum mihi videtur, ut ne justo majorem gentium terrarumque diversitatem et copiam e nominum diversitate elicere coneris.

Sic plane, ut ex ipsa de finibus ambituque Mygdoniae narratione quaedam praeoccupem, Amphaxitis ab aliis Mygdoniae adjudicatur, ab aliis abjudicatur. Est scilicet Amphaxitis ea terra, quae inter Thermam (Thessalonicam) Axiumque inferiorem patet, qui fluvius eam a Bottiaea disterminat (Herodot. 7, 123., coll. Ptolem. geogr. 3, 13). Jamque de ea Mannertus (Geogr. VII. 474): *Der Landstrich, auf welchem Therme und Thessalonike lagen, westlich bis zum Flusse Axius, gehörte zu Herodot's Zeiten* (?) *mit zu Mygdonia; nachgehends* (?) *wurde er davon getrennt, und von den Macedoniern Amphaxitis genannt. Thucydides kennt den Namen noch nicht, aber schon Polybius* (5, 97.). *Nach Ptolemaeus* (geogr. 3, 13.) *umfasste er blos den kleinen Theil des Küstenlandes von Thessalonike bis zur Mündung des Axiusflusses.* Verum Amphaxitidem et Mygdoniam quodam tempore vere diremtam invicem fuisse, alibi non legi. Quid? quod Ptolemaei locus solummodo partem Mygdoniae, ejusque partis *nomen* (Amphaxitidem) prodere mihi videtur; id quod Herodoto (7, 123. 127.) non adversatur, qui Mygdoniae initium post Aeneam urbem statuit, Thermamque ei assignat. [57])

57) Aliam Amphaxitidem Ptolemaeus (geogr. 3, 13.) habet his verbis: Ἀμφαξίτιδος Ἀρέθουσα, Στάντειρα (lege Στάγειρα). Haec igitur Amphaxitis sinni Strymonio ita assignanda erit,

Mygdoniae finem occidentalem et meridionalem sinus Thermaei initium constituit. Herod. 7, 123.: *Ἀπὸ δὲ Αἰνείης, ἐς τὴν ἐτελεύτων καταλέγων τὰς πόλις, ἀπὸ ταύτης ἤδη ἐς αὐτόν τε τὸν Θερμαῖον κόλπον ἐγίνετο τῷ ναυτικῷ στρατῷ* (Xerxis) *ὁ πλόος, καὶ γῆν τὴν Μυγδονίην.* Significatur promontorium Aeneatum (Turcice *Kara-Burun*), et quidem majus, quod terminum sinus Thermaei meridionalem efficit. Aenea urbs non fuit Mygdoniae, sed Crusidis regionis (Herodot. l. c.), i. e. orae sinus Thermaei inter Pallenes promontorium et initium ejusdem sinus meridionale. Oppida veterum inter ipsam Thermam Aeneamque sita nondum inveni. De monte Cisso (Chortaeto, ni fallor) paulo inferius agam. Quantum Mygdonia ab ea parte intus patuerit, nondum expu-tavi. Certe Anthemuntem (urbem et terram) a Mygdonia prorsus separo; fuit enim sita ex oriente agri Aeneatum, non prope Bolben lacum, ut aliis placet. Ambiguum tamen etiamnunc mihi est, cui Chalcidices (latioris sensus) parti, Crusidi an Ilii, assignanda videatur.

Mygdoniae finis occidentalis et septentrionalis fuit Axius (s. Bardarius) inferior, incertum, quo vere ambitu. Herodotus 7, 123.: *Ἀπὸ δὲ Αἰνείης, ἐς τὴν ἐτελεύτων καταλέγων τὰς πόλις, ἀπὸ ταύτης ἤδη ἐς αὐτόν τε τὸν Θερμαῖον κόλπον ἐγίνετο τῷ ναυτικῷ στρατῷ ὁ πλόος, καὶ γῆν τὴν Μυγδονίην. Ἰλέων δὲ ἀπίκετο ἔς τε τὴν προειρημένην Θέρμην, καὶ Σίνδον τε πόλιν καὶ Χαλέστρην, ἐπὶ τὸν Ἄξιον ποταμόν, ὃς οὐρίζει χώρην τὴν Μυγδονίην τε καὶ Βοττιαιΐδα, τῆς ἔχουσι τὸ παρὰ θάλασσαν στεινὸν χωρίον πόλις Ἶχναι τε καὶ Πέλλα.* De urbibus Amphaxitidis paulo inferius agam. Jam videndum de fini-

---

ut Amphaxios, Axii accolas, in hanc s. Mygdoniae s. Chalcidices partem transpositos statuas, veteri nomine servato; quod frequens in historia Macedonica. An apud Ptolemaeum legendum erit Ἀμφαξιάς? Prope enim abest *Acte*, i. e. ora Strymonii sinus e septentrione montis Atho.

bus ejus, i. e. Mygdoniae occidentalis finibus septentrionalibus. Herodotus 7, 124.: ... *ἐπὶ ποταμὸν Ἐχείδωρον, ὃς ἐκ Κρηστωνικῆς ἀρξάμενος, ῥέει διὰ Μυγδονίης χώρης, καὶ ἐξιεῖ παρὰ τὸ ἕλος τὸ ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῷ.* Cognoscitur ex his summi historici verbis, quantum Mygdonia occidentalis versus boream patuerit. Echedorus enim, quem unum eundemque cum Gallico esse paulo inferius demonstrabo, parvus est fluvius, non decem vel duodecim horas cursu suo superans. Jamque ejus initium Crestonicae tribuitur, Mygdoniae occidentali ejus finis. Haec igitur Mygdoniae pars breve spatium inter Crestoniam sinumque Thermaeum occupavit. Verum haec de tempore belli Peloponnesiaci statuo. Postea enim ibidem locorum magis versus boream dilatatam fuisse puto, et sic quidem, ut Crestonicam, forte etiam Bisaltiam, includeret; cui sententiae meae non parvum momentum accrescere video e Ptolemaei silentio geogr. 3, 13., qui singulas Macedoniae partes enumerans Crestonicam omittit. Idem vero e Cantacuzeno consequitur, scriptore a paucis inspecto, cui geographiam veteris Macedoniae Thraciaeque unum et alterum debere video. Is igitur hist. 4, 21. (ed. Bonn. Vol. III. p. 156. ad annum 1350): *Γυναικόκαστρόν τε καὶ Μυγδονίαν μετὰ τῶν κατῳκισμένων πόλεων .. ἀπένεμε Ῥωμαίοις.* Ubi Gynaecocastrum (turcice *Avret-Hissar*), quod ad superiorem Echedorum positum fuisse inferius docebo, manifesto Mygdoniae tribuitur.

Et haec fere de Mygdonia occidentali. Venio ad eam, quam *mediam* dixerim, i. e. terram fertilissimam circa lacum Langazae (Prasiadem) et lacum Bolben positam. Hujus maximopere urbes spectare videtur Ptolemaeus geogr. 3, 13. (p. 162. ed. Wech.): *Μυγδονίδος* (l. *Μυγδονίας*) *Ἀντιγόνεια, Καλίνδοια, Βαῖρος, Φύσκαι, Τέρπυλλος, Καραβία, Ξυλόπολις, Ἄσσορος, Ἀπολλωνία Μυγδονίας, Λητή.* In his Antigoneam Mannertus (Geogr. VII. 468) eandem esse putat cum Antigonea Livii 44, 10.: .. *omissaque Thessalonicae oppugnatione, Aeniam inde petunt* (sc. classis Romanorum) .. *Pervastatis finibus*

*eorum, legentes oram, Antigoneam perveniunt .. Ab Antigonea classis profecta ad agrum Pallenensem.* Verum Liviana Antigonea, sinui Thermaeo apposita, ab Antigonea Ptolemaei Mygdonica plane differt. Mygdoniae enim fines nunquam ultra Thessalonicensem agrum versus meridiem prolati sunt; Livii autem narratio Thermaei sinus sola litora inter Thessalonicam et Pallenen spectant, non terram interiorem. Ceterum aliam Antigoneam Paraxia habuit, coll. Ptolem. geogr. 3, 13. (p. 162.): *Παραξίας .. Ἀντιγόνη* (sic) *Ψαφαρᾶ* (sic). In reliquis Ptolemaei occurrit nomen *Φύσκαι*, quas singulari numero affert Thucydides II, 99.: *Ἀνέστησαν δὲ καὶ* (Alexander Macedo, Perdiccae pater, ejusque majores) *ἐκ τῆς νῦν Ἐορδίας καλουμένης Ἐόρδους· ὧν οἱ μὲν πολλοὶ διεφθάρησαν, βραχὺ δέ τι αὐτῶν περὶ Φύσκαν κατῴκηται κ. τ. λ.* Stephanus Byz. *Φύσκον* dicit s. v. *Φύσκος· ἔστι καὶ ἄλλη Μακεδονίας, ἧς μέμνηται Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς.* Eordos vero modo memoratos spectat idem Stephanus s. v. *Ἐορδαῖαι· δύο χώραι Μυγδονίας. Εἰσὶ καὶ ἄλλαι δύο, ἡ μὲν Ἰβηρίας* (?), *ἡ δὲ Θρᾴκης.* Ubi vix sanum erit *Μυγδονίας.* Thucydides enim l. c. unam solummodo Eordorum a Macedonibus pulsorum particulam in Mygdonia restare dicit, sc. in Physca oppido. Tu lege *Μακεδονίας.* Hoc posito Stephanus primo verba facit de Eordaea proprii sensus, i. e. de terra inter Heracleam Lynci s. Lyncestidis et Edessam; dein de Eordaea s. Eordis Mygdoniae, e patria sua huc transpositis. Aut primo cogitavit de Eordaea Illyrici (quod erat Macedoniae pars sensu Romanorum), coll. Ptolemaeo geogr. 3, 13. (p. 161.): *Ἐορδετῶν* (sic) *Σκάμπεις*; dein de Eordaea proprii sensus. Eordaeam Thraciae circa Perinthum quaero, coll. Tzetza chil. III, 100 (p. 111. ed. Kiessling.):

*Τὴν Θρακικὴν τὴν Πέρινθον, τὴν πρώην Μυγδονίαν.*

Ubi heros Mygdon colonos Mygdoniae Eordaeos mihi significat, quos Perinthus nacta videtur jubente quodam Macedonum

rege, nobis incognito; quamquam aliis Tzetza abusus esse videbitur Apollodoro 2, 5, 9. Quid? quod eadem regio, sc. inter Propontidem Hebrumque (Maritzam) inferiorem, aliud veteris et quidem ejusdem superioris Macedoniae nomen ostendit, sc. Erigonis fluvii, teste Epitomatore byzantino Strabonis libr. VII. fin. §. 23.: *Ὅτι ὁ νῦν ποταμὸς Ῥιγινία ἐν Θρᾴκῃ καλούμενος Ἐρίγων ἦν καλούμενος.* Verum de Macedonum coloniis Thracicis alibi diligentius agam.

Recurro ad Ptolemaei locum de Mygdoniae urbibus, quarum situm, paucis exceptis, nemo accuratius definire poterit. Et harum quidem Xylopolin Plinius quoque memorat H. N. 4, 8. (15.): *Coloniae Bullidensis et Diensis, Xylopolitae* etc. Ultimam, Leten, supra illustravi pag. 65 sqq. Venio ad penultimam et nobilissimam, Apolloniam, cui Ptolemaeus ejusve librarius quidam Mygdoniae nomen apposuit; haud male, cum praeter eam alias Apollonias vetus Macedonia ante Romanorum imperium habuerit, unam sc. ad montem Atho, de qua egi p. 63 sq.; alteram prope Strymonem, ex hujus oriente, quam illustrabo in Viae Egnatiae expositione.

Apollonia Mygdoniae e reliquarum numero sola apud veteres scriptores semel atque iterum occurrit, unde metropolis fere hujus terrae usque ad Iustinianum mihi fuisse videtur.

Jam de ea Scylax cap. 67. (p. 203. ed. Klausen.): *Ἀρεθοῦσα Ἑλληνίς, Βολβὴ λίμνη, Ἀπολλωνία Ἑλληνίς.* Fuit igitur Bolbae vicina, utut in reliquis de situ ejus statuas, de quo v. Nos in Via Egnatia. Addo Plinium H. N. 4, 10 (17: *Regio Mygdoniae subjacens* (sc. montibus Crestoniae Bisaltiaeque, atque Chalcidices), *in qua recedentes a mari Apollonia, Arethusa.* De Scylacis loco ita Mannertus (Geogr. VII. 470.): *Scylax führt sie zwar nebst dem See Bolbe an; man darf aber die Stelle sicher als fremdes Einschiebsel erklären, da er sich um die Städte des innern Landes nichts bekümmert.* Quod quam vanum sit, Scylacis verba, ibidem statim apposita, luculenter arguunt: *Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλ-*

λαι Μακεδονίας ἐν μεσογαίᾳ πολλαί. Adde Scylacis caput 65., ubi de urbibus Thessaliae mediterraneis agit, ut de aliis Ejusdem locis sileam. Ultima me ad historiam Apolloniae, immo Mygdoniae, remittunt, de qua idem Mannertus l. c.: *Die Zeit ihrer* (Apolloniae) *Entstehung fällt unter Alexanders Nachfolger; man hat aber nichts von ihr zu sagen, als dass alle spätern Geographen, sogar noch Hierocles, sie als Stadt kennen.* In his si Alexandrum M. significat, falsum hoc esse, e Thucydide 1, 58. consequitur; si Alexandrum antiquiorem, Amyntae filium, Perdiccae patrem, quare non attulit Thucydidem l. c.? Is igitur: Καὶ Περδίκκας πείθει Χαλκιδέας, τὰς ἐπὶ θαλάσσης πόλεις ἐκλιπόντας καὶ καταβαλόντας, ἀνοικίσασθαι ἐς Ὄλυνθον, μίαν τε πόλιν ταύτην ἰσχυρὰν ποιήσασθαι. Τοῖς τε ἐκλιποῦσι τούτοις τῆς ἑαυτοῦ γῆς τῆς τε Μυγδονίας περὶ τὴν Βολβὴν λίμνην ἔδωκε νέμεσθαι, ἕως ἂν ὁ πρὸς Ἀθηναίους πόλεμος ᾖ. Factum hoc Ol. 86, 2 (ante Chr. 433). [58]) Fuitne vero Apollonia Mygdoniae ab istis Chalcidensibus, quos Thucydides memorat, condita? Respondeat pro me Hegesander Athenaei 8, 11. (p. 334. E. Casaub.): Οἶδα δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόπυριν καλουμένην περὶ τὴν Βόλβην λίμνην, περὶ ἧς Ἡγήσανδρος ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φησιν οἱ τως· „περὶ Ἀπολλωνίαν τὴν Χαλκιδικὴν

---

58) Particulam τε ante v. *Μυγδονίας* tuetur Müllerus in Macedonicis pag. 27. not. 29.: *Es darf hier nicht stören, dass bei Thucydides* 1, 58. *Mygdonia der Herrschaft des Perdikkas entgegengesetzt wird. Es gehörte nämlich das Land am Axios zum Theil eigentlich dem Philippos, Perdikkas Bruder* (2, 100., *vergl.* 1, 57), *den dieser vertrieben; und so wohl auch ein Stück von Mygdonien.* Müllerum, difficilioris lectionis patronum, non recte impugnat Poppo ad Thuc. 1, 58 (p. 343.). Perdiccas enim Chalcidenses illos tum in Macedoniam stricti veterisque sensus transposuit, tum in Mygdoniam Bolbae vicinam.

δύο ποταμοὶ ῥέουσιν, Ἀμμίτης καὶ Ὀλυνθιακός. Ἐμβάλλουσι δὲ ἀμφότεροι εἰς τὴν Βόλβην λίμνην. Ἐπὶ δὲ τοῦ Ὀλυνθιακοῦ μνημεῖόν ἐστιν Ὀλύνθου, τοῦ Ἡρακλέους καὶ Βόλβης υἱοῦ. Κατὰ δὲ τὸν Ἀνθεστηριῶνα καὶ Ἐλαφηβολιῶνα λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι διότι πέμπει ἡ Βόλβη τὴν ἀπόπυριν Ὀλύνθῳ, καὶ μετὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀπέραντον πλῆθος ἰχθύων ἐκ τῆς λίμνης εἰς τὸν Ὀλυνθιακὸν ἀναβαίνειν ποταμόν. Ἔστι δὲ βραχὺς, ὥστε μόλις κρύπτειν τὸ σφυρόν. Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τοσοῦτον ἔρχεται πλῆθος ἰχθύων, ὥστε τοὺς περιοίκους ἅπαντας ἱκανὸν ἐς τὴν ἑαυτῶν χρείαν συντιθέναι τάριχος. Θαυμαστὸν δέ ἐστι, τὸ μὴ παραλλάττειν τὸ τοῦ Ὀλύνθου μνημεῖον. Πρότερον μὲν οὖν φασι τοὺς κατὰ τὴν Ἀπολλωνίαν Ἐλαφηβολιῶνος τὰ νόμιμα συντελεῖν τοῖς τελευτήσασι, νῦν δὲ Ἀνθεστηριῶνος. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν μόνοις τούτοις τοῖς μησὶ τοὺς ἰχθῦς τὴν ἀνάβασιν ποιεῖσθαι, ἐν οἷς τοὺς τετελευτηκότας εἰώθασι τιμᾷν." Cognoscuntur ex his Hegesandri verbis Apolloniae Mygdonicae conditores s. instauratores: sunt Chalcidenses, e regione Olynthi sive a Perdicca, sive ab aliquo posterorum ejus, forsan Philippo, Olynthi eversore, istuc translati. Cognoscitur Olynthi conditor: est heros Olynthus. Vides quoque, quos potissimum deos et heroas coloni Mygdoniae Chalcidenses coluerint: sunt Apollo (unde Apolloniae nomen), Bolbe nympha, Olynthus heros, Hercules; quem ultimum iterum reperio in statione itinerariorum Macedonica Heracleustibus (Ἡρακλέους στίβος, Herculis vestigium); quam in Via Egnatia diligentius illustrabo. Amnes in Bolben labentes num e septentrione veniant, an e meridie, eam equidem quaestionem pendere puto a piscibus loci Hegesandrei; quod non secus in alio fluvio Macedoniae, Astraeo definiendo: quorum amnium pisces futuris Macedoniae viatoribus commendatos esse velim, tum ad vescendum, tum ad situm terrae expiscandum.

Huic Mygdoniae cum Chalcidensibus suis num Stagira quoque, Aristotelis patria, sinui Strymonio, qua ad Acten

vergit, apposita, adscribenda sit, ambigo. Veteres dicunt *Olynthiacam*. Dio Chrysost. orat. 2. ed. Reisk. I. 101.): *Στάγειραν, τῆς Ὀλυνθίας οὖσαν*. Idem repetit Tzetza chil. VII. hist. 140. chil. XI. hist. 390. Bisaltiae, inter Crestoniam et Edoniam sitae, nomen fuit Mygdoniae nomine inclusum (p. 236.). Aristot. h. a. 2, 12, 3 (Schneid. p. 71 . . . *δασυπόδων* (leporum) *τι γένος, ὅ ἐστι . . καὶ περὶ τὴν λίμνην Βόλβην* (Mygdoniae) *ἐν τῇ καλουμένῃ Συκίνῃ, οὗς ἄν τις δόξειε δύο ἤπατα ἔχειν*. Ex Aristotele Athenaeus 9, 63 (p. 483. Schw.): *Θεόπομπος δ' ... περὶ τὴν Βισαλτίαν, φησὶ, λαγωοὺς γίνεσθαι, δύο ἤπατα ἔχοντας*. Bisaltiae eosdem lepores e Theopompo repetit Aelianus H. A. 5, 27. 11, 40. De Crastonia (Crestonia), Bisaltiae contermina, plane idem refert Pseudoaristoteles ausc. mirab. c. 132. Sic Mygdonia et Bisaltia vix different.

Aggredior fines Mygdoniae orientales. Thucydides 2, 99.: *Καὶ πέραν Ἀξίου μέχρι Στρυμόνος τὴν Μυγδονίαν καλουμένην, Ἠδῶνας ἐξελάσαντες, νέμονται* (tenent Macedones, tempore belli Peloponnesiaci). Ita finis Mygdoniae orientalis Strymon fuit, vel etiam ulteriora. Aliud videtur Müllero (Macedon. p. 8 sq.): *Rückwärts gegen Osten erstreckte sich die Landschaft* (Mygdonia) *noch weiter. Der See Bolbe, über Chalcidice, lag in oder bei Mygdonien. Ja Thucydides dehnt Mygdonien sogar bis an den Strymon aus; was indessen nach Herodots Ansicht und Kenntniss der Gegend nicht wohl möglich ist, der zufolge sowohl der Küstenstrich, westlich vom Strymon, in dem die Hellenische Stadt Argilos lag, als auch das höher gelegene Land Bisaltia hiess* (Herodot. VII, 115.). [59]) Bene quidem Herodotus, quamquam ei non adversatur Thucydides, Macedoniae non minus

59) Herod. l. c.: *Ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατὸς, ἐνθαῦτα πρὸς ἡλίου δυσμέων ἐστὶ αἰγιαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένην Ἄργιλον, πόλιν Ἑλλάδα, παρήϊε. Αὕτη δὲ, καὶ ἡ καθύπερθε ταύτης, καλέεται Βισαλτίη.*

gnarus Herodoto. Is Thracicum locorum nomen tradit, Thucydides Macedonicum, id sc., quod Macedones regioni ab ipsis subactae imposuerant, Mygdoniae suae nomen usque ad Strymonem continuantes. Sic Bisaltia erat Mygdoniae orientalis pars, ut Crestonica Mygdoniae occidentalis. Idem valet de reliqua Macedoniae historia, cujus incolae quidam regionis suae nomina in terras novas transferebant, quum incolae antiqui, Macedonibus subjecti, nomina terrae suae vetera retinerent. Exempla vidimus in antecedentibus. Addimus Bottiaeam (Botticen) Chalcidices (Thucyd. 1, 57. 65. 2, 79. 101. 4, 7.); Pieriam (Novam Pieriam) Edoniae, ex oriente Strymonis.

Mygdoniam usque ad Strymonem fluvium Thucydides prolongat; unde tamen non consequitur, in hoc ipso flumine terminum ejus orientalem figendum esse, neque agrum ejus ultra processisse. Ejus enim verba longe aliter sonant, quam locus Herodoti (7, 123.), ubi is finem Mygdoniae occidentatem in Axio flumine figit, qui Bottiaeam et Mygdoniam disterminet, cum Thucydides fines imperii Macedonici, non Mygdoniae significet. Cantacuzenus autem eam quoque terram, quae est inter Cavalam et Amphipolin (Popoliam), i. e. Novam Pieriam, dicit Mygdoniam hist. 3, 86.: *Καὶ ἐλῃΐσαντο ἄχρι Μυγδονίας.* 4, 5.: *Οἱ βάρβαροι δὲ, ὡς μόνον ἐπέβησαν Μυγδονίας, τὸ περὶ Χριστόπολιν τείχισμα διαβάντες .. τὰς πόλεις κατέδραμον τὰς κατὰ Μυγδονίαν* (ubi sermo est de Philippica atque Amphipolitana regione). Idem 4, 20.: *Καὶ προῆλθες ἄχρι Μυγδονίας, φανερῶς ἐπιὼν ἐμοί.* Id. 4, 44.: *Καὶ οἱ τῶν κατὰ τὴν Μυγδονίαν πόλεων ἄρχοντες ἐπιφανέστατοι τῶν Τριβαλῶν κ. τ. λ.* Quod non contemnendum esse apparet e Stephano Byz.: *Ἠδωνοὶ, ἔθνος Θρᾴκης, ἀπὸ Ἠδωνοῦ, τοῦ Μύγδονος ἀδελφοῦ.* Habitabant autem Edoni ex oriente et septentrione Amphipoleos, unde eos Macedones (Thuc. l. c.) expulerunt. Vides, Mygdoniam Thucydideam Strymonem excessisse.

Antequam agri ipsius expositionem aggredior, varia

monenda videntur de *Strymone* fluvio, Thessalonicensis provinciae medio aevo orientali termino.

Hunc Danvillius aliique eundem esse putant cum Angita (Herodot. 7, 113.), vel Zygacta (Appian. b. civ. 4, 105.), qui e parte orientali, Dramae, inquam, et Philipporum venientes, Cercinae lacui immiscentur. Verum hi fluvii exigui sunt, si eos cum flumine contuleris, quod a septentrione delabitur, et supra eosdem fluvios illi lacui immittitur. [60]) V. Cousiner. itin. Macedon. Vol. II. (cap. XI.), coll. Letronnio in Ejus censura (Journal des Savans 1835. pag. 79). Adde Schaffarikium in Wien. Jahrbb. Vol. 46. p. 55.: *Heraclea Sintica, Katanczich unbekannt geblieben, ist unzweifelhaft das heutige Demirhissar, mit ganz nahen warmen Quellen, keineswegs aber Razlog, wohin es Reichard verlegte. Versehen dieser Art entstanden daher, weil auf allen Charten, die neuste Lapie'sche allein ausgenommen, neben dem wahren Strumaflusse, dem alten Strymon, der oberhalb Radomir entspringt, rechts die Bistritza, links die Tzerna, dann wieder rechts die Strumenschitza aufnimmt, Melenik, Demirhissar, Seres in geringer Entfernung vorbeyströmt, und sich, nachdem er den See Takinos* (Cercine) *durchflossen, bey Orfano mündet, noch ein zweiter Strumafluss aus der Gegend von Razlog, bey Newrekop, Drama und Andschista vorbey in denselben Takinossee herabgeleitet wird. Jenen nannte man Egrissu, Ponto, Lemboli und Orfano, diesen Karassu, Strumdscha, Strymon: lezteres aber ist ein Unding. Der Fluss, der im Districte Razlog*

60) Diversum esse Strymonem a fluviis Philippensium vallis, inde quoque consequitur, quod Herodotus 7, 113. Strymonem memorat suo nomine, Angitam suo. Quod non secus in Appiano. Is eodem contextu (b. civ. 4, 105.), quo Zygactem habet, Strymonem quoque affert. Vetus aevum vallis Philippensis fluvios s. rivos a Strymone manifesto distinxit.

*(denn Razlog ist keine Stadt) entspringt, Sitangrad, das Setaena der Byzantiner, Bajnsko, Eleschnitza, Filipowo, den Engpass Klissura, Tziropole, Banitza (Städte und Ortschaften, insgesammt unserer Geographie noch unbekannt), ferner Newrekop vorbeyfliesst, ist kein anderer, als der Mesto, der alte Nestus, der bey Saritschoban ins Meer läuft. Lapie erkannte zwar den Fluss von Razlog richtig für den Mesto an, liess aber dennoch den alten Fluss bey Newrekop irriger Weise stehen, seine Verbindung mit der Andschista blos mit Puncten andeutend.* [61]) *Allein man würde viel leichter die Felsengebirge zwischen Newrekop, Demirhissar und Melenik in Palläste von Karnak verwandeln, als dem Flusse von Newrekop ein Bett durch dieselben nach der Andschista bahnen.* His accedat Fel. Beaujour in Voyage militaire dans l'empire Othoman Vol. I. p. 216.: *Le Strymon, nommé aujourd'hui Struma-Karasou, naît vers le bourg de Radomir au pied des plus hautes sommités de la chaîne moesique; et après avoir reçu d'un côté toutes les eaux qui descendent du mont Orbèlus vers Guestendil, et de l'autre toutes celles qui descendent du mont Scomius vers Dubnitza, il entre vers Djoumaïa dans une gorge profonde, qui ne s'ouvre que vers Pétrich, ou le fleuve, après avoir reçu sur la droite l'affluent, qui vient de Radowich, et sur sa gauche celui qui vient de Mélénik, traverse une nouvelle gorge, pour entrer enfin vers Demir-Hissar, dans la plaine de Sérès et de cette plaine dans le lac de Hakinos* (l. *Takinos*), *au sortir duquel il va se jeter dans la mer vers les ruines d'Amphipolis. Le Strymon coule en général du nord au sud, et il a un volume d'eau qui égale quelque-*

61) Idem error est Felicis Beaujour in loco p. 245. citato. Fluvius urbem Newrekop praeterlabens est *Nestus* (Mesto), non aliquis fluviorum vallis Philippensis.

*fois celui de l'Axius, et qui d'autres fois est inférieur à celui de l'Haliacmon: torrent impétueux ou ruisseau paisible, suivant la différence des saisons, il inonde au printemps la plaine de Sérès, et l'été il s'y traîne lentement dans un lit profond.* Idem ibid. p. 222.: *Quelques voyageurs ont pris cette rivière* (qui descendit ab urbe Negrecop) *pour le Strymon, parce qu'elle descend comme la Djerma et d'autres affluents de ce fleuve, du pied des montagnes, qui vont se pyramider au mont Scomius; mais elle a un trop faible volume d'eau pour mériter ce nom; et elle n'en aurait même qu'un filet en été, si elle n'était l'égout de la plaine de Philippes, où naissent une infinité de sources, qui viennent grossir son cours.* [62])

Vulgarem sententiam bene tuetur Nicephorus Gregoras histor. 13, 2., qui Strymonem ex iisdem montibus cum Bardario (l. Axio) provenire dicit; [63]) id quod multo magis septentrionalem Strymonis ortum significat, quam Angitae et Zygactae. Adde eundem ibid. 8, 14., ubi Strymon e summis montibus oriri dicitur, qui pontum Euxinum et Adriam, Istrum et Macedoniam intercedunt; ibidemque maximus fluvius eorum esse perhibetur, qui, Thraciam et Macedoniam dirimentes, Hellesponto et mari Aegaeo miscentur. [64]). Nosse

62) Chronique de Henri de Valenciennes (ed. Buchon pag. 223.): *Li empereres chevaucha et passa un flum, qui estoit dessous la Gige* (Zichna Byzantinorum), *et lendemain en passa un autre plus grant.* Venit deinde Thessalonicam. Vides, Franco-Gallum Angitam recte discernere a Strymone.

63) Ἄξιος, ἐξ ὀρῶν τῶν αὐτῶν τῷ Στρυμόνι ῥηγνύμενος. Idem recurrit 8, 14., ubi Axius maximus post Strymonem fluvius dicitur.

64) Ἴσασι γὰρ ἅπαντες, πεζοῖς καὶ ἱππόταις ἀνδράσιν ἄπορον ὄντα Στρυμόνα τὸν ποταμὸν, ὅτι καὶ μέγιστος ἐπεφύκει, ὁπόσοι Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν τέμνοντες, ἔς τε Ἑλλήσποντον καὶ Αἰγαῖον ποιοῦνται τὰς ἐκβολάς. Τίκτουσι γὰρ αὐτὸν τὰ ὑπερκείμενα μέγι-

etiam omnes, addit, Strymonem (sc. prope Serras et superius) peditibus et equitibus esse impervium. Idem denique Nicephorus l. c. 9, 13. [65]) Strymonis fontes in Haemi partibus septentrionalibus ponit, ubi transeatur in Triballiam (l. Serbiam).

Cum his apprime concinit Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosn. pag. 72.: *Orfan . . . zwischen Sidrekaïssi und Dirama* (i.e. *Drama*), *zwei Tagreisen von Salonik. Das alte Orfan lag ehemals 3 Farsang weiter unten, westlich, wo sich der Orfan* (Strymon, Struma) *ins Meer ergiesst. Der Fluss Orfan sammelt sich aus den Wassern der Berge um Sofia, bewässert die Felder von Kostendil, nimmt mehrere kleine Wasser aus dem Gebirge von Ostromdscha auf, fliesst erst gegen Osten, dann gegen Süden und Westen, dann wieder gegen Osten, geht bey Timurhissar und Sirus* (Seres) *vorbei, und ergiesst sich nahe bey Orfan ins Meer. Er ist ein tiefer Fluss, den man unter Ostromdscha, Dubnitza und Ghiustendil nicht mehr übersetzen kann.* Leake Travels in north. Greece Vol. III. p. 201.: *A little above the ravines of Demirissár the Strymon receives its principal tributary, from Strúmitza to the right, and a smaller contribution on the opposit bank from Meleníko, a large Greek town, 6 hours from Demirissár to the north. The sources of the river are in the highest ridges of Rhodope around Dúbnitza and Ghiustendíl.*

Apud Basilium M. epist. 19. (Opp. ed. Paris. 1618. Vol. II. pag. 798.),[66]) cursus ejus inferior prope Amphipolin

---

οτα ὄρη, ἃ κατὰ τὸ συνεχὲς παρατείνει μέχρι τοῦ Ἰονίου πελάγους ἐκ τοῦ πόντου ἀρξάμενα τοῦ Εὐξείνου, ὁρίζοντα μὲν πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον ἄνεμον Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν, πρὸς ἄρκτους δὲ τάς τε Μυσῶν χώρας καὶ ποταμὸν τὸν Ἴστρον. Eo loco Thracia et Macedonia veterum sensu intelligendae sunt.

65) Ἐυβάλλει διὰ τῶν ἀρκτικωτάτων Αἵμου τοῦ ὄρους ἐς τὴν τῶν Τριβαλλῶν (Serborum) χώραν, ἔνθα δὴ μάλιστα καὶ ποταμοῦ τοῦ Στρυμόνος εἰσὶν αἱ πηγαί.

66) Οὐκ ἐλάττονα τέρψιν, ἔμοιγε

σχολαιότερος et περιλιμνάζων (*lentior lacuique similis*) dicitur. Anguillas Strymonias haud incelebres eidem alveo ejus extremo assigno. De his v. Aristotelem H. A. 8, 4, 5.; Archestratum Athenaei 7, 53.; ejusdem Antiphanem 7, 56. De ejus anguillis v. quoque Belonium Observat. c. 55. ed. II. Leak. Trav. in north. Gr. III. 184. Nec hae veterum Angitae Zygactaeque conveniunt. Fluvium quoque Pontum, e Sintiorum terra venientem, a Strymone distinguendum esse patet. Fuit is fluviorum aliquis, superioris Strymonis alveum intrantium. De hoc Ponto, forsan Strumenschitza, v. quoque Letronn. in Journ. des Sav. 1834. p. 687.

Vidimus in antecedentibus naturam Strymonis λιμνώδη, i. e. cursum lentum alveumque fluvii profundum. Idem jam Thucydides habet 5, 7.: *Τὸ λιμνῶδες τοῦ Στρυμόνος.* Adde Theophrastum hist. pl. 4, 9.: *Ἐν τοῖς ἑλώδεσι τῶν ποταμῶν .. καθάπερ περὶ τὸν Στρυμόνα.* Illud λιμνῶδες Strymonis quidam Thucydidis interpretes de exundationibus fluvii male intelligunt.

Strymonem extremo alveo veteri aevo navigatum fuisse, testantur Thucydides 4, 108. etc. Arrianus exp. Alex. 1, 11. Eodemque Arriano teste Alexander classem suam, cum Asiam peteret, in lacu Cercine habuit, quam deinde per Strymonem in mare Aegaeum excurrisse videmus. De medio aevo v. Cantacuzenum 3, 54. 4, 17. (ad annos 1342. 1350). Prope Serras quoque navigiis, non vado, Strymon superabatur (Niceph. Gregoras 8, 14). Seculi XVI mercaturam spectat Belonius Observat. cap. 55. ed. II (ad annum 1549 sqq.).

Medio alveo navium vix patientem esse puto, coll. Beaujour. cit. p. 244. Ibi enim angustiae et saxa navigationis impedimentum efficere videntur. Sic quoque intelligo Apollo-

---

*δοκεῖ, παρεχόμενον* (fluvium), *ἢ τοῖς ἐκ τῆς Ἀμφιπόλεως τὸν Στρυμῶνα* (sic) *καταμανθάνουσιν. Ὁ μὲν γὰρ σχολαιοτέρῳ τῷ ῥεύματι περιλιμνάζων, μικροῦ δεῖν καὶ τὸ ποταμὸς εἶναι ὑπὸ τῆς ἡσυχίας ἀφῄρηται.*

dorum 2, 5, 10.: *Μόλις δὲ τῶν βοῶν συνελθουσῶν Στρυμόνα μεμψάμενος τὸν ποταμὸν, πάλαι(?) τὸ ῥεῖθρον πλωτὸν ὂν, ἐμπλήσας πέτραις, ἄπλωτον ἐποίησε* (Hercules), *καὶ τὰς βόας Εὐρυσθεῖ κομίσας δέδωκε.*

Nomina nunc varia habet. *Struma* audit Bulgaris, veteris nominis levi mutatione (Schaffarik über die Abkunft der Slawen p. 176.). Turcis est *Orfan*, ab oppido *Orfan* s. *Orfano* (Hadschi Chalfa supra cit. pag. 246.). Belonius vulgariter dici narrat *Marmara*, ab oppido quodam *Marmara*, in dextro litore lacus Cercinae, et quidem supra (Observat. cap. 55.). Invenio hunc pagum, nomine *Marmarium*, apud Cantacuzenum I, 53.: *Ἤλαυνεν ἐπὶ Θεσσαλονίκην διὰ Στρυμόνος. Καὶ διαβὰς τὸν ποταμὸν κατὰ τὸ Μαρμάριον προσαγορευόμενον, μικρὸν* (non *Μικρὸν*, ut habet ed. Bonn.) *ἐκέλευσε τὴν στρατιὰν τυχεῖν ἀναπαύλης καταβάντας ἀπὸ τῶν ἵππων.* [67])

Prope ad ostia ejus apud veteres occurrit locus quidam nomine *Nereïdum chorus*. Scymnus Chius v. 649.: *Εἶθ' Ἀμφίπολις. Στρυμὼν δὲ περὶ ταύτην μέγας ποταμὸς παραῤῥεῖ, μέχρι θαλάττης φερόμενος κατὰ τοὺς λεγομένους κεῖσε Νηρηΐδων χορούς.* Suntne brevia an parvae insulae prope ad ostia fluvii? [68])

---

67) Leake trav. in North. Gr. Vol. III. p. 201.: *To the Greeks and Bulgarians the river* (Strymon) *is known by the name of Struma, to the Turks by the very common appellation of Karásu, or Black River.*

68) In fine dissertationis meae Strymoniae corrigam Ioannem Cinnamum histor. 3, 7. (p. 105. ed. Bonn.): *Καὶ δὴ συμβολῆς γενομένης Οὖννοι* (Hungro-Magyari) *πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἡττηθέντες* (a. 1150.), *φεύγοντες ἐς τὸ τοῦ ποταμοῦ Στρυμόνος* (codex Cinnami *Στρυμμόνος*) *ῥεῦμα καθῆκαν ἑαυτούς. Ἔνθα μετρίους ἀποβαλόντες ᾤχοντο ἀμεταστρεπτί. Ῥωμαῖοι δὲ φεύγουσι κατὰ νώτου ἀεὶ εἵποντο, ἐπὶ Τάραν τε ποταμὸν ἐλθόντες, ἐπειδήπερ οὐδένα σφίσιν ἀντεπεξιόντα ἔβλεπον, παλινοδίας ἐμέμνηντο.* Memoratur deinde vicinus locus *Σετζενίτζα*. Corruptelam Jo. Cinnami neque Wilkenius sustulit (Rerum ab

In agri Thessalonicensis descriptione[69]) Cameniata, seculi X ineuntis scriptor, sequendus videtur, qui partes ejus diligenter sane atque eleganter secundum plagas coelestes illustrat. Is igitur, postquam *meridionale* (ex suo locorum intuitu) latus urbis, i. e. portum cum sinu descripsit, ita pergit, ad latus urbis *orientale* (atque boreale) transiens (Narrat. Saraz. cap. 5. in scriptoribus post Theophanem pag. 321. ed. Paris.):[70]) *Ἀλλ' ἐν τούτοις τὸ κατὰ νότον μέρος τῆς πόλεως. Τὸ πρὸς βορρᾶν δὲ ὡς λίαν τραχὺ καὶ δύσβατον. Ὄρος γὰρ ὑπερκύπτει, τοὺς λόφους ὑπερανεστη-*

---

Alexio I. Comn. etc. gestarum.. pag. 561.), neque Meinekius, Bonnensis editionis curator. Tu lege *Δρυμόνος*, coll. Anna Comnena libro XII. p. 371. ed. Paris. Significatur flumen Dalmatiae *Drilo* s. *Drino*. Iulius Honoratus in excerptis (ad calcem Pomponii Melae ex ed. Gronov. p. 695): *Fluvius Trumon nascitur in campis Dardaniae; influit in mare Aegeo* (Aegaeum). Ubi lege *Strymon*.

69) Seculo XII. Thessalonicae vicinia habuit pagos *Zemenicum* et *Craniam*, testante Eustathio in Normannica narratione cap. 113. (Opuscc. p. 298, 82.): *Ἰουδαίῳ . . καὶ Ἀρμενίῳ, οὓς ἡ ἀγχιτέρμων Κρανία καὶ ὁ Ζεμενίκος φέρβουσιν.* Fuitque prope Thessalonicam praedium quoddam, *Probatae hortus* dictum, VIII stadiorum spatio ab urbe distans, versus orientem et septentrionem, coll. Georgio Acropolita hist. cap. 40. Alia praedia (s. pagi), prope Thessalonicam sita, vide apud Eustathium epist. 70 (Opuscc. pag. 358, 70 sq.): sunt *Μαμύτζα* et *Στρόβηλος*. Prisco aevo fuit *Altus*, oppidum s. pagus, prope Thessalonicam. Stephanus Byz. de urbb.: *Ἀλτὸς, πλησίον Θεσσαλονίκης, ὡς Θεαγένης ἐν Μακεδονίᾳ* (l. *Μακεδονικοῖς*). *Τὸ ἐθνικὸν Ἄλτιος.*

70) Libellos Cameniatae et Joannis Anagnostae de expugnatione Thessalonicae Sarazenica (a. 904) et Turcica (a. 1430) interpretes latini hoc titulo insignire solent: *De excidio Thessalonicae.* Ea tamen neque tum, neque alio tempore *excisa* fuit. V. Dissertationem nostram historicam p. 41. not. Nos brevitatis studio Cameniatae tractatum dicimus *Narrationem Sarazenicam*, Jo. Anagnostae *Narrationem Turcicam*; Eustathianam vero (a. 1185) *Normannicam.*

κὸς, οὐκ ὀλίγον μέρος αὐτῆς τῆς πόλεως τῆς λοιπῆς ὑπεραῖρον γῆς· ὡς τὸ μὲν αὐτῆς πεδιάσιμον εἶναι, καὶ ταῖς χρείαις τῶν ἐνοικούντων κατάλληλον· τὸ δὲ τοῖς βουνοῖς καὶ ταῖς τῶν ὀρῶν ἀκρότησιν ἀνατείνεσθαι. Ἀλλ' οὐδὲν ἀδικεῖ τὴν πόλιν ἡ τοῦ ὄρους παράτασις, ὡς ἐμπαρέχειν ἄδειαν τοῖς πολεμίοις, ἀφ' ὕψους ἐπεμβαίνειν, καὶ τοῦ τείχους κατεπαμύνεσθαι. Ἔδωκε γὰρ ὀλίγην τινὰ σχολὴν ὁ βουνὸς ἐκεῖνος πρὸς τὸ φυλάττεσθαι πᾶσαν ἐπιβουλὴν, τῷ διὰ μέσου χώρῳ (l. χωρίῳ) τὴν εὐχερῆ προσβολὴν ἀποκρύσας. Τὸ δ' ἐντεῦθεν ἀνατείνεται μέχρι πολλοῦ τὸ ὄρος καὶ ὑπερίδρυται, τοῖς λόφοις καὶ χαράδραις ἐντραχυνόμενον, τὴν μεσαιτάτην ἀνατολὴν ἐπειγόμενον. Τοσοῦτον ἐκ πλαγίου ἀφ' ἑκατέρου μέρους ὑποκείμενον διαφεύγει τῆς γῆς. Ἐν γὰρ ταῖς δυσὶ πλευραῖς τοῦδε τοῦ ὄρους, τοῦ τε πρὸς νότον φημὶ καὶ τοῦ πρὸς βορρᾶν, πεδία ἀφήπλωται βάσιμά τε καὶ χρήσιμα, πᾶσαν ἀφορμὴν εὐζωΐας τοῖς πολίταις δωρούμενα· ὧν τὸ μὲν ὡς πρὸς νότον τοῦ ὄρους, πρὸς ἀνατολὴν δὲ τῆς πόλεως, ὡς λίαν ἐστὶ παγκαλὲς καὶ ἐράσμιον. Κεκόσμηται γὰρ δένδρεσι ἀμφιλαφέσι, παραδείσοις ποικίλοις, ὕδασιν ἀπείροις, τοῖς μὲν πηγαίοις, τοῖς δὲ ποταμίοις, οἷς αἱ λόχμαι τοῦ ὄρους τῷ πεδίῳ χαρίζονται, καὶ αὐτὴν δὲ δεξιοῦνται τὴν θάλασσαν. Ἄμπελοι γὰρ ἀλλήλαις παραπεφυτευμέναι τὰ χωρία στεφανοῦσι, καὶ τὸν φιλόκαλον ὀφθαλμὸν τῇ πληθύι τῶν καρπῶν εἰς εὐφροσύνην προτρέπονται· μοναὶ δὲ μοναχῶν πολλαὶ καὶ συχναὶ, τό τε ὑπτιάζον τοῦ ὄρους καὶ τὸ τῆς λοιπῆς γῆς ὑποκείμενον κατοικοῦσαι (l. κατέχουσαι), καί τισι τερπνοτάτοις χωρίοις ἐγκαθεζόμεναι, καινόν τι χρῆμα τοῖς τε ὁδίταις καὶ αὐτοῖς τοῖς πολίταις πεφύκασι. Τὸ δὲ κατὰ λαιὰν πλευρὰν τοῦ ὄρους πεδίον ἐστὶ καὶ αὐτὸ τεταμένον εἰς μῆκος πολὺ, εὑρύνεται δὲ μέχρις ἄλλων ὀρέων· οὗ τινὸς ἐν μέσῳ πελαγίζονται δύο τινὲς εὐρεῖαι λίμναι,

τὸ πλεῖστον τούτου διακατέχουσαι, καί τινα μεγάλην καὶ αὗται συνεισφέρουσαι χρείαν. Τρέφουσι γὰρ ἰχθύας καὶ μικροὺς καὶ μεγάλους, καὶ τοῖς εἴδεσι διαφόρους, καὶ πολλοὺς τῷ πλήθει, ταῖς τε γείτοσι κώμαις καὶ αὐτῇ δὲ τῇ πόλει δαψιλεστάτην ἀποπληροῦντας τράπεζαν. Καὶ γὰρ οἷον φιλονεικοῦσιν αἱ λίμναι ταῖς τούτων ἐπιδόσεσι πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ ἁμιλλῶνται, τίς αὐτῶν τὸ πλεῖον παράσχηται. Πλὴν ἑκάτεραι νικῶνται ἐξ ἑκατέρων, καὶ ἡ νικῶσα οὐκ ἔχει, τίνι τὴν ἧτταν καταψηφίσεται. Τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ πεδίου ἀνεῖται τοῖς γεωργοῖς, παραχωρεῖται τοῖς ζώοις, τοῖς τε πειθομένοις ταῖς τῶν ἀνθρώπων τέχναις, καὶ τοῖς ἐλεύθερον ἀφιεῖσι τὸ ἴχνος τοῖς ὄρεσιν Ἔλαφοι γὰρ τὰ ὄρη λιποῦσαι, καὶ ταῖς λίμναις ὥσπερ τῶν ὑδάτων [adde κρήναις] ἐπιτερπόμεναι, ὁμοῦ τε ἔχουσιν ἄφθονον τὸ ποτὸν, καὶ ταῖς βουσὶν ἐν αὐτῷ συναγελαζόμεναι κοινὰ τὰ σιτὰ [l. σιτία] προσφέρονται. [71]). Idem ibidem cap. 6.: Ἀλλ' ἱκανῶς ἐν τούτοις τά τε πρὸς ἀνατολὴν καὶ βορρᾶν τῆς πόλεως, ἔτι γε μὴν καὶ τὰ πρὸς νότον διαγραψάμενοι, τὴν πρὸς δύσιν αὐτῆς τοῦ χωρίου θέσιν κατὰ τὸ δυνατὸν ἱστορήσομεν. Ἔστιν ἕτερον πεδίον, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τείχους τῆς ἐκβολῆς ἀπαρχόμενον, τῇ δεξιᾷ τοῦ ὄρους ἁπτόμενον, τῇ λαιᾷ δὲ τῇ θαλάσσῃ συνομοροῦν, ἀμύθητον κάλλει ταῖς τῶν ὀρώντων ὑποκείμενον ὄψεσιν. Ἔστι γὰρ τὸ μὲν αὐτοῦ διάβροχον ὕδασιν, ὅσον αὐχεῖ τήν τε πόλιν ἔχειν καὶ τὴν θάλασσαν γείτονα, ἀμπέλοις καὶ δένδρεσι κατακόμοις καὶ παραδείσοις κατεστεμμένον, οἰκήμασί τε καὶ τισι πλείστοις σεβασμίοις σηκοῖς κεκοσμημένον, ὧν τοὺς πλείονας μοναχῶν ἀγέλαι διείλοντο, πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἀσκοῦντες, καὶ θεῷ μόνῳ ζῶντες, πρὸς ὃν ἐπείγονται,

---

71) Peculiarem leporum speciem circa Bolben lacum memorat Aristoteles H. A. 2, 12. V. nos supra p. 241.

καὶ δι' ὃν τὰς πολιτικὰς ταραχὰς λιπόντες, τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ μόνον φέρουσαν τρίβον ἀνείλοντο. Τὸ δ' ἐντεῦθεν αὐτοῦ διαχεῖται τῇ χέρσῳ μέχρι πολλοῦ, ἄξυλον μὲν ὡς τὰ πολλὰ τὴν βλάστην ἔχον, πάσης δὲ γεωργικῆς ἐπιμελείας ἐπιτήδευσιν παρεχόμενον. Διήκει δέ, τὴν ἡλίου δύσιν ἀποσκοποῦν, ἕως τινῶν ἄλλων [adde ὀρῶν] παρατεινόμενον, ἔνθα καὶ πόλις τις Βέρροια καλουμένη κατῴκισται, καὶ αὐτὴ περιφανεστάτη τοῖς οἰκήτορσί τε καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οἷς αὐχεῖ πόλις τὴν σύστασιν. Ἐμπεριέχει δὲ τῷ διὰ μέσου χώρῳ τὸ πεδίον τοῦτο καὶ ἀμφιμίκτους τινὰς κώμας· ὧν αἱ μὲν πρὸς τῇ πόλει τελοῦσι, Δρουγουβίται τινὲς [72]) καὶ Σαγουδάτοι (Slavi Bulgarique) τὴν κλῆσιν ὀνομαζόμεναι· αἱ δὲ τῷ συνομοροῦντι τῶν Σκυθῶν ἔθνει (Bulgaris) οὐ μακρὰν ὄντι τοὺς φόρους ἀποδιδέασι. Πλὴν γειτνιάζουσιν ἀλλήλαις αἱ κῶμαι τὴν οἴκησιν, καὶ ἔστι καὶ τοῦτο, πρὸς τοῖς ἄλλοις, Θεσσαλονικεῦσιν οὐ μικρῶς συμβαλλόμενον, τὸ πρὸς τοὺς Σκύθας διὰ τῶν ἐμπορικῶν μεθόδων συναναμίγνυσθαι, καὶ μάλισθ', ὅταν ἔχωσι πρὸς ἀλλήλους καλῶς, καὶ μὴ κινῶσιν ὅπλα τὴν μάχην ἐξαγριαίνοντα· ὃ [l. οὗ] δὴ καὶ πολλῷ τινὶ τῷ πάλαι χρόνῳ παρ' ἑκατέρων μελετηθὲν [l. μελετηθέντος], κοινότητα [l. κοινότητι] ζωῆς τὰς χρείας ἀλλήλοις ἀμείβουσι, θαυμασίαν τινὰ καὶ βαθεῖαν εἰρήνην ἐν ἑαυτοῖς συντηρούμενοι.

**Vidimus amplam elegantemque totius agri imaginem, cujus singulas partes jam nunc lustrabimus.**

**A.** ***Mons Chortaetus.*** **De eo videndus Felix Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. pag. 20.:** ***Le mont Kourtiach, qui est à deux lieues au nord-est de***

---

72) Voce τινὲς contemtum quendam istorum barbarorum significari, vel me non monente lectores intelligent. Tum enim parebant Graecorum imperio et ecclesiae, olim formidabiles.

*Salonique, paraît le plus élevé de tous les monts intermédiaires, qui courent au sud: il a cinq cent cinquante toises au dessus de niveau de la mer. Ce mont s'incline par degrès en se rapprochant du fond oriental du golfe Therméen, et forme là une pente douce, sur la quelle est bâtie Salonique en forme de croissant.* Adde Cameniatam modo allatum et Cousinerium in itinere Macedonico Vol. I. p. 53. 59. Montis nomen hodiernum apud veteres non inveni; sed nunc occurrit oppidulum, *Chortaeti* s. *Chortaïti* [73]) nomine, in ipso, ut videtur, monte positum, leucarum fere trium spatio ab urbe remotum. Paul. Lucas Voyage ed. 1720. T. I. p. 41. Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosnia p. 76. Cousinéry l. c. Vol. I. p. 109. Ab hoc oppidulo montem traxisse nomen puto. Habuit vero monasterium. Videatur Nicephori Gregorae vita per Boivinum concinnata (Niceph. Greg. histor. ed. Bonn. Vol. I. p. XVI.), ubi occurrit titulus epistolae, quam Nicephorus Gregoras scripsit: *Μαξίμῳ, τῷ ὁσιωτάτῳ καθηγουμένῳ τῆς μονῆς τοῦ Χορταΐτου.* Cantacuz. hist. I, 31.: *Εἰς τὸ περὶ αὐτὴν* (prope Thessalonicam) *φροντιστήριον τὸ Χορταίτου.* Niceph. Gregoras hist. 8, 11, 6. (de eadem re): *Ἦλαυνεν* (Graecus imperator) *ἔξω* (ex urbe Thessalonica) *πρὸς τὴν τοῦ Χορταΐτου μονήν.* Casu genitivo, ut antea, iterum habet Cantacuz. hist. I, 53.: *Ἅμα ἕῳ κατὰ τὴν τρίτην ἦσαν ἐν Χορταίτου*; unde sequitur, e Sancto quodam, quem alibi nondum inveni, monasterium (et oppidulum), non e monte dictum fuisse. Idem monasterium diu ante memorat libellus, cujus nomen: *Chronique de Henri de Valenciennes* (Buchon. Collect. Vol. III. pag. 223.): *Corthiac: c'est une riche abéye de moines gris.* Est initium imperii Latinorum Thessalonicensis (a. 1204 sqq.). Apud Eundem Henricum ibid. p. 232 et 251. occurrit eodem nomine;

---

73) Scriptores Byzantini hanc *κωμόπολιν* modo *Χορταίτου*, modo *Χορταΐτου* nomine memorant.

iterum vero pag. 232 nomine *Cortihach: L'empereour, qui fut demouré al Cortihach, dedans la cité de Salenike.* Innocent. III. epist. 15, 70.: *Coenobium de Curhiat* (sic), *quod erat in regno suo prope Thessalonicam constitutum.* Per hoc monasterium ii profecti videntur, qui a Strymone fluvio venientes Thessalonicam petebant. Cantacuz. l. c. (bis): *Εἰς Χορταίτου.* Ibidem: *Ἐγγὺς Χορταίτου.* Ceterum Chortaeti (Chortaïti) monasterium ipsa quoque Thessalonica habuit, coll. Jo. Anagnosta narratione Turcica cap. 11.: *Ἀπὸ τοῦ καλουμένου Τριγονίου, μεχρὶς οὗ ἡ μονὴ τυγχάνει τοῦ Χορταΐτου.*

Nomen montis turcicum est *Hortasch*, Franco-Gallicum *Corthiat* et *Courtiach* (*Kourtiach*).[74])

Monasterii cujusdam ruinae, in illo oppidulo memoratae (Cousinéry l. c.), Chortaeti aliquod monasterium mihi spectare videntur.

B. *Ager meridionalis* (e mente Cameniatae orientalis). Is non alius esse poterit, quam campus ille, quem corrupta voce nunc dicunt *Kalameria* s. *Kalamari* (*latus venustum*), apud Cousinerium l. c. p. 53.; quae denominatio descriptioni ejus apprime respondet, quam dedit Cameniata cap. 5. Vocat enim *πεδίον παγκαλὲς καὶ ἐράσμιον.* Comprehendit vero inferiores montis Chortaeti partes (a parte urbis orientali) et litus maritimum ex urbis meridie. Multo magis (usque ad Cassandriam) hunc campum patere dicit Felix Beaujour (in tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 16.) quam Cousineryus. Hunc campum a Cameniata non admodum discre-

74) Nomen montis Chortaeti Leakius in itinerario suo Graeciae septentrionalis dicere solet *Kortiatzi*; incertum, qua nisus auctoritate, forsan incolarum. Homo vero Cretensis, nomine *Χορτάτζης*, occurrit apud Georgium Pachymerem in Andronico Palaeologo 3, 10. Num igitur montis nomen ad Cretensem aliquam coloniam nos rejicit, ut alia Macedoniae?

panter Nicephorus Chumnus describit apud Boissonadium in Anecdd. Gr. Vol. II. p. 141.; sed longe patere eum dicit, addens: Ὑπὸ δὲ ταύτην, γῆν ἐξέτεινεν ἄλλην, ἀρετῆς ἁπάσης μετέχουσαν, ὅση δὴ καὶ πέφυκεν ἀρετὴ γῆς εἶναι. Ἐρρώται καὶ γὰρ πρὸς καρπῶν γονὰς ἁπάσας, καὶ ἔστιν ἀντὶ ταμιείου τῇ πόλει. Qui locus Chumni quantopere Franco-Gallo Beaujourio opituletur, non est, quod pluribus moneam; et facit omnino, ut hanc plagam usque ad Ecbolon (vel paulo ulterius ad meridiem) extendam, ubi veteris urbis Aeneae sedes quaerenda videtur, ex adverso Pydnae (Liv. 44, 10.).

Quam bene vero huic regioni nomen vetus Ἀνθεμοῦς (dixerim *Florida*) conveniat, vix est, quod pluribus demonstrem. De Anthemunte (urbe et regione Chalcidices, e meridie Thessalonicae, ut deinde ostendam) videatur Herodotus 5, 94. Thucyd. 2, 99. 100. Aeschines de falsa legatione 31, 36. (p. 211 sq. ed. Reiske). Plin. H. N. 4, 10 (17). Hujus verba sunt: *In Pallenensi isthmo quondam Potidaea, nunc Cassandria, colonia. Anthemus. Olophyxus.* Situm Anthemuntis haec non satis definiunt. Olophyxus vero monti Atho adnumeratur (Herodot. 7, 122.). Ergo Anthemuntem inter Cassandriam pones et Olophyxum? Id nemo laudabit. De Anthemuntis situ Herodotus nil definit. Thucydides vero 2, 99. de Anthemunte loquitur hoc ordine: Τόν τε Ἀνθεμοῦντα καὶ Κρηστωνίαν καὶ Βισαλτίαν. Idemque cap 100. alio ordine: Μυγδονίαν καὶ Κρηστωνίαν καὶ Ἀνθεμοῦντα. Unde hoc saltem intelligis, Anthemuntem fuisse regionem, non solummodo urbem, quod ultimum vult Stephanus Byz.: Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονίας. Quid? quod etiam fluvius fuit, si recte emendo scholiasten Homeri Il. 13, 459.[75]) De situ vero

---

75) Schol. Homeri l. c.: Τροίας πατέρα ἔφυγε. Ναυαγίῳ δὲ περιπεσών, Αἰνείας παραλαβὼν τὸν πατέρα περὶ τὸν Ἄθω, ἀνῆλθε

Anthemuntis nec Thucydides quidquam aperit. Meliora praestare videtur Aeschines l. c.: *Εἰληφότος δὲ Ἀνθεμοῦντα καὶ Θέρμαν καὶ Στρέψαν.* Vicina igitur Anthemus urbs regioque Thessalonicae fuit, non e septentrione, sed e meridie, quod ultimum saltem e Plinio cognoscitur. Fuit autem, sic statuo, contermina Aenaeae urbi, cujus agrum ob fertilitatem laudat Livius 44, 10. [76]) Hanc regionem Pocockius

---

σὺν τῷ πατρί. Καὶ Ἀγχίσης μὲν πρὸς τῷ Καλαύρῳ ὄρει πλησίον Ἀνθέμου ποταμοῦ τελευτᾷ. Θάψας δὲ αὐτὸν Αἰνείας, ὅπου καὶ νῦν τάφος ἐστὶν Ἀγχίσου λεγόμενος ἐν Πυάνῃ, κατὰ βούλησιν τῆς μητρὸς Ἀφροδίτης πόλιν ἔκτισε, τὴν ἀπ' αὐτοῦ Αἰνειάδα (?) προσαγορευθεῖσαν. Τελευτήσαντος δὲ τούτου, ὃ ἐξ αὐτοῦ γενόμενος παῖς, λάθρα ἐπὶ τὴν πατρῴαν παραγενόμενος, καὶ πόλιν ἀναστήσας, παραλαβών τε τὸν στρατὸν, μετῴκισεν εἰς Ἰταλίαν. In his istud ἀνῄει σὺν τῷ πατρὶ idem est, quod: *in interiora terrae profectus est*, sc. versus Pallenen promontorium et adjacentia. Timuit enim aliud naufragium in praeternavigatione promontoriorum, velut Xerxes postero tempore (Herodot. 7, 21.). Pro Ἀνθέμου lege Ἀνθεμοῦντος, cum forma Ἄνθεμος sit nihili. Hicque fluvius s. rivus bene situi urbis Galatz convenit, in quam urbem via eorum ducit, qui a monte Atho venientes Thessalonicam petunt. In seqq. pro *Πυάνῃ* legi volunt *Πύδνῃ*, adversante itineris tenore. Tum enim Troes in sinistro sinus Thermaei latere versabantur, necdum ad oppositum latus, ubi Pydna, progressi erant. Ego, si quid in scholiastae loco mutandum erit, legam *Παλήνῃ* (*Παλλήνῃ*): ea enim habuit alia Troianae antiquitatis monumenta, coll. hac Dissert. pag. 9. Alia de his regionibus supra tentavi in expositione sinus Thermaei pag. 217 sq. De monte Atho, Aeneae sacro, v. Livium 45, 30.: *Portus ad . . montem Atho: Aeneae vocant hunc.* Is portus in orientali Atho litore quaerendus erit, coll. schol. Homeri supra allato; qui locus Leakium effugit, cum de hoc Aeneae portu ageret (Trav. in north. Greece Vol. III. p. 484.)

76) Teste Livio 44, 10. fuit Aenea *adversum Pydnam posita.* Ergo sedes ejus quaerenda in ruinis quibusdam prope litus, ex occidente oppiduli hodierni Panomi. Alias ruinas e septentrione antecedentium ostendit tabula Cousineriana.

quoque laudat in Beschreibung des Morgenlandes (Erlangae 1792. Vol. III. p. 213.): *Wir blieben zu Ravanah,* [77]) *und am 17. kamen wir etwa zehen Meilen von Salonika in eine schöne Ebene, worin ein kleiner Strom läuft, welcher der Chabrius seyn muss.* [78]) His adde Anglum *Hunt* in Walpolii memoriis (Londini 1817. p. 229 sq.): *At seven on the next morning we left Gallitza, and crossed an extensive plain, and at half-past nine reached the beautiful village of Basilika .. The are detached from each other, and have separate veneyards, gardens or mulberry-plantations, and the whole place breathes an air of wealth and comfort, which we had not witnessed since landing at Athos ... At half-past ten we intered the immense plain, which extends as far as Salonica.* Definiunt hi scriptorum loci, si quid aliud, Anthemuntis situm; nec valde quis errabit, qui urbem veterem in aliqua novitia repererit, e. g. *Basilica*, vel *Galatz*. Nobiscum facit Od. Müllerus in tabula geographica, libro suo de Macedonibus annexa. In censura vero itinerarii Cousineriani (Götting. Gel. Anz. 1833. p. 1261.) cum Cousinerio facere videtur, qui Anthemuntem, nullo veteris scriptoris testimonio allato, juxta Bolben lacum ponit: vix recte, si quid intelligo, coll. Thucydide supra allato. Sic enim Anthemus Mygdoniae tribuitur, quam tamen ab Anthemunte claris verbis discernit Thucydides ll. cc. Leakius tamen (ut Cousineryus)

---

77) Urbem Ravanam (Ravaniam) tabulae geographicae Mygdoniae assignant, e meridie Bolbes lacus. Hoc tamen cum itinere Pocockii, qui ab Atho monte veniens Thessalonicam petebat, non convenit. Ravana in Chalcidice quaerenda est, prope urbem Galatz.

78) Pocockius rivum significare videtur, in cujus valle sunt oppida Basilica et Galatz. Alii cogitabunt de rivo oppiduli Panomi, e meridie vallis rivique antecedentis. De his omnibus v. nos p. 10, 62. 217 sq. 254 sq.

prope lacum Langazae Anthemuntem collocat (Trav. in north. Gr. Vol. 3. p. 450.): nec hoc recte. — Ut omnis Chalcidice, sic etiam *Cissus* urbs et mons agri Thessalonicensis pars fuit. Quid? quod prisco aevo incolae Cissi a Cassandro Thessalonicam transpositi sunt cum civibus Chalestrae atque Aeneae. Epitomator Strabonis libri VII. fin. §. 10.: *Μετῴκισεν δὲ* (Cassander) *τὰ πέριξ πολίχνια εἰς αὐτὴν* (Thessalonicam), *οἷον Χαλέστραν, Αἰνείαν, Κισσὸν καί τινα ἄλλα.* Quodsi epitomator oppida illa enarravit ordine naturali, Cissus post Aeneam ponenda videbitur itinere meridionali, vel etiam e latere ejus orientali. Utut statuas, prope Thessalonicam fuit Cissus (*τὰ πέριξ πολίχνια*), et Cousinerii tabula geographica montem cognominem nimis a Thessalonica removet, ut sit idem cum monte *Salmon* prope ad Athon. Mons Cissus est inter altiores Chalcidices (Lycophr. 1236.); Xenophontis aevo (de venat. XI, 1.) leones nutrivit cum aliis belluis. De Cisso videatur Müllerus, über die Wohnsitze des Maced. Volks p. 34. Leake Travels in north. Greece Vol. 3. p. 453.

C. *Ager orientalis* (secundum Cameniatam e laevâ Chortaeti parte). Is campus (i. e. potiora Mygdoniae) iis peragrandus est, qui Strymonem Amphipolinque petunt, continetque duos lacus, quorum majorem in lacu veterum *Bolbe* invenio (Thucyd. I, 58. IV, 103.). Minor praeter alia nomina nunc urbis vicinae *Langaza* nomen habet, major urbium Turcicarum *Beschik* (majoris et minoris).

De his lacubus videatur Paulus Lucas in Voyage ed. 1720. T. I. p. 41. 43. Cousiner. l. c. Vol. I. p. 112 sqq. Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosn. p. 79. 83. Cum Cameniatae loco de hac agri Thessalonicensis parte ejusque lacubus, quem attuli pag. 250 sq., maximopere comparandus est Nicephorus Chumnus orat. ad Thessalonicenses (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 140.): *Αὖθις δὲ πρὸς ἕω πηγὰς ἀνέῤῥηξε μεγάλας, καὶ διελομένη τὴν γῆν, τὴν μὲν λίμναις*

ἀνῆκεν ἐπὶ μακρὰν προϊούσαις, τὴν δὲ γεωργίαις ἀπένειμε, τὴν δὲ βοσκήμασιν ἀφῆκε ποηφόρον εἶναι, ἰδεῖν τε καλλίστην οὕτως (?) ἠμφιεσμένην, καὶ θρέψαι ταῦτα καὶ λιπῆναι πασῶν ἀρίστην. Ἔστι γὰρ οὐδὲν ἀργὸν οὔτ' ἄκαρπον τῶν περὶ τὴν πόλιν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ κάλλους καὶ τὸ χρήσιμον εὐθὺς παρέχει. Καὶ τοίνυν τῶν ὑδάτων ταῦτα γονιμώτατα τῶν ἄλλων πάντων, καὶ ἁμιλλῶνται λίμναι πρὸς ποταμοὺς, καὶ ποταμοὶ πρὸς λίμνας, ὁπότεροι μᾶλλον πλείω καὶ κρείττω δωροφορήσουσι τῇ πόλει· ἁμιλλᾶται δὲ καὶ χέρσος, τὰ παρ' ἑαυτῆς εἰσφέρουσα πλουσίως. Nicephoro Chumno haec scribenti ante oculos versatum fuisse Cameniatam, ego vix dubitem, item Jo. Anagnostae narratione Turc. cap. 2.: Ἐπειδὴ δὲ πρὸς θρέμμα ταύτης (urbis) τὸν λόγον ποιοῦμαι καὶ ἀκριβέστερον ἢ πολλοὺς ἄλλους τὰ κατ' αὐτὴν ἐγνωκότα, μάτην οἱ μακροὶ περὶ τούτων λόγοι, καὶ ἡ περὶ τῆς θέσεως μεγέθους τε καὶ κάλλους, καὶ τειχῶν ἀσφαλείας, καὶ προσέτι τοῦ εὖ κεκρᾶσθαι, καὶ τῶν ἄλλων ἀκρίβεια· καὶ μάλισθ', ὅτι πρὸ μακρῶν ἐτῶν τὰ περὶ τῆς πόλεως ἕτεροι φιλοπόνως ἄγαν δυνάμει λόγου καὶ ῥητορικῆς εὐγλωττίας δεινότητι ἠκριβωμένως ἐξέθεντο, καὶ μετὰ τὴν πρώτην πασῶν εἰπεῖν λαμπροτέραν πολλαῖς ἀποδείξεσιν φῆναι ταύτην ἐσπούδασαν. Nicephorum Chumnum, a Boissonadio editum, quominus respici putem, maximopere obstat, quod is scriptor non adeo multis ante Jo. Anagnostam annis vixit, sc. sec. XIV., Joannes initio seculi XV. Chumnus deinde copiose antiquitatem urbis, hospitalitatem, senes urbis Abraamiaeos (hospitalitas), denique S. Demetrium laudat, multo brevius urbem cum agro; quod is probabit, qui orationem Chumni ad cives Thessalonicenses habitam sciverit, non ad extraneum, urbis ignarum. Id ipsum vero de Cameniatae quoque narratione valet, quae ad amicum quendam extraneum, Demetrium, missa fuit, de urbe ejus-

que rebus erudiendum (cap. 1. 2. 78. 79.). Neque praetermittendum videtur, discrimen illud a nobis statutum ab Joanne quoque Anagnosta narrationis capite secundo statui; unde satis elucet, Nicephorum Chumnum non spectari, multo minus Demetrium Cydonium, cujus monodia eodem fere aevo (a. 1346) civibus Thessalonicensibus, cum laude urbis breviori, scripta est; neque Eustathii Normannicam narrationem, a me ex tenebris diutinis protractam, quae urbem initio quidem et fine aliquoties, ut aliae ejusdem orationes, praedicat,[79]) sed tota ferme est in regno Alexii II. atque Andronici Comnenorum (1180—1185) et bello Siculorum Graeco describendo, nullique posthac innotuisse videtur, praeter Nicetam coaevum, sed Eustathio juniorem, in Andronico Comneno I, 9.: *Καὶ τοιαῦτα μὲν (ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα εἰπεῖν) οἱ Θεσσαλονικεῖς πολιορκηθέντες ἔπασχον· ἃ καὶ εἰς ἰδικήν τινες ἀπέτεμον συγγραφήν, καὶ τὴν ἱστορίαν εἰς τὸ πολύστιχον ἐφακέλωσαν.* De sola igitur Cameniatae narratione Sarazenica cogitare Joannes Anagnosta potuit, quae cap. 3—11. doctis sane atque elegantibus laudibus civitatem tollit, vix de inedita Theoduli s. Thomae Magistri, sec. XIV. scriptoris, oratione, ab A. Maio quondam promissa; quae, ut reliqui tractatus modo memorati, solos Thessalonicenses spectare dicitur, non homines alienos atque extraneos. Quod vero sub finem Joannes Anagnosta dicit, Thessalonicam fuisse secundam dignitate dictam ab illis scriptoribus post Constantinopolin, id apud Cameniatam quidem non occurrit, sed apud Cantacuzenum hist. III, 93.: verum talia inter locos panegyricorum rhetorumque communes numeranda sunt, estque idem Cameniatae urbem laudantis sensus, quamquam disertis hoc verbis non significat.

---

79) Est scripta initio anni 1186. (Opuscc. p. 268, 22 sqq.)

Recurro ad lacus campumque orientalem. Initium et finem faciat Herodoti locus de lacu *Prasiade*. Is igitur libro 5, 17.: *Ἔστι δὲ ἐκ τῆς Πρασιάδος λίμνης σύντομος κάρτα ἐς τὴν Μακεδονίην. Πρῶτα μὲν γὰρ ἔχεται τῆς λίμνης τὸ μέταλλον, ἐξ οὗ ὕστερον τουτέων τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρης ἑκάστης ἐφοίτα· μετὰ δὲ τὸ μέταλλον, Δύσωρον καλεόμενον οὔρος ὑπερβάντα, εἶναι ἐν Μακεδονίῃ.* De hoc lacu, soli Herodoto (h. capite et capp. 15. 16.) memorato, [80]) pugnam haud levem doctorum exortam constat. Larcherus (ad Herodotum 5, 17.) eundem esse contendit cum lacu (immo campo palustri) urbis Philipporum, quem ego in Viae Egnatiae expositione illustrabo. Male Franco-Gallus, qui nullam suspicionis suae rationem reddidit. Metalla enim Philipporum urbis in monte vicino Pangaeo quaerenda sunt, non prope montem Dysorum. Ab hoc autem, metallis Herodoteis contiguo, *est via* (quod potissimum in hac disquisitione) *admodum brevis in ipsam Macedoniam*, i. e. in terram Axianam e mente Herodoti Thucydidisque, coll. Müllero *über die Wohnsitze etc. des Maked. Volks.* Berolini 1825. p. 11. 29. Igitur de valle Philipporum, ut sede lacus Prasiadis, nemo cogitabit.

Nonne vero in superioribus Strymonis regionibus Prasiadem quaeremus? Visum hoc Mannerto (Geogr. der Gr. und Röm. Vol. 7. p. 495 sq.), qui ibi plures lacus esse contendit, nullum et ipse scriptoris testimonium afferens. Forsan tamen Plinium respexit H. N. 4, 10 (17): *Dein Macedoniae terminus amnis Strymon, ortus ex Haemo. Memorandum, in septem lacus eum fundi, priusquam dirigat cursum.* Sed videtur is ipse locus corruptus esse, si quis alius

---

80) Lacum nostrum, licet nomine non allato, respicit Aelianus H. A. 17, 13., ubi *λίμνη Παιονὶς* idem esse debet quod *λίμνη Πρασιάς*, coll. piscibus, jumentorum cibo inservientibus, quos uterque locus memorat, Herodoteus atque Aelianeus.

Plinii. Namque ne Latinum quidem est illud obscurum *dirigat cursum*; aut lacunam statues post haec verba. Deinde ipse lacuum numerus suspicionem movere doctis debebat. Etenim lacus quosdam prope Strymonis fontes habent quidem novitiae tabulae regni Turcici geographicae, incertum, quo vetustatis testimonio usae, forsan solo Plinio: tacent enim alia geographiae et historiae documenta. Videatur imprimis Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia pag. 87—94.; qui scriptor perquam diligens fluvios lacusque, ubiubi sunt, memorare in urbium sua enumeratione haud negligit. Tu mecum Plinii verba sic legas: *Memorandum, in Cercinem lacum eum fundi, priusquam dirigat cursum* [*in mare*]. Vel pro *dirigat* eliges *finiat*. Cercinitis enim lacus ab aliis scriptoribus, et quidem ratione plane parili, cum Strymone fluvio jungitur. Pomponius Mela 2, 2, 9.: *Strymon .. amnis est, longeque ortus et tenuis, alienis subinde aquis fit amplior; et ubi non longe a mari lacum fecit, majore, quam venerat, alveo erumpit.* [81]) Arrianus exp. Alex. I, 11.: Ἦν δὲ αὐτῷ (Alexandro M.) ὁ στόλος παρὰ τὴν λίμνην τὴν Κερκινίτιν, ὡς ἐπ' Ἀμφίπολιν καὶ τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς (in lacu Cercinitide, prope Amphipolin Strymonisque ostia).

Ergo hic lacus, *Cercine,* [82]) inquam, ab Herodoto innuitur? Praeter alia obstat nomen, quod apud Graecos non duplex in eadem re fuisse puto, non magis, quam in Bolbe lacu. Dein

---

81) Ibi Gronovius: „Quod indicium est, in fundo istius lacus esse quandam opportunitatem aliarum aquarum, ex ima terra in eum scaturientium(?)." Addere debebat Gronovius fluvios rivosque, maximopere e Philipporum valle et Serrarum regione in eum illabentes.

82) Cercinem', licet nomine ejus non allato, primus memorat Thucydides 4, 108.: Ἄνωθεν μὲν μεγάλης οὔσης ἐπὶ πολὺ λίμνης τοῦ ποταμοῦ (Strymonis). I. e. *cum supra fluvium magnus sit longusque lacus.*

ne a Cercinitide quidem via est *admodum brevis* in Macedoniam veteris sensus. Ceterum Britannus Leakius (Travels in northern Greece cap. XVI. Vol. 3. p. 209 sqq.) Prasiadem eandem esse putat cum Cercine (Strymonia), argumentis nisus, admodum, ni egregie fallor, debilibus. Certe Herodotus nil omnino probat, multo minus Arrianus. Idem ibidem (p. 231 sq.) a veteribus Bolben superiorem et inferiorem discretam fuisse autumat, nullo allato argumento.

Venio ad *Bolben* lacum, quem primus memorat Aeschylus Pers. 486. ed. Wellauer.: *Βόλβης δ' ἕλειον δόναξ.* Sequitur Scylax, alii. Ille igitur cap. 67.: *Ἀρεθοῦσα Ἑλληνὶς, Βολβὴ* (hoc accentu) *λίμνη, Ἀπολλωνία Ἑλληνίς.* Adde Thucydidem I, 58. IV, 103., quo posteriori loco Bolbe lacus in mare exire dicitur. Aristoteles H. A. 2, 12. ed. Schneid.: *Περὶ τὴν λίμνην τὴν Βόλβην, ἐν τῇ καλουμένῃ Συκίνῃ.* Stephan. Byzant. v. *Βόλβαι· ἔστι καὶ Βόλβη πόλις καὶ λίμνη.* Eam urbem, Macedonicam puto, praeter Stephanum nemo, sic videtur, memoravit. Fuit forsan non diversa a Cretensium colonia, quam apud Bolben lacum invenio, duce Cantacuzeno hist. 2, 25. 3, 12. Habetque *Bolbum* (sic) castellum ibidem locorum Procop. de aedif. 4, 4.: *Αὐλὼν, Βολβὸς,* coll. Thucyd. 4, 103 (de Aulone urbe, non solum convalle, ut Gatterero visum). Cantacuzenus vero solus Byzantinorum, quos habemus, scriptorum Bolben vetere nomine memorat 2, 25. [83]) Hic igitur lacus quibusdam (Danvillio, Gatterero) is esse videtur, qui apud solum Herodotum Prasiadis nomine occurrit. Verum incredibile mihi semper visum est, coaevos scriptores, Herodotum et Thucydidem, terrae Macedonicae bene gnaros, unum eundemque lacum duplici

---

83) Bolben Belonius (Observ. fol. 52. ed. II.) etiam *Conios* dici narrat, praeter nomen vulgare *Beschik.* Est Conios pagus e meridie Bolbae.

nomine nuncupasse. Et Bolbe in mare se exonerat (Thuc. IV, 103., coll. Belon. observ. fol. 55.); de Prasiade hoc tacetur (Herodot. V, 15—17.).

Restat, ut de lacu *Langazae* s. *Lansae*, aliis *S. Basilii*, item *Polianae*, cogitemus, de quo videatur Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosn. pag. 79.: *Der See Lansa liegt zwischen Seres, Salonik und Sidrekaïssi, nahe der Strasse, auf einer erhabenen Fläche, und hat 7 Miglien im Umfange: die grösste Tiefe ist 4½ Ellen, und meistentheils ist er blosser Sumpf ohne Fische. Im Winter hingegen hat er keinen Mangel an Wasser. An den Ufern desselben ist ein Dorf, von Griechen, Serviern und Moldauern bewohnt.* His accedat Clarkius (Travels etc. parte II. sectione III. cap. XII. pag. 376 sq.): *We then descended into the very extensive and fertile plains of Lagadno* (Lachana? Langada? Lansa?) *and Baleftchino; so called from two villages having these appellations. The land here is low and marshy. Upon the south-western side of this plain is a large lake: it was upon our right, our route being south-east. This lake is called that of St. Basil: it is perhaps smaller during the summer, because it seemed to us to bear the marks of being flooded: a small river runs into it.* Idem ibid. p. 378. de lacu Bolbe: *We then descended towards another lake, which was upon our right, and of greater magnitude than that of St. Basil . . It extends at the feet of this chain of mountains, from west to east; and is called the Lake Beshek. There are two towns of the same name, the Lesser and the Greater Beshek . . It is about twelve miles in length, and six or eight in breadth. The plain, in which this lake lies, may be considered as a continuation of the same plain wherein that of St. Basil, or St. Vasili, is placed.* De utroque lacu et planitie Mygdoniae addatur Walpolius Clarkii ibidem p. 379. not.: *At seven hours' distance from Sa-*

*lonica we reached Klissala; passing, on the right, two beautiful lakes, and two towns, called the Greater and the Lesser Beshek. Of these lakes, the first and smallest appeared to be twelve miles in circumference: the larger may be fifteen miles in length, and five in breadth. Many kinds of fish are caught in them, said to be excellent. It is not easy to point out the names which the lakes antiently bore: Johannes Cameniata* etc. Sequitur deinde apud Walpolium Cameniatae locus a nobis supra allatus p. 250 sq. Cousinéry Voy. dans la Macédoine Vol. I. p. 112 sqq.: *Deux lacs, un grand bois et des prairies intermédiaires conservaient, et conservent encore, dans une grande partie de cette plaine* (sc. Mygdoniae), *pendent tout l'été, une fraîcheur propre à renouveler la floraison des plantes ... L'histoire n'a pas conservé le nom qu'avait autrefois le petit lac: il prend aujourd'hui celui de Langasa, d'un village situé vers ses bords. Un lac plus grand, dont la circonférence est de dix à douze lieues, et qu'on nomme Bechik, se nommait, dans l'antiquité, le lac de Bolbe ... Parvenus au pied de la montagne par un chemin pierreux et pénible,* [84]) *on traverse les belles prairies de Clisseli, et dès qu'on a atteint la partie gauche du grand lac, la route se resserre tout d'un coup, entre la Bisaltique et le lac, et devient parfois impraticable, à cause des torrens que l'on rencontre à chaque pas. Sur ce passage, on trouve deux villages, l'un nommé Kutschuk Bechik, petit berceau, et l'autre Buiuk Bechik, ou grand berceau. Les habitans de ces deux villages, presque tous Turcs, s'adonnent principalement à la pêche, et n'ont que très-peu de terres à cultiver dans l'interieur de la forêt.* Idem deinde Cousine-

84) Paulus quoque Lucas (Voyage. Amsterd. 1714. T. I. p. 202.) iter inter lacum Langazae et Thessalonicam difficilimum dicit.

rius agit de variis Bolbes piscibus (pag. 114.), ut diu ante ipsum Belonius (observ. cap. 53.). De utroque lacu v. quoque Paulum Lucam in Voyage Vol. I. ed. Amsterdam 1714. pag. 202.

Attuli viatorum doctiorum verba ipsa, ut facilior inde lectoribus copia judicandi praestetur. Attigi Philipporum vallem ejusque lacum (immo planitiem uliginosam, ἕλος, ut cum Appiano loquar b. civ. 4, 105.); egi de lacu Cercinitide; postremo de Bolbe, nullum horum lacuum confundendum esse monens cum Prasiade Herodoti.

Jam vero ubi locorum hic lacus quaerendus erit? Cousinerio (l. c. Vol. I. p. 93 sq.) idem esse videtur cum lacu urbis Doberi (*Doïran, Toïran, Tuiran, Tuilan*) in superiore Macedonia, de qua urbe cum lacu v. Hadschi Chalfam l. c. p. 90. [85]) Ibi tamen metalla argenti, quae habet Herodotus, non inveniuntur; neque omnino Herodotea Prasiadis lacus et piscationis descriptio cum lacu urbis Doïran convenit.

Müllerus (Ueber die Wohnsitze .. des Makedon. Volks pag. 30.) Prasiadem cum monte Dysoro in Macedonia veteris sensus cis Axium ponit, *e septentrione urbis Edessae*. Ibi vero nullum lacum monstrant tabulae Turcici regni geographicae aliaque historiae et geographiae documenta. Edessae autem, dein Ostrovae, postremo Castoriae lacus alienos ab hac quaestione esse, unusquisque concedet: neque etiam Müllerus talia voluit, Prasiadem inter Edessam et fluvios collocans, qui Axio medio vel superiori a latere ejus dextro (occidentali) miscentur.

Sed ipsum jam Herodotum diligentius inspiciamus. Is refert (5, 13 sqq.), Darium, Persarum regem, instigatum a Paeonibus quibusdam (*hi narrabant, Paeoniam esse ipsi*

---

85) Cum lacu Doberi eandem esse putat Cercinam Müllerus Maced. pag. 20. not. Sed Cercina in mare exit (Arrian. Exp. Al. I, 11.), non lacus Doberi (Doïran).

*Strymoni fluvio adjacentem*: εἴη δὲ ἡ Παιονίη ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πεπολισμένη), misisse Megabazum in Thraciam, ut Paeonas in Asiam transponeret. Ab hoc Paeonas victos, inque Asiam transpositos, sc. Siropaeonas, Paeoplas et reliquos, qui usque ad Prasiadem lacum sedes habebant. Ab eo non subactos fuisse Pangaei montis accolas, item Doberas, Agrianas, Odomantas, *Prasiadis lacus accolas*. Num igitur Echedorum (Gallicum) Magabazus transgressus est, vel adeo Axium? Tacet de ea re Herodotus. Accolas quosdam Strymonis inferioris subjugavit Persa, non Axii, ad quem progressos tum barbaros apud Herodotum non legimus; immo ne accolas quidem litoris Axiani sinistri. Hoc neminem latebit Herodoti diligentiorem lectorem. Megabazus ipsam veteris sensus Macedoniam, in Axii litore dextro sitam, hostili manu nunquam petivit, ergo nec Prasiadem attigit, quam cum Dysoro monte ibidem, i. e. in latere Axii occidentali Müllerus collocat l. c. p. 30.

Quid multa? Prasias lacus Mygdoniae occidentali assignandus est, non diversus a lacu urbis *Langazae*, s. *S. Basilii*, s. *Polyanae* (Polianae). Quod ut statuam, praeter antecedentia faciunt haud levis momenti rationes sequentes.

Earum prima argenti metalla spectat, quae prope hunc lacum collocat Herodotus 5, 17. Horum vero metallorum memoria non omnis intercedit inter Macedonas hodiernos Turcasque eorum dominos. Quid? quod etiamnunc ista metalla exercentur, teste Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosnia p. 82.: *Sidrekaïssi*, [86]) *östlich von Salonik, beiläufig* 3 *Far-*

---

86) Nolis hunc locum confundere cum *Siderocastro* Cantacuzeni hist. 2, 38., de quo etiam Hadschi Chalfa agit in Rumel. et Bosn. p. 83.: *Timurhissar*, 13 *Tagreisen von Konstantinopel; eine halbe Tagreise nordwestlich von Serès . . . ein kleines, festes Schloss auf einem steilen Felsen. Es heisst auch Demürhissar (Eisenschloss). Da man desselben nicht bedarf, so ist es fast ganz verfallen.* Huc quoque

*sangen vom Meere, und* 12 *Tagreisen von Konstantinopel entfernt; ein kleiner Ort. Wenn man nach Salonik geht, bleibt Beschikler in derselben Linie* [87]) *links. Es* (Sidrekaïssi) *liegt südlich von Seres,* 2 *starke Tagreisen davon entfernt. Da Silberminen in der Nähe sind, so ist hier ein Münzhaus . . Die Minen befinden sich auf der Südseite, an dem Saume eines grossen, steilen Berges, dessen Holz zu den nöthigen Gerüsten und Maschinen des Bergwerkes verwendet wird. Der Berg ist gleich lang und breit, und hat etwa* 10 *Farsangen im Umfang.* Situm igitur oppidi Sidrekaïssi [88]) cum metallis argentariis bene jam nosti. Est ille inter urbem Serras Bolbenque lacum cum lacu Langazae quaerendus, huic puto proprior, quam Bolbae. Metalla autem lacui propiora sunt, quam oppidum. [89])

---

non pertinet locus tabularum geographicarum *Siderocapsa* (secundum Belonium), quem e meridie Bolbes ponunt. Est vero hoc quoque metallum, coll. Belonio (observat. c. 49 sqq.).

87) I. e. *Sidrekaïssi* est e septentrione *Besckikleri*, qui locus est e meridie Bolbes.

88) Belonius (observatt. cap. 50 sqq.) habet metalla auri argentique, nomine *Siderocapsa*, e meridie fluminis, quod Bolben lacum in mare Strymonium emittit, prope viam, quae per Chalcidicen orientalem ad Atho montem ducit. Haec metalla habet quoque tabula geogr. Lapieana. Cousineriana ibidem locorum solummodo habet vocem „mines"; ubi incertum, Cousineriusne metalla ipse inviserit. Hadschi Chalfae Beloniique metalla diversa esse patet. De Belonii loco v. Nos in Via Egnatia.

89) Excerpta e Strabonis libro VII. §. 17.: *Ὅτι πλεῖστα μέταλλά ἐστιν χρυσοῦ ἐν ταῖς Κρηνίσιν, ὅπου νῦν οἱ Φίλιπποι πόλις ἵδρυται, πλησίον τοῦ Παγγαίου ὄρος. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Παγγαῖον ὄρος χρύσεια καὶ ἀργύρεια ἔχει μέταλλα, καὶ ἡ πέραν καὶ ἡ ἐντὸς τοῦ Στρυμόνος μέχρι Παιονίας. Φασὶ δέ, καὶ τοὺς τὴν Παιονίαν γῆν ἀροῦντας εὑρίσκειν χρυσοῦ τινὰ μόρια.* Interpretabor memorabile Strabonis excerptum, nemini puto diligentius inspectum; pro quo utinam integer quandoque summi geographi locus reperiatur! Strabo igitur locutus videtur de

His accedat secunda ratio. Teste Herodoto 5, 16. barbari, quorum erat Prasias, lacum ipsum ita incolebant, ut haberent domos palis superstructas aquaeque impositas. Ubi quaeri posse videtur, aquamne toto anni spatio infra suas aedes illi homines habuerint, nec ne? Ego posterius ita statuo, ut loco palustri quidem irriguoque, nec tamen per omnem annum undis operto, casas suas imposuerint. Sic factum, ut per hiemem aquae ipsi inhabitarent, aestate non item. Eadem aedes exstruendi ratio vel hodie reperitur apud Cosaccos Donicos, quorum metropolin *Tscherkask* eodem plane modo aedificatam referunt (Heber ap. Clark. itinerar. Vol. I. pag. 296 sq. ibique tab. aeri incisa). Ejus enim civitatis aedificia palis superstructa sunt, ad evitandam fluvii Tanais exundationes, qui tum lacus speciem refert. Eadem plane, cum Herodoto mirifice conspirantia, de barbaris quibusdam Americae meridionalis, Orinoci fluvii accolis, narrantur. Videatur Alexander de Humboldt in libello: *Ansichten der Natur, mit wissenschaftlichen Erläuterungen.* Stuttg. et Tub. ed. II. 1826. T. I. p. 26.: *Weit berühmt sind die Vortheile dieses wohlthätigen Lebensbaumes* (Moriche, Mauritia, coll. Hum-

---

serie quadam fere continua metallorum nobiliorum inter Philippos Axiumque inferiorem. Crenidarum (Philipporum, ut volunt) metalla e septentrione atque oriente hujus urbis quaerenda esse puto, Pangaeum vero montem ejusque metalla, ab antecedentibus diversa, inter Philippos et lacum Cercinem cum Strymone inferiore. Alia metalla Strymoni inferiori idem locus applicat, tam a parte ejus orientali, quam a parte occidentali. Posterior pars ea est, ubi ego metalla Mygdoniae occidentalis, prope lacum Langazae, invenisse mihi videor. Auri vero particulae, ab agricolis Paeonibus erutae, non diversae erunt ab auri ramentis, quae Echedorus (Gallicus) fluvius, Thessalonicae proximus, vehere dicitur, coll. Etymologici magni loco infra citando, et quidem in Axii expositione, ubi de Echedoro agam. Auri metallum prope Rendinam attigit Paulus Lucas in Voyage. Amsterdam 1720. Vol. I. p. 44.

boldt. l. c. pag. 153.). *Er allein ernährt am Ausflusse des Orinoco die unbezwungene Nation der Guaraunen. Hängematten, aus den Blattstielen des Mauritia gewebt, spannen sie künstlich von Stamm zu Stamm, um, in der Regenzeit, wenn das Delta überschwemmt ist, nach Art der Affen auf den Bäumen zu leben. Diese schwebenden Hütten werden theilweise mit Letten bedeckt. Auf der feuchten Unterlage schüren die Weiber zu häuslichen Bedürfnissen Feuer an. Wer bei Nacht auf dem Flusse vorüberführt, sieht die Flammen reihenweise auflodern, hoch in der Luft, von dem Boden getrennt. Die Guaraunen verdanken die Erhaltung ihrer physischen, und vielleicht selbst ihrer moralischen Unabhängigkeit dem lockeren halbflüssigen Moorboden, über den sie leichtfüssig fortlaufen, und ihrem Aufenthalt auf den Bäumen.* Ea omnia quam bene in lacu murbis Langazae quadrent, vel me non monente perspicies. Is enim durante aestate aqua fere caret, hieme undis non destituitur, monente Hadschi Chalfa l. c., cujus locum supra attuli p. 264. [90])

Hunc igitur pro Prasiade Herodoti habeo, futurosque Macedoniae visitatores mecum concenturos spero, qui nec duplex istud piscium genus, in hac ventilatione geographica nonnullius momenti, negligent, quos eidem paludi Herodotus assignat (5, 16.): dicuntur apud eum *πάπραξ* et *τίλων*. [91])

---

90) De Macedoniae lacubus loquitur Eunapius quoque hist. c. 49. (Dexippus etc. ed. Bonn. p. 85.): *Οἱ βάρβαροι ἐπὶ τὸ σύνηθες ἀνέδραμον σόφισμα, καὶ κατέδυσαν ἐπὶ τὰς Μακεδονικὰς λίμνας* (Gothi a. 388. regnante Theodosio M.). Idem memorat Zosimus 4, 45. 48. Bolben silvasque vicinas significari puto.

91) Prasiadis nomen a prasino colore descendere potuit, cum aestatis tempore sicca fere palus sit, ideoque viridi puto colore insignis. An respicitur Cretica quaedam colonia, quam in lacu vicino, Bolbe, aperuit Cantacuz. histor. 2, 25. 3, 12.? Tum cogitabis de urbe Cretica Praeso s. Praso, coll. Herodoto 7, 170. ibique Baehr. Ceterum labrax (lupus piscis) in Bolbe capitur, referente Athenaeo 7, 86.; unde in Herodoto quoque

Mecum in Prasiadis loco definiendo consentire videtur Meletius geogr. Vol. II. pag. 473. ed. Gaz.: *Ἐν τῇ Μακεδονίᾳ εἶναι καὶ λίμναι, ἐκ τῶν ὁποίων ὀνομαστὴ εἶναι ἡ Πρασιὰς, ἡ ὁποία κοινῶς λέγεται τῆς Πολυανῆς* (sic) *ἡ λίμνη, περὶ τὴν ὁποίαν εἶναι πολίσματα τανῦν ἡ Πολσανὴ* (sic), *κοινῶς Δρογριάνι, θρόνον ἐπισκόπου ἔχουσα ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην, καὶ Παζαροῦδι. Περὶ δὲ τὴν λίμνην τῶν Μπεσικιῶν κεῖται τὸ Ἀρδαμέριον, πόλις ποτὲ, καίτοι τανῦν ἐρίπειον* (l. *ἐρείπιον*), *ἔχουσα θρόνον ἐπισκόπου ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης μητροπολίτην. Γαλάτιστα, καὶ ἄλλαι. Πολυανὸν καλεῖται καὶ ὄρος τῆς Μακεδονίας, καὶ ἄλλα διαφόρου ὀνόματος.* In his *Polyana* (*Poliana*) Meletii eadem mihi esse videtur cum *Apollonia,* quam post lacum puto Bolben, itinere occidentali, memorat Scylax cap. 67. Apolloniam supra tetigi in Mygdoniae expositione pag. 238., iterumque tangam in Via Egnatia. Nomen oppidi *Drogriani,* quod in Polianae nomen successit, in monumentis Turciae geographicis nondum inveni. A Drugubitis meis (Dissert. histor. p. 53. 54.) plane diversum puto. Oppidum *Baltza,* ab occidente et septentrione lacus Langazae, praestant tabulae geographicae regni Turcici, quod aliquis cum *Polsana* Meletii comparabit. Sed Baltza vox Albanorum est. *Pazarudi* non est in obscuro. Respondet oppido Turcico *Basargahi-Dschedid* (forum novum), quod est

---

*λάβραξ* legendum putabis, cum sit Herodoteum *πάπραξ* vere *ἄπαξ λεγόμενον*, coll. Larcher. ad Herod. l. c. In eandem paludem, eodem Athenaeo referente (8, 11.), duo fluvii se exonerant, Ammites atque Olynthiacus. In posteriorem Anthesterione et Elaphebolione mensibus quidam pisciculus, nomine *ἀπόπυρις*, maximâ copiâ e Bolbe assurgit. Ibidem Apollonia, Bolbae vicina, Chalcidica dicitur, i. e. a Chalcidices incolis Olynthiacis condita. Male hanc Apolloniam in ipsa Chalcidice ponit Leakius trav. in north. Greece Vol. 3. p. 457 sq. De his v. Nos p. 239 sq.

praefecturae Sidrekaïssi, unius diei itinere a Sidrekaïssio remotum, e meridie tamen lacus Bolbes, coll. Hadschi Chalfa l. c. p. 83. Eodem loco oppidum *Bazar-Dschedid* collocant tabulae geogr. regni Turcici. Meletius locum suum *Pazarudi* magis admovet Prasiadi. *Lacus Besiciarum* est lacus *Bechik* (*Beschik*), i. e. *Bolbe*. De *Ardamerio* egi in diöcesi Thessalonicensi, ibidem de *Galitza* (Galatz Cousinerii aliorumque). Mons Macedoniae *Polyanum* (Polyanus) me latet. In fine noto, Meletium confudisse urbes utrique lacui appositas. Certe Pazarudi est lacus Bolbae.

Unicuique jam lectori apertum erit, quo equidem loco *Orbelum* montem Herodoti (5, 16.) collocem. Est mihi situs inter lacum Cercinitidem atque lacum Mygdoniae utrumque, n septentrionali Mygdoniae latere. Herodoti (5, 17.) *Dysorum* montem inter Orbelum Axiumque inferiorem quaero, ejusque finem esse puto Chortaetum, Thessalonicae imminentem. Non multum a mea de Dysoro sententia abludit Leakius l. c.

Postremo lacus minoris (Prasiadis) planitiem memorat quoque Jo. Anagnosta narratione Turc. cap. 6.: . . *Τὴν εἰς τὰ Λαγκαδᾶ τοῦ Μουράτου* (a. 1430.) . . *ἄφιξιν, καὶ ὡς οὐχὶ κἂν τὸ πεδίον εἰς πολὺ μῆκος ἐκτεταμένον ἐκεῖνο πρὸς τοσαύτην πληθὺν στρατευμάτων* (*ἀρκεῖ*).

His profligatis pauca subjungam de Rechio, Procopii fluvio (aedif. 4, 3.): *Ῥεῖ δέ τις ποταμός, Θεσσαλονίκης οὐκ ἄποθεν, Ῥήχιος ὄνομα· ὃς δὴ χώραν ἀγαθήν τε καὶ γεώδη περιερχόμενος, τὰς ἐκβολὰς εἰς θάλασσαν τὴν ἐκείνῃ ποιεῖται. Προσηνὴς δὲ ὁ ποταμός ἐστι, γαλήνιόν τε ὕδωρ καὶ πότιμον· ἐν γῇ χθαμαλῇ ἀρόματα πολλὰ, ἕλος εὔνομον. Καὶ ταύτῃ μὲν εὐδαιμονίας ἡ χώρα εὖ ἔχει. Βαρβάροις δὲ λίαν εὐέφοδος οὖσα ἐτύγχανεν, οὔτε φρούριον ἐν σημείοις τεσσαράκοντα, οὔτε ἄλλό τι ἔρυμα ἔχουσα. Διὸ δὴ ὁ βασιλεὺς παρά τε τὰς τοῦ Ῥηχίου ποταμοῦ ἐκβολὰς καὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἠϊόνα φρούριον ᾠκοδομήσατο ἐχυρώτατον, καινουργήσας αὐτὸς, ὅπερ Ἀρτεμίσιον ἐπωνόμα-*

σται. Hoc Procopii loco quominus de Echedoro fluvio cogitemus, impediunt mensurae Procopianae, quae sunt XL milliaria, coll. iis, quae exposui p. 14 sq. in antiquitate urbis et nominibus. Multo minus cum Harduino ad Plin. H. N. 4, 17 (10) fluvius aliquis, in Axium labens, eligi poterit, sc. incognitus aliunde *Rhedias* (*Rhödias*), si lectio Plinii sana; tum enim Axius potissimum a Procopio memorari debebat sinusque Thermaicus, non „*mare illud*" (θάλασσαν τὴν ἐκεῖ): Rechiusque in mare se exonerat, non in alium fluvium. Taceo quoque de mensurarum difficultate. Fluvius vero Ptolemaei (geogr. 3, 13.) *Chabrius* s. *Chabrias* prorsus rejiciendus est. Ibi enim, ut in omni fere Chalcidice, non ἕλος (uligo s. campus irriguus) invenitur; abestque Chabrius a Thessalonica sex fere (non multo plus) leucarum spatio, de quo vide Nos supra pag. 217.

Cogitandum igitur de agro Bolbes orientali, qui lacus fluvii peculiaris alveo in sinum Strymonium exit (Thucyd. 4, 103.); de quo videndae tabulae geographicae Cousinerii et Lapiei, coll. hac Dissertatione p. 263. Cum his vero mirifice concinit regionis illius Mygdonicae descriptio (p. 250 sq.), e scriptoribus Procopio posterioribus a me petita. Sed videndum quoque de milliaribus Procopii XL. Antonini Augusti itinerarium (p. 330. ed. Wessel.): *Apollonia M. P. XXXVI.* (i. e. ab urbe Thessalonica usque ad urbem Apolloniam numerantur M. P. XXXVI.). Idem itinerarium p. 320.: *Melissurgin* [92])

92) Nomen hodiedum extat. Leake trav. in north. Greece Vol. 3. pag. 461.: *On the road from Thessalonica to Apollonia of Mygdonia, a Melissurgi occurs in two of the Itineraries: this place still preserves its ancient name in the usual Romaic form of Melissurgús, and is inhabited by honey-makers, as the word implies. It was* 20 *or* 21 *M. P. from Thessalonica.* Ex hujus Meltssurgi sede quaestio pendet de ea Viae Egnatiae parte, quae Mygdoniam inter sinum Thermaeum et Strymonium penetrat. Alius locus eodem no-

*M. P. XX. Apollonia M. P. XVII.* (i. e. ab urbe Thessalonica per locum Melissurgim usque ad urbem Apolloniam numerantur M. P. XXXVII.). Unde corrigenda tabula Peutingeriana ed. Mannerti, segmento VII.: *Melissurgin XIII. Apollonia XXX.* Ultimo loco lege XX; unde efficientur M. P. XXXVIII., quae mensura ab itinerarii Antoniniani numero posteriori (XXXVII) parum abludit.

Venio ad castellum Procopii *Artemisium*, in agro Thessalonicae orientali, non alibi, quaerendum, ab urbe Apollonia paucis puto milliaribus separatum, unde Procopiana milliaria XL efficientur. Habetque tabula geographica Lapiei major vestigia castelli destructi in dextro fluminis illius latere, qui Bolben lacum in sinum Strymonium emittit. Paulus vero Lucas in itinerario a. 1714. (ed. Amstelod. 1720. T. I. p. 43.) plurium castellorum aliarumque aedium in eadem plane regione reliquias deprehendit. Artemisium igitur Iustinianeum hic locorum quaeres. Vel, quod magis placet, transito fluvio Rechio, qui Bolben in mare emittit, [93]) castellum *Rentinam*, vicino monti impositum marique Strymonio imminens, eliges; cujus nomen in voce Ῥυγχινος Actorum S. Demetrii invenies (Dissert. histor. p. 63. 64.), quae cum voce Procopiana Ῥήχιος satis convenit. Aliis vox *Rentina* [94]) cum nomine Slavorum *Rentaniorum* cognata esse videbitur, quos cum Chrobatis, Serblis, Zachlumiis, Terbuniotis, Canalitis et Diocleatibus (Slavis sc. omnibus) laudat auctor vitae Basilii Macedonis cap. 52. (Scriptt. post Theophanem ed. Paris. p. 178., ed. Ven. p. 133.). Utut statuas, Iustinianus imperator castellum suum Artemisium loco perquam opportuno im-

---

mine insignis occurrit prope ad lacum Ioanninae in Epiro, e meridie ejus. V. tab. geogr. Lapiei.

93) Hunc fluvium a veteribus Bolben inferiorem dictum autumat Leakius l. c. p. 231.; quod nullis argumentis niti video.

94) Egi de hoc loco in dioeceseos Thessalonicensis expositione (p. 65 sqq.).

posuit, ubi transitus patet ab urbe Amphipoli in peninsulam Chalcidicen, mediam Mygdoniam terramque Axianam.

D. *Ager septentrionalis atque occidentalis* (e mente Cameniatae *occidentalis*). Is habet Viae Egnatiae reliquias, quas via hodierna sequitur, Thessalonicam ducens (Beaujour Voy. milit. Vol. I. p. 199.). Initio, ubi sc. urbi contiguus est, arboribus, vitibus, fontibus, hortis, aedibus sacris abundat, coll. Barb. du Bocag. apud Pouquevillium itin. Graec. ed. II. T. III. p. 106 sq.; deinde in planitiem abit arboribus carentem. V. Cameniatae locum supra allatum pag. 252., quocum conspirat Nicephorus Chumnus orat. ad Thessalonicenses (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 139 sq.): *Ὅσα γὰρ εὐθὺς καὶ δίδωσιν* (urbs Thessalonica) *ὁρᾷν ἐκ προαστείων πανταχοῦ βάλλοντι τὰς ὄψεις, θαύματα πάντα. Ἅλση προβάλλεται καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἀεννάων, ἑαυτῆς μὲν εἰς ἀσφάλειαν, ἡδεῖαν δὲ ὄψιν τοῖς δι' αὐτῶν προσιοῦσι. Μετὰ δὲ ταῦτα πεδιάδας μακρὰς ὑποτείνει, καί γε μετὰ ῥᾳστώνης πάσης εἰσελαύνειν παρέχει. Καὶ γίγνεται μὲν μακρόθεν τοῦτο τὸ μέρος τοῖς ἐκ δυσμῶν ἰοῦσιν ὥσπερ λαμπτὴρ μέγας ἀνίσχων. Κέντρον δ' ἔρωτος εὐθὺς τοῖς κατιδοῦσιν ἐνεῖσα, κατατείνειν αὐτοὺς ποιεῖ τὸν δρόμον, σπεύδοντας εἴσω τῶν ὁρωμένων γενέσθαι. Ἵνα δὲ μηδὲν τῇ σπουδῇ σκῶλον εἴη, μηδὲ λυπῇ μηδὲν ἐκ τραχύτητος προσισταμένης, δι' ὁμαλῆς ἄγει τὸν ἐραστὴν τρέχοντα πρὸς αὐτήν, καὶ περιπτύξασθαι προτεθυμημένον.* Neque aliter vetustior Nicephoro Chumno scriptor, Timario, sec. XIII. (sic volunt) assignandus, cap. 3. (Notices et extr. des mss. Vol. 9. parte 2. p. 169.): *Ἔστι δὲ ὁ τόπος λόγου ἐπιεικῶς ἄξιος· γεωργοῖς παντοίων σπερμάτων ἀναδοτικὸς ἅμα καὶ τελεσιουργός· στρατιώταις ἡδὺς ἐνιππάσασθαι, στρατηγοῖς ἡδίων συντάξαι καὶ παρατάξαι φάλαγγας, καὶ δεξιὸς ὁπλιταγωγῆσαι, μηδέν τι διασπωμένης τῆς φάλαγγος· οὕτως ἄλιθός ἐστιν ἡ χώρα καὶ ἄθαμνος καὶ ὁμαλὴ ἐς τὰ μάλιστα.*

*Εἰ δὲ καὶ θηρεύειν βουληθείης, φαίης ἄν, ὡς ἐνταῦθα καὶ μὴ ἐρῶσα τοῦ Ἱππολύτου ἡ Φαίδρα ἐνιππάσαιτο εὐφυῶς, καὶ κυσὶ θωΰξαι, καὶ βαλίαις ἐλάφοις ἐγχρίψαιτο.* De venatu hodiernorum, quos dicunt, Francorum, Thessalonicae incolarum, aliorumque v. Clark. travels Vol. 4. p. 367 sq. Adde Leak. in Travels in north. Greece Vol. 3. pag. 260. Eundem plane campum, e conspectu Thessalonicae boreali et occidentali situm, respiciunt alii quoque aevi medii scriptores. Fulcherius Carnotensis in gestis peregrinantium Francorum ad annum 1097. cap. 3. (Gesta Dei per Francos. Hanov. 1611. pag. 386.): *Quo* (Bardario flumine) *transito, sequenti die ante urbem Thessalonicam, bonis omnibus habundantem, tentoria tendimus nostra.* Hugdieterich's Brautfahrt und Hochzeit (Herausgeg. v. Oechsle. Oehringae 1834. pag. 6.): *So soltu mit dir furen dein herlich gezelt. So du kompst fur Salneck uf das weit felt, Sclag es uff, uff dem weiten plan.* Ibidem pag. 7.: *Sie funden zu Salneck gar ein reichs felt. Uff slugen die Hern ir herlich gezelt.* Eandem planitiem pro castris tenuit Balduinus Flandrus, cum Thessalonicam introire non posset. Nicetas in Balduino c. 7. His adde Barbierum du Bocage apud Pouquevillium l. c. pag. 108.

Vides Echedorum hoc loco omitti; qui num prisco aevo, ut nostro, terras istas vastaverit, cursum suum mutaverit, stagna creaverit, iter periculosum fecerit, ego nescio. Immo veterum de ea re silentium [95]) facit, ut curam hujus torrentis

---

95) Herodotus tamen (7, 124) hanc regionem memorat, ἕλος τὸ ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῷ dicens, per quod Echedorus in mare se exoneret. Significantur campi inter Axium et Echedorum irrigui, exundationibus utriusque fluvii obnoxii, non peculiaris palus quaedam (λίμνη) inter Axii et Echedori ostia, quam nemo vidit. Herodoti ἕλος intellige sensu Homeri, apud quem est pascuum irriguum. Neque aliter Procopius (aedif. 4, 3.) Rechii agrum ἕλος εὔβοτον dixit. Sic plane intelligo ἕλος Philipporum

medio aevo majorem, quam nostro, habitam existimem; quod non mirabitur, qui sedulam noverit agriculturam, quae olim monachis maximopere, si non aliud, debebatur. De Echedoro autem s. Gallico hodierno ejusque agro praeter Nos (in fluviorum illustratione p. 282 sqq.) v. Cousinerium itin. Maced. Vol. I. pag. 60., coll. Barb. du Bocag. apud Pouquevillium l. c. pag. 108. Arboribus carere hunc campum cum Graecis testatur Beaujour voy. milit. Vol. I. p. 199.; eundem tamen perquam fertilem praedicat, licet palustrem, et peregrinantibus ob incuriam Turcarum passim periculosum.

Finem hujus planitiei, in Axii fere ora, occupat pagus *Colacia* (Culacia) recentiorum, [96]) *Chalestra* s. *Chalastra* (sic volunt) veterum. Hodiernae Colaciae habitatores piscationem maximopere exercent (Cousinéry l. c. Vol. I. p. 62. Pouquevill. it. Graec. ed. II. T. III. p. 110. Leake Trav. in north. Greece Vol. 3. pag. 438.), praedamque suam Thessalonicae vendunt; quod prisco aevo non secus fuisse autumo, coll. Cameniatae loco p. 287. allato de piscatione magnorum illius regionis fluviorum. Illi enim homines, non Thessalonicenses, Axii (Ludiaeque) ostia et portum peculiarem in sua sinus Thermaici ora tenentes, eorum locorum utilitatem sibi vindicant, coll. Cous. l. c. pag. 62. et Leakio l. c., qui piscium nomina affert. Chalestram [97]) pristino aevo alio quoque, sc.

---

apud Appian. b. c. 4, 105. Fuit tamen in hoc ἕλει Philipporum aliquid stagni (τενάγους), coll. Cantacuz. 4, 45. Colaciam (Κολάκειαν) habuit quoque Melis, coll. Theopompo Athenaei 6, 16. (p. 255. F.).

96) De ea quaedam attuli p. 61.

97) Plutarchus (vita Alex. c. 49.) oppidi nomen scribit Χαλαίστρα, gentilitium Χαλαιστραῖος. Idem caput ostendit, Alexandri M. tempore hoc oppidum satis obscurum fuisse. Aliam formam geographicam (Χάλεστρον), quam habet Diodorus Siculus libro 30. (T. II. p. 578. Wessel.), nolis cum nostro loco confundere. Ibi sc. Perseus, Macedonum rex, Chalestrum oppidulum expugnasse, atque

*Galadrae* nomine nuncupatam fuisse, e Stephano Byzantio quidam docti conjiciunt. Χαλάστρα, inquit, πόλις Θρᾴκης, περὶ τὸν Θερμαῖον κόλπον . . Στράβων δὲ ἐν ἑβδόμῃ Μακεδονίας αὐτὴν καλεῖ. Ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Χαλάστρης (adde νύμφης). Ἔστι δὲ λιμὴν, τῇ πόλει ὁμώνυμος. Ὁ πολίτης Χαλαστραῖος. Λυκόφρων (1441)· Θέσπρωτος ἄμφω καὶ Χαλαστραῖος λέων. Id. Stephanus: Γαλάδραι, πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ (?). Λυκόφρων (1444)· σάναι Γαλάδρης τὸν στρατηλάτην λύκον. Ἔστι καὶ ὄρος Γάλαδρος, ἀπὸ Γαλάδρου, τοῦ Ἡμαθίου παιδός. Οἱ δὲ, ὅτι Γαλάδρας ἔκτισε τὴν πόλιν. Ὁ πολίτης Γαλαδραῖος. Λυκόφρων (1342)· καὶ Γαλαδραῖον πέδον. Ubi notandum, tribus illis locis Lycophronem de Alexandro M. verba facere, ut Macedone; deinde lectionem Lycophronis v. 1341. fluctuare inter Χαλαδραῖον, Γαλαδραῖον et similia; versu 1441. inter Καναστραῖος, Χαλαστραῖος et Χαλαδραῖος, collato Tzetza ad h. l.; v. 1444. inter Χαλάδρης et Χαράδρης, ut etiam v. 1441. In his forma Καναστραῖος (a promontorio Chalcidices Canastraeo), quam praetulit Bachmannus in sua Lycophronis editione, rejicienda est: reliquae formae (*Chalastra, Chaladra, Galadra, Charadra*) ad idem recurrere videntur. Difficile tamen in altero Stephani loco hoc est, quod Galadras, quas a Chalastra non differre prior ejusdem locus ostendit, in Pieria collocat, quum fuerit Bottiaeae vel Amphaxitidis locus. Deinde cui id probabile videbitur, quod priore Stephani loco dicitur, Chalastram habuisse portum sibi cognominem (i. e. *Chalastram* dictum, non *Chalastraeum*)? Hinc prona se offert vocis λιμὴν mu-

---

incolarum numerum, qui in locum quendam munitum (ὀχυρὸν) confugerant, contra fidem trucidasse dicitur. Quis vero oppidum, prope regiam Pellam situm (ea erat Chalestrae sedes), a rege oppugnatum credet? Diodori Chalestrum alibi quaerendum puto.

tatio in λίμνη, quam aliis ante me placuisse video, suadente Tzetza ad Lycophr. v. 1441.: *Χάλαδρα δέ, ἡ Κάναστρον πόλις, καὶ λίμνη Μακεδονίας, ἀφ' ἧς τὴν ὅλην Μακεδονίαν δηλοῖ.*

Ubi vero quaerenda Stephani emendati palus? Respondeat primo Suidas, deinde Turcicus scriptor Hadschi Chalfa. Graecus igitur in lexico suo: *Χαλαστραῖον νίτρον, ἀπὸ Χαλάστρης, τῆς ἐν Μακεδονίᾳ λίμνης.* Hadschi Chalfa (Rumel. et Bosn. p. 81.): *Der See Jáidschiler, eine Tagreise nordwestlich von Salonik; 3 Miglien im Umfange. Das Wasser ist bitter, und es leben keine Fische darin. Im Sommer setzt sich rund herum, auf einen halben Pfeilschuss weit, weisses Salz an, womit die Bewohner Handel treiben, und das jährlich vom Aerarium verpachtet wird. Nahe dem See liegt das Dorf Aschik, dessen Einwohner Christen und Moslemen sind.* Tacent de his omnibus recentiores Macedoniae perscrutatores et viatores christiani, cum ipsorum tabulis geographicis. Duce igitur Turcico scriptore hic lacus inter Echedorum Axiumque quaerendus est, non inter Axium Ludiamque, vel adeo inter Ludiam et Haliacmonem. Ego lectores ad Echedori litus dextrum mediumque ablego.

Ceterum *salsos Macedoniae lacus* Cantacuzeni 3, 54. ab hoc Chalastraeo lacu Suidae prorsus distinguo. Fuere illi lacus (*οἱ ἁλμυροὶ προσαγορευόμενοι λάκκοι*) prope Amphipolin in dextra Strymonis ora, prope ad mare. Vide Cantacuzeni contextum l. c. Cum his λάκκοις cfr. Paulum Lucam in Voyage. Ed. II. a. 1724. p. 60., qui ibi lacum invenit, quem facit mare. Adde Felicem Beauj. in Voy. milit. Vol. I. p. 224. Hoc teste ibi sunt salinae, totius Macedoniae usui inservientes.

Terram Thessalonicensem medio aevo a parte boreali, s. Mygdoniae superioris (occidentalis et borealis), tuebatur castellum, nomine *Gynaecocastrum*. Ejus historiam tradit Can-

tacuzenus hist. II, 39.: *Περὶ μὲν γὰρ Θεσσαλονίκην οὔπω πρότερον ὂν τὸ Γυναικόκαστρον προσαγορευόμενον ἐτείχισε, καὶ πύργον ἐπιστήσας μεγέθει τε μέγιστον καὶ καρτερώτατον ἀντισχεῖν πρὸς πολεμίων μηχανάς· ὅθεν ἔλαχε καὶ τὴν προσηγορίαν, ὡς, καὶ γυναικείας οὔσης φρουρᾶς, κρείττων ἐσόμενος* (sc. *πύργος*) *παντοίας πολεμίων προσβολῆς.* Erat hoc castellum unius diei spatio vel minus a Thessalonica remotum. Idem Cantacuz. IV, 20.: *Γυναικοκάστρῳ, ὃ φρούριόν ἐστι καρτερώτατον, ὑπὸ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου οἰκοδομηθὲν αὐταῖς κρηπῖσιν, ἡμέρας ὁδοῦ μῆκος* (adde ἤ) *ἔλαττον ἀφεστηκὸς Θεσσαλονίκης.* Majus intervallum esse videtur secundum narrationem Nicephori Gregorae hist. 13, 1, 5.: *Τὸ πρὸ τῆς πόλεως φρούριον, ὃ Γυναικόκαστρον μὲν πρὸς τῶν ἐγχωρίων καλεῖται· ἀπέχει δὲ Θεσσαλονίκης σταδίους διακοσίους.* Suberat Thessalonicensi praefecto. Cantacuz. III, 38.: *Προτοστράτωρ δὲ ἐπεὶ μετὰ τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἀρίστων ἐξηλαύνετο, εἰς Γυναικόκαστρον ἀφικόμενος (κατεῖχε γὰρ αὐτὸ καὶ πρότερον φρουρᾷ, οἷα δὴ ὑπὸ τῷ Θεσσαλονίκης ἄρχοντα εἰωθὸς τελεῖν), ηὐλίζετο ἐκεῖ, καὶ κακῶς ἐποίει Θεσσαλονίκην ληίζόμενος, καὶ πάσης ἐκράτει τῆς ἔξω τειχέων γῆς.* Id castellum Cantacuzenus Mygdoniae assignat IV, 22.: *Γυναικόκαστρόν τε καὶ Μυγδονίαν μετὰ τῶν κατῳκισμένων πόλεων*; de quo v. Nos p. 236. Est idem cum castello Turcarum *Avret-Hissar* (*mulierum arx*), coll. Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosnia p. 84., quod est inter Echedorum et Axium. Tabulae quaedam recentiorum geographicae hanc arcem Axii orae imponunt, falso nomine *Devret-Hissar*: quo jure, nescio. Cantacuzenus enim de ea re silet. Etymologiam arcis Turcicam, de muliere quadam Marulia petendam, quae anno Turcarum 775 (1374) locum defendisse dicitur (Hadschi Chalfa l. c. p. 84.), praeter chronologiam explodit Cantacuzeni locus supra allatus. Castellum

nostro aevo neglectum jacet et collapsum, coll. Hadschi Chalfa l. c. Sex leucas a Thessalonica remotum castellum *Avret-Hissar* dicit Cousineryus l. c. p. 59., quocum confer Cantacuzeni locum supra allatum.

Thessalonicae propius fuit aliud castellum, *Aquilae* (*Ἀετοῦ*) nomine, e septentrione urbis, ut Gynaecocastrum. Sedem habuit ad Echedorum inferiorem, juxta veteris (puto) Litae reliquias. De hoc videatur Nicephorus Bryennius 4, 19., quem locum attuli p. 67. 284.

Fuere et alia prope Thessalonicam *castella*, quorum nomina non traduntur. Vide Dissert. historicam p. 44. (ad seculum VII.). Ad annum 1350 confer Cantacuzenum 4, 17.: *Τούς τε Τριβαλλοὺς* (Serbos) *τῶν περὶ τὴν πόλιν φρουρίων ἐξήλαυνε.* Fuere forsan quaedam eorum munimentorum, quorum reliquiae in ea convalle conspiciuntur, per quam est iter ad lacum Langazae (Prasiadem). De his agam in viae Egnatiae expositione. Fuere quoque pagi muniti prope ad mare Thessalonicae vicinum, coll. Cantacuz. 3, 64 (ad annum 1343).

Orientalem sinus Thermaici oram parum aquae fluvialis mari ministrare, satis abundeque notum est. Rivos quosdam majores ac torrentes Chalcidice habet, non flumina; ipsaque Thessalonica, quam male quidam (Michael Lequien in Oriente christiano Vol. II. p. 27. Pelt. prolegom. in epistolas D. Pauli Thessalonicenses p. X.) ad ipsum Axium flumen sitam narrant, rivis et scaturiginibus gaudet e monte Chortaeto delabentibus, non fluminibus. Tumorem enim oratorium prae se ferunt Cameniatae verba narrat. Saraz. cap. 5. (ad annum 904): *Κεκόσμηται . . ὕδασιν ἀπείροις, τοῖς μὲν πηγαίοις, τοῖς δὲ ποταμίοις, οἷς αἱ λόχμαι τοῦ ὄρους τῷ πεδίῳ χαρίζονται, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν θάλασσαν δεξιοῦνται.* Quippe in eorundem locorum descriptione solos fontes Nicephorus Chumnus memorat in oratione ad Thessalonicenses (Boissonadii Anecdd.

Grr. Vol. II. p. 140.): *Αὖθις δὲ πρὸς ἕω πηγὰς ἀνέρρηξε μεγάλας.*

De aquis in latere urbis occidentali vide Cameniatam narr. Saraz. cap. 6.: *Ἔστι γὰρ τὸ μὲν αὐτοῦ διάβροχον ὕδασιν, ὅσον αὐχεῖ τήν τε πόλιν ἔχειν καὶ τὴν θάλασσαν γείτονα.* Idem vero latus magis oratorie sic laudat Nicephorus l. c. p. 139.: *Ἅλση προβάλλεται καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἀεννάων.* Hoc quo minus de Echedoro fluvio intelligas, qui ab urbe horarum fere duarum spatio remotus est (Cousinéry tab. geogr.), maximopere obstat, quod is ipse fere torrens est, coll. seqq.; latus autem occidentale, excepta urbis ipsa vicinia, arboribus tantum non caret. Rivulos urbem ipsam praeterlabentes v. in tabulis Pouquevillii et Cousineryi geographicis, coll. Barb. du Bocage ap. Pouquevill. itin. Graec. ed. II. Vol. III. p. 106.

Age vero *Echedorum Axiumque* (*Bardarium*) fluvios, quorum fere sola cum Strymone in Thessalonicensi et Macedonica medii aevi historia mentio fit, diligentius, quatenus idem imprimis aevum spectant, illustrabimus. Pauca dein de reliquis fluviis Macedoniae occidentalis addemus.

Echedorus, in ipso sinus Thermaici recessu boreali ac medius inter Axium et Thessalonicam fluens, undas suas eidem mari, non Axio, ut quidam volunt, vel paludi cuidam Axianae miscet. Quem ut eundem esse cum fluvio Byzantinorum *Galico* (*Galyco*, nunc *Gallico*) statuam, quanquam hi scriptores de ea re silent, maximopere facit Scylacis ordo, quo Axium (Bardarium) flumen, dein Echedorum, denique Thermam recenset cap. 67. (p. 202. ed. Klaus.): *Ἄξιος ποταμὸς, Δῶρος* [98]) (l. *Χειδωρος*, s. *Ἐχειδωρος*, s. *Ἐχέδωρος*) *ποταμὸς, Θέρμη πόλις.* Eundem ordinem, ut Echedo-

98) Formam *Δῶρος* bis quidem invenio in Thessalonicensibus inscriptionibus, ut incolarum quorundam nomen (Böckh. inscriptt. Nr. 1969. 1980.); sed facit scriptorum Graecorum auctoritas, ut in pleniore forma acquiescam. Apud Herodotum

rus inter Axium et Thermam (Thessalonicam) fluat, Ptolemaeus servat geogr. 3, 13., quem locum supra attulimus pag. 212. Alium fluvium inter Axium Thermamque nemo scriptorum novit; quodque aquam eius exercitui Persico non suffecisse dicit Herodotus 7, 127 (aestate anni 480 ante Chr. n.), id ipsum in Gallicum cadit, Thessalonicae vicinum; quem torrentem esse, claris verbis testantur historiae Byzantinae scriptores. [99]) Cantacuzenus (qui in scribendo nomine moo dlitera ι utitur, modo υ) hist. 2, 25.: *Ποταμόν τινα οὐ τῶν ἀεννάων, Γαλυκὸν ὠνομασμένον, οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης ῥέοντα.* Ioannes Anagnosta narratione Turcica cap. 17.: *Τὸν Γαλικὸν ποταμὸν .. ἐγγὺς τῆς πόλεως ῥέοντα κατὰ τὸν καιρὸν μάλιστα τοῦ χειμῶνος.* Exiguum fluvium esse, testatur quoque Strabonis de eo silentium (Exc. e fine lib. VII.), item Cameniatae, campum urbis occidentalem describentis; denique Timarionis (Notices et Extr. des Mss. Vol. 9. parte 2. p. 169.) Nicephoriique Gregorae (hist. 13, 7). *Rivum* dicit Felix Beaujour in Voyage militaire Vol. I. p. 199. Verum alios addo ejusdem Cantacuzeni locos, nimirum 2, 25.: *Οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης παρὰ τὸν Γαλυκὸν ποταμόν.* Idem 3, 38.: *Γαλικὸν, ποταμόν τινα ἐγγὺς Θεσσαλονίκης.* Idem 3, 58.: *Ἐν Γαλυκῷ .. οὐ πολλῷ ἄπωθεν τῆς πόλεως.* Campum, qui inter

---

(7, 124. 127.) legi volunt *Ἐχείδωρος*, cum mss. praestent *Χείδωρος*. Hesychius vero s. v. *Ἐχεδωρίδες*, deinde Apollodorus 2, 5, 11., Ptolemaeus geogr. 3, 13 et Etymol. M. (p. 404.) tuentur formam *Ἐχέδωρος*. Teste Herodoto e Crestonia ortus, Mygdoniam permeat, ubi *per campum Axii uliginosum* (*παρὰ τὸ ἕλος τὸ ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῷ*) in mare se exonerat. De hac Mygdoniae parte (s. Amphaxitide) v. Nos p. 234 sqq.

99) Leake Travels in north. Greece Vol. 3. p. 258.: *At an hour and a half from the city* (Salonika) *a rivulet named Gallikó crosses the road and flows directly to the gulf.* Adde Eundem ibid. pag. 439., ubi agit de Echedoro Herodoti,

Axium Thessalonicamque patet, p. 275 sq. illustravimus. Male nostrum fluvium cum Haliacmone confundit Stritterus in Memorr. (Index hist. et geograph. p. 269). Primus, ni fallor, scriptorum superstitum Nicephorus Bryennius Gallicum memorat hist. 4, 19.: . . ἐξῄει (Basilacius rebellis) τῆς πόλεως (ex urbe Thessalonica a. 1079 vel paulo ante). Καταλιπὼν δὲ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν (versus Axium e Thessalonica ducentem), ἵν' οὕτω λάθῃ τὸν μικροῦ δεῖν ἀλάθητον (Alexium Comnenum), διὰ τῆς λεγομένης Λιτῆς διελθὼν, ἐπεὶ πρὸς τὸν ποταμὸν γέγονεν, ὃν Γ'αλικὸν καλοῦσιν ἐγχώριοι, διαπεράσας τοῦτον ἐγγύς που τοῦ φρουρίου τοῦ Ἀετοῦ καλουμένου, καὶ τὸν ἐκεῖσε ὑπερβὰς αὔλακα, ἐχώρει διὰ τῆς πεδιάδος. Memorabilis ob multa locus, quem utinam futurus viator doctus cum rerum natura comparet! [100]) Nos, missis reliquis, in solo nomine aliquantulum moramur. Indigenas (ἐγχωρίους) dicit Bryennius fluvii accolas, quod apud hos scriptores, ubi locorum nomina novitia tradunt, idem esse solet quod *barbari*, e. g. Slavi, Bulgari, rell. Dein nota, una λ semper scribi nomen fluvii, nunquam duplici; quare ejus nomen esse Slavicum (*Galitsch* s. *Halitsch*) putabis.

---

quem a Gallico non diversum esse recte monet.

100) Litae situs, maximopere disputatus, ex hoc Bryennii loco satis apparet, coll. itinere Basilacii contra Alexium, qui tum erat ad inferiorem Axium, de quo idem Bryennius videndus, collato Annae Comnenae loco, quem apponam in Axii expositione. Litam eandem esse puto cum oppido Turcico *Ac-Punar* tabularum geogr., quod fere duas leucas a Thessalonica distat e septentrione, unam leucam a Gallico ex oriente. Bryenniique vox λεγομένης docet, Litam tum fere evanuisse. Quod inde quoque elucet, quod Litae episcopatus in Rhentinam oppidum (inter Bolben Amphipolimque) seculis IX. X. translatus fuit, de quo v. Nos pag. 65 sqq. Sed Litae memoriam ipsa Thessalonica servasse videtur, quae portam Litaeam medio aevo habuit, coll. tamen hac Dissertatione p. 107.

Reichardus tamen in orbe terrarum antiquo (sectio Thraciae et Illyrici) locum quendam *Gallicum* affert, quem habet tabula Peutingeriana (ed. Mannert. segm. VII.), item Anonymus Ravennas. His Reichardus addit in enumeratione nominum alphabetica: „*Kilkich*, Palma; *Kilk*, Riedl; *Kilkicz*, Vaudonc. Haud superest dubium: fluvius enim, cui *Kilk* adjacet, nostro aevo adhuc *Gallico* fert nomen, ex quo vocem *Kilk* ortam audimus.“ Reichardus itaque oppidum *Gallicum* fluvio hodierno *Gallico* apponit. Ergo is doctus medio aevo, vel ante, in ripa fluvii Gallici oppidum statuit, eodem nomine insigne, sive fluvius ab oppido nomen acceperit (quod haud rarum aevo saltem medio), sive oppidum a fluvio. Verum Byzantini scriptores una litera λ fluvium suum scribunt, ut etiam Meletius geogr. ed. II. Vol. II. p. 458.; novitia solummodo aetas duplici λ. Quanquam *Gallia* quoque apud scriptores infimae Graecitatis scribitur *Γαλλια*, coll. Mazari in Boissonadii Anecdd. Gr. Vol. III. p. 122. 148. 152. 163. Deinde tabula Peutingeriana Gallicum oppidum medio inter Axium Hebrumque spatio collocat, non circa inferiorem Axii cursum, ubi Gallicus quaerendus. Quodsi ista tabula Gallicum oppidum ipsi fluvio Gallico apponere volebat, alium locum eligere debebat; namque numerus appositus (XVI.) discrimen significat a Tauriana, non (ut volunt) a Thessalonica. In talibus quaestionibus tu noli eorum oblivisci, quae supra dixi de locorum apud incolas (ἐγχωρίους) denominatione, medio aevo usitata, coll. iis, quae superius de nomine e scriptoribus Byzantinis erui. Catancsichius (ad tab. Peutinger. Vol. I. pag. 646.) Gallici nomen Thracicum esse dicit: „vox Thracica *limosum* significat.“ Similiter idem vir doctus Thessalonicam Thracice esse *Solun* refert. [1]) De Gallico tabulae Peutingerianae v. eundem Catancsichium l. c.

1) Immo forma *Solun* s. etiam *Selun* non vere Thracica est, sed corrupta e forma mediae Graecitatis *Salonica*, i. e. *Thessalonica*. novo sensu (Slavo-Bulgarica)

p. 654. Ceterum Schaffarikius (Wiener Jahrbb. Vol. 46. pag. 55.) cum Reichardo facit in sede Gallici urbis definienda, atque hodiernum *Dorjan* (Doïran), ibidem fere positum, idem esse vult cum antiqua urbe, quam *Taurianum* dicit tabula Peutingeriana. [2]) Nymphas Echedori habet Hesychius: *Ἐχεδωρίδες· αἱ Νύμφαι.* De his poetam aliquem lyricum tragicumve egisse puto.

Radicem vocis *Ἐχέδωρος* sic explanat Etymologicum M. p. 404, 8 sqq.: *Ἐχέδωρος, ποταμὸς Μακεδονίας, ὁ πρότερον Ἡδονὸς* (l. *Ἠδωνὸς*) *καλούμενος. Ὁ ἔχων, φησὶ, δῶρα. Χρυσοῦ γὰρ καταφέρων* (l. *καταφέρει*) *ψήγματα. Οἱ* (*δ'*) *ἐγχώριοι ἀρύονται, δέρματα αἰγῶν κείραντες καὶ καθιέντες εἰς τὸ ὕδωρ. Ἢ ἀπὸ Δώρου τινὸς Ἀρκάδος, ἀρίστου τὰ πολεμικά· ὃς συμμαχῶν Ἀλεξάνδρῳ* (?) *τῷ Φιλαδέλφῳ, ἐμπεσὼν τῷ ποταμῷ, αἴτιος γέγονε τῆς ὀνομασίας.* De his etymologiis quidquid statueris, illud non contemnendum videtur, quod prior derivatio de auro fluvii perhibet, non a solis puto grammaticorum argutiis repetendum, coll. Strabonis loco (Exc. e libro VII. §. 17.), quem in illustranda Prasiade Herodoti in censum vocavi (pag. 268). Argenti vero metalla Echedori vicinia orientalis habuit, atque etiam nunc habet, coll. iis, quae de eodem lacu ibidem narravi p. 267 sq. De Paeonia vero aurifera vide Aristotelem in mirab. auscult. cap. 46. (Opp. ed. Casaub. Aureliae Allobrogum 1605. T. I. p. 876. G. H.): *Περὶ Παιονίαν λέγουσιν, ὅταν συνεχεῖς οἱ ὄμβροι γίνωνται, εὑρίσκεσθαι, περιτηκομένης τῆς γῆς, χρυσὸν, τὸν καλούμενον ἄπυρον. Λέγουσι δ', ἐν τῇ Παιονίᾳ οὕτω χρυσί-*

---

2) Qui *Gallicum* tabulae Peutingerianae in hac, de qua sermo est, Macedoniae parte collocant (cui sententiae nec ego nunc prorsus adversor), eos rogo, ut in historiam Gallorum inquirant, qui seculo ante Christum secundo quaedam Macedoniae tenuerunt. Circa Pellam certe, Berroeam Edessamque anno 168 ante Chr. permulti Galli habitabant, testante Livio 45, 30.

*ζειν τὴν γῆν, ὥστε πολλοὺς εὑρηκέναι καὶ ὑπὲρ μυᾶν χρυσίου ὀλκήν. Τῷ δὲ βασιλεῖ φασιν εὑρόντας ἀνενεγκεῖν δύο βώλους, τὸν μὲν τρεῖς μνᾶς ἄγοντα, τὸν δὲ πέντε. Οἷς φασιν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτῷ παρακεῖσθαι, καὶ ἐπ᾽* (l. *ἀπ᾽*) *ἐκείνων πρῶτον, εἴ τι ἐσθίει, ἀπάρχεσθαι.* In eorum gratiam, qui gazas Macedoniae defossas scrutabuntur, addo sequentia ex eodem libello (ibid.): *Λέγεται δὲ καὶ ἐν Πιερίᾳ τῆς Μακεδονίας ἄσημόν τι χρυσίον κατωρορυγμένον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων βασιλέων· χασμάτων τε* (l. *δὲ*) *τεττάρων ὄντων, ἐξ ἑνὸς αὐτὼν ἀναφῦναι* (l. *ἀναφανῆναι*) *χρυσίον τὸ μέγεθος σπιθαμιαῖον.* De auri argentique metallis prope urbes Kostendil et Karatova, v. Hadschi Chalfam l. c. p. 88. 92.

Axium, ut Echedorum, cum aliis Macedoniae occidentalis fluminibus, ob medii potissimum aevi historiam illustrabo; unde tamen veteri quoque geographiae aliquid lucis affulsurum spero. Igitur Cameniata narratione Saraz. cap. 6. (ad annum 904.): *Ποταμοὶ δέ τινες παμμεγέθεις ἐκ τῆς Σκυθῶν* (Bulgaria Macedonica) *ἐξορμώμενοι,* [3]) *καὶ τὸ προλεχθὲν πεδίον* (planitiem inter Berroeam Thessalonicamque) *καθ᾽ ἑαυτοὺς διελόμενοι, πολλὴν δαψίλειαν καὶ αὐτοὶ τῇ πόλει* (Thessalonicae) *παρέχονται ταῖς τε χορηγίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ἰχθύων, καὶ ταῖς δι᾽ αὐτῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῶν νεῶν ἀναδρομαῖς, δι᾽ ὧν ἐπινοεῖται ποικίλη τις πρόσοδος τῶν χρειῶν, τῶν ὑδάτων ἐκείνων* (l. *τοῖς ὕδασιν ἐκείνοις*) *συγκαταῤῥέουσα.* [4]) Echedorus (Gallicus) ex hoc fluminum

---

3) Hanc fluviorum copiam, qua ista Macedoniae pars gaudet, respicit quoque Ravennas Anonymus 4, 9. (ad calcem Melae Gronoviani): *Per quam patriam* (i. e. terram Macedonicam) *plurima transeunt flumina, inter cetera* [desunt reliqua].

4) Piscium proventum et navigationem mercaturamque in his fluviis medio aevo exercitam laudat Cameniata l. c.; de fertilitate agrorum, iis debita, tacet, quam diu ante ipsum praedicavit Euripides Bacch. 569 sqq.: *Τόν τ᾽ ὠκυρόαν διαβὰς Ἀξιὸν ... Λυδίαν τε, τὸν τᾶς εὐδαιμονίας*

Cameniatae numero excipiendus est, cum sit fere torrens. Sunt autem flumina Cameniatae magna Axius (Bardarius), Ludias, Haliacmon, in quibus per medium aevum navigationem exercitam fuisse, idem scriptor testatur, coll. Cantacuz. hist. IV, 18. (de Haliacmone, licet nomine ejus non allato). Horum solius Bardarii nomen in scriptoribus medii aevi deprehendi; [5]) item Strymonis, et Axio quidem non multo rarius, quamquam terram Strymoniam Thessalonicensis tum ditionis non fuisse constat. Scythae cum Graecis commercia habentes sunt vicini Sclavini, quorum bella Thessalonicensia alio

---

*βροτοῖς ὀλβοδόταν πατέρα τε, τὸν ἕκλυον εὔϊππον χώραν ὕδασι καλλίστοισι λιπαίνειν.* De cursu rapido Bardarii v. Nos infra. Et nota, Euripidem, Ludiae aquas pulcherrimas dicentem, Homerum sequi Il. II, 848 sqq.; ubi Axii, Ludiae proximi, *ὕδωρ* dicitur *κάλλιστον*. In quo veteres offendisse constat, teste Strabonis epitomatore lib. VII. fin. §. 3. (p. 330. Casaub.), cum Axii undae *θολεραὶ* (limosae) esse soleant. Verum Homerus illum fluvii statum spectat, ubi undae ejus purae sunt. Aut *κάλλιστον* fertilitatem spectabit, quam tractum illum fluviis suis debere dicit Euripides l. c. Viditque hoc scholiastes Hom. Il. II, 848 sqq., qui *κάλλιστον* bene reddit *γονιμώτατον*; quod ultimum vocabulum Nili imprimis praedicatum esse constat, coll. Strabone geogr. 15, 1, 22. (p. 695. ed. Casaub.). Eandem illius regionis fertilitatem ipse jam Homerus spectat Il. 21, 154.: *Ἐκ Παιονίης ἐριβώλου.* Axii magnitudinem idem testatur. Namque Il. 2, 849. 16, 288. eum *εὐρυρέοντα* dicit, Il. 21, 141. *εὐρυρέεθρον*, ibidemque (143.) *βαθυδίνην*; quod ultimum praedicatum de eodem fluvio repetit Nicetas in Alexio Comneno, Isaacii filio, libro 3, 1. De piscium Axii copia vide Nos supra p. 277.

5) Scholiastes in margine Cantacuzeni hist. 2, 25.: *Τὸν Ἄξιον ποταμὸν, τὸν νῦν Βαρδάριον καλούμενον, ἢ μᾶλλον Βιστρίτζα.* Male, si quid aliud. Hujus regionis Macedonicae Bistritza (habet Macedonia plures Bistritzas) ab urbibus Ostrova atque Edessa (Vodina) venit, estque unus rivorum, qui, ubi juncti sunt, Ludiam efficiunt. Vide tabulam geogr. Lapiei, et Nos paulo inferius in Ludiae illustratione.

loco illustravimus, eorumque victores dominique Bulgari, Macedoniae plurima tum (anno 904 sqq.) tenentes. Piscium vero in Bardario copiam testatur quoque Dapperus in Descript. des isles de l'Archipel. Amsterd. 1703. p. 346.

Bardarius eo loco, ubi in sinum Thermaeum se exonerat, quatuor horarum intervallo a Thessalonica distat (Cousinéry Voyage. Vol. I. p. 61.). [6]) Alveus ejus inferior adeoque medius soluto ponte difficilis transitu fuit. Unde hoc flumine ad defendendam Macedoniae partem uti poterant terrae domini veteres. Livius 44, 43. fin.: *Quarta vigilia aufugit* (ex urbe regia Pella Perseus rex, apud Pydnam a Romanis victus ante Chr. a. 168.) . . *petebat Amphipolim . . properans, ante lucem Axium amnem traiicere, eum finem sequendi propter difficultalem transitus fore ratus Romanis.* Unde simul consequitur, pontem tum solutum fuisse, ad arcendos Romanos, ne ultra progrederentur. Verum de pontibus ejus vadisque deinceps agemus. Nunc causa videnda, propter quam alveus ejus inferior, ubi

---

6) In Axii accentu Graeco variari constat, aliis Ἀξιὸς scribentibus, aliis Ἄξιος. V. Homer. Il. 2, 849 sq. (coll. ibi Freitag. pag. 512.). 16, 288. 21, 141. 157. 158. Aeschyl. Pers. 485. ed. Well. ibique schol. Euripides Bacch. 530. ed. Matth. Scymnus v. 621. Herodot. 7, 123. 124. Thucyd. 2, 99. Scylax cap. 67. Strabo geogr. 1, 1, 6. 7, 7, 8. Excerpta e Strabonis libro 7. §. 3. Diodor. Sic. fragm. libri 6, 27. (Opp. ed. Wessel. Vol. II. p. 643.). Ptolemaeus geogr. 3, 13. Plutarch. Demetr. 42. Antoninus Liberalis metam. cap. 8., ubi tamen Ἀξῶν legendum videtur. Pausanias 5, 1, 3. Aelian. H. A. 14, 25. ed. Iacobs. (ubi significatur Scythiae minoris fluvius Axius). Sozomenus H. E. 7, 15. (de Axio, Syriae flumine). Hesychius s. v. Ἄξιος. Eustathius (qui semper Ἄξιος scribit) et scholl. ad Il. 2, 849 sq., ad Odyss. 11, 238 sq. (ed. 366. ed. Buttm.). Stephanus Byzant. in vv. Ἀμφ' Ἄξιον et Κρότων, quo ultimo loco Αἰσάρου refingendum esse pro Ἀξίου, nemo negabit. Etymol. M. pag. 404, 8 sqq. Chronicon Paschale T. I. p. 62. ed. Bonn. Georgius Syncellus in chronogr. p. 510. ed. Bonn.

per p'ana terrarum defluit, sc. inter Pel'am et mare, difficilis fuerit. Ea exundationibus [7]) maximopere constitit, quibus Axium valde molestum se veteri aevo praestitisse video. Ejus rei insigne testimonium extat apud Nicephorum Gregoram histor. 13, 7, 3.: *Τοῦ γάρ τοι ποταμοῦ ἥκισθ', ὅποι βουλομένοις εἴη τοῖς ἀεὶ διαβαίνειν ἐθέλουσι, προσηνὲς πανταχῇ καὶ βάσιμον παρεχομένου τὸ ῥεῖθρον, ἀλλ' ἐν βραχέσι τόποις, καὶ τούτοις οὐκ εἰς προὔπτον κειμένοις, ὅτῳ ἂν εἴη βουλομένῳ παντὶ διαβαίνειν, ἀλλ' ἀγνώστοις ὡς τὰ πολλὰ καὶ πολλὴν ἐπίκρυψιν ἔχουσιν, οὐ μόνον ἐν χειμῶνός τε καὶ ἦρος ὥραις, ὁπηνίκα δαψιλέστερον ἔχει τὸ κράτος ἡ τῶν ὑδάτων φύσις, βαπτίζουσά τε καὶ κατακλύζουσα τὰ εἰθισμένα μέρη τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ φθινοπώρῳ κ. τ. λ.* Spectatur hoc Nicephori Gregorae loco inferior Axii cursus, inter Berroeam ac Thessalonicam. Duo ibi *vada* tum habuit (a. 1343.), coll. Nicephoro Gregora l. c. (*ἑτέραν τῆς ἐγνωσμένης διάβασιν*). De his vide nos infra, ubi exundationes fluvii ejusque vada iterum attingemus.

Comnenorum aevo Berroeae ac Thessalonicae territoria is fluvius dirimebat, inque duos alveos, antequam in mare se exoneraret, sc. *veterem* et *recentiorem*, discedebat. Quod ipsum optime aperit Nicephorus Caesar Bryennius histor. 4, 18.: *. . . πρός τινα ποταμὸν . . . ὃν ἐγχωρίως καλοῦσι Βαρδάριον. Ὁ δὲ Βαρδάριος καταῤῥεῖ μὲν ἐκ τῶν τῆς νέας Μυσίας ὀρῶν, καὶ διϊὼν διὰ Σκούπων, κάτεισι μεταξὺ Στρουμπίτζης καὶ Στυπίου, δίχα τέμνων τὰ ὄρη. Βραχὺ δὲ ἐκεῖθεν προϊὼν, διΐστησιν ἀλλήλων τά τε Βερ-ῥοίας καὶ Θεσσαλονίκης χωρία, δι' αὐτῶν ῥέων, καὶ πρὸς τὴν θάλασσαν δίεισι. Χρόνοις δὲ πρότερον βραχὺ*

7) Axii superioris exundationes spectare videtur Herodotus 8, 138., licet nomine fluvii non memorato. Potius tamen Erigon (Tzerna) erit, Axio ab occidente influens, coll. itineris tenore Temenidarum, qui ex Epiro Illyricoque advenerant.

τι τῆς ἰδίας ἀπονεύσας πορείας, ἑτέρωσε ἐτράπετο, οὐ πάνυ τι δυοῖν ἢ τριοῖν σταδίων τῆς προτέρας διόδου ἀπέχουσαν, ὥστε ξυμβῆναι τὴν πρώην ἐκείνου πάροδον διώρυχα εἶναι αὐτοφυῆ. Anna Comnena lib. I. p. 18. ed. Paris.: .. Τὸν ποταμὸν Βαρδάρον· [8]) οὕτω γὰρ ἐγχωρίως αὐτὸν ὀνομάζουσι. Ῥεῖ μὲν γὰρ ἄνωθεν ἀπὸ τῶν ἐγγύθεν τῆς Μυσίας ὀρῶν, παραμείβων δὲ πολλοὺς μεταξὺ τόπους, καὶ διορίζων πρός τε τὴν ἕω καὶ τὴν ἑσπέραν τά τε Βερροίᾳ καὶ τὰ Θεσσαλονίκῃ προσήκοντα, ἐκδίδωσιν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς καὶ νοτίαν θάλασσαν. Πάσχουσι δὲ οἱ μέγιστοι τῶν ποταμῶν τοιοῦτόν τι. Ἐπειδὰν διὰ τῆς προσχώσεως ἀνάστημά τι ἀξιόλογον ἐπιφορήσωσι γῆς, τότε δὴ ἐπὶ τὰ κατάῤῥοπα ῥέουσιν, ὥσπερ δὴ μεταμείβοντες τὰς πρώτας κοίτας αὐτῶν. Καὶ τὴν μὲν παλαιὰν καταλείπουσι πάροδον διάκενον ὑγροῦ καὶ χηρεύουσαν ὕδατος· ἣν δὲ νῦν διοδεύουσιν, ἐμπιπλῶσι ῥευμάτων πολλῶν. Τούτων οὖν τῶν

---

8) Formam *Bardarus* pro *Bardarius* habet quoque Robertus Monachus in historia Hierosol. lib. 2. (Gesta dei per Francos. Hanov. 1611. T. I. p. 37.): *Denique in crastinum ad flumen Bardarum venientes* (Tancredus et Boëmundus Normanni, peregrinantes cum suis Cpolin, indeque in Terram Sanctam a. 1097.), *plures ipso die transierunt.* Fiebat eorum transitus per inferiorem fluvii alveum, cum Pelagoniam peragrassent, quae medio aevo usque ad Haliacmonem patuit, coll. ibidem Roberto. In ejusdem vero itineris narratione *Bardarius* scribitur apud Wilhelm. Tyr. 2, 13.: *Ad Bardarium fluvium.* Idem 2, 14.: *Ad Bardarium fluvium ... enavigato amne.* Formam *Bardal* habent gesta Tancredi principis cap. 4. (Muratori SS. rer. Itall. Vol. 5. pag. 287.): *Ad flumen, quod Bardal dicitur, perducitur .. fluvius rapax.* Ibidem cap. 6.: *Aquae cursu rapido.* Dedimus hos aliosque veterum locos in Viae Egnatiae expositione p. 12. Leakius (Trav. in north. Greece Vol. 3. p. 258.) Βαρδάριον neutro genere dici asserit, afferens Annam Comnenam libro I. pag. 18. ed. Paris. Verum ibi dicitur Βαρδάρος; alibi apud Annam Βαρδάριος, nunquam Βαρδάριον.

δυοῖν παρόδων, τῆς τε παλαιᾶς χαράδρας καὶ τῆς ἄρτι γενομένης πορείας, τὸ μεταξὺ θεασάμενος . . (Alexius Comn., adversus Basilacium rebellem castra metans, qui e Thessalonica contra eum profectus erat) καὶ τὸν μὲν ὀλκὸν τοῦ ποταμοῦ ὡς ἀσφάλειαν θέμενος ἐκ θατέρου, τῇ δὲ παλαιᾷ διόδῳ ἤδη φάραγγι γεγονυίᾳ ἐκ τῆς τοῦ ῥεύματος ἐπιῤῥοίας καθάπερ αὐτοφυεῖ ἀποχρησάμενος διώρυχι, ἐστρατοπέδευσεν, οὐ πλεῖον τῶν δυοῖν ἢ τριῶν σταδίων ἀλλήλων ἀποδιεστηκότων. Cum hoc Annae loco junge Nicephorum Gregoram hist. 13, 7, 2.: Τοῦ μεταξὺ Βερῥοίας καὶ Θεσσαλονίκης ῥέοντος ποταμοῦ. Juxta posui Annae Bryennii que locos, ut Annae narratio cum Bryennii mariti verbis, quem ante conjugem scripsisse constat (Annae Comn. praef. ed. Paris. fol. 25.), comparetur. Quod Caesarissa habet de intervallo intercedente, id de utriusque alvei, non de castrorum (Alexiani et Basilaciani) intervallo intelligendum est, coll. Nicephoro Bryennio l. c. Axii novum (verum) alveum Alexius, Basilacii adventum e Thessalonica exspectans, a tergo habuit, veterem a fronte, coll. Cousineryo l. c. p. 61., qui vir doctus veterem alveum (*veterem Bardarium* ab incolis dictum) ipse invisit, ab orientali recentioris alvei latere situm, longum duas, et quod excedit, horas itinerarias. [9]) Cursum hujus alvei tabula Cousineryi geographica, ut alia, non monstrat; ni quis insulam Axii, in tabula Cousineriana appictam, utrumque alveum spectare putabit. Sed veram insulam Axius ibi non habet, quamquam Leakius quoque ibi locorum eam memorat (Travels in North. Greece Vol. 3. p. 258.): *The bridge of the Vardhári is about* 1800 *feet long, and crosses an island lying in the middle of the river, which occupies about a third of the whole breadth*

9) Scylitza (ed. Paris. p. 865., ed. Ven. pag. 677.) simpliciter narrat, Alexium Comnenum castra habuisse *trans* Bardarium (i. e. *in dextra ora alvei veteris s. relicti*).

*between the banks.* Sed fuit isto tempore (26. Nov. 1809.) Axius solito major, quanquam non talis, qualis per hiemem esse solet (Leak. ibid.). Insulam igitur statu vulgari Axius ibi non habet. Quodsi vero Cousineryus Chalastram veterum, cui hodiernum Graecorum pagum quendam, nomine *Culakia*, respondere putat, in sinistra Axii ora ponit, id quo auctoris testimonio nisus faciat, non docet; certe non Strabonis loco (Excerpta e libro VII. fin.): *Ἐξίησι δὲ* (sc. *Ἄξιος*) *μεταξὺ Χαλέστρας καὶ Θέρμης.* Pomponius Mela 2, 3, 1.: *Inter utrumqae* (Axium puto et Peneum) *Chalastra* (sic legendum pro insano *Cassandria*), *Cydna* (Pydna) etc. Erat igitur Chalastra in dextro Axii litore primo post Chr. seculo sita, non epitomatoris Straboniani aevo, qui, Compenorum tempore vel paulo ante vivens, mutationem factam, si qua antea acciderat, referre praetermisit. Ergo Axii alveum post Strabonis aevum mutatum suspicatus est Cousineryus. Quod quanquam claris verbis non significat, tamen verisimile est ex ejus narratione l. c. p. 61. De terrae augmento, Axii nundationibus debito, v. Eundem ibidem p. 62. et Nos p. 219. Chalastram in occidentalis planitiei descriptione tentavimus (p. 277.). Postremo non praetermittendus Timarionis locus cap. 3. (Notices et extr. des mss. vol. IX. parte 2. p. 169.): *Εἰς τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν θήρας ἕνεκεν ἥκομεν* (e Thessalonica). *Ποταμῶν δὲ οὗτος τῶν κατὰ Μακεδόνα* (l. *Μακεδονίαν*) *ὁ μέγιστος· ὃς ἐκ τῶν Βουλγαρικῶν ὀρῶν ἀρξάμενος κατὰ μικρὰ καὶ διεστηκότα ῥευμάτια, εἶτα καὶ ἐς μισγάγκειαν πρὸς τῇ καθύδῳ συναγόμενος, Ὅμηρος ἂν εἶπεν, ἠΰς τε μέγας τε, παρὰ τὴν παλαιὰν Μακεδονίαν καὶ Πέλλαν κάτεισι, καὶ κατὰ τὴν ἐγγὺς πάραλον εὐθὺς ἐκδιδοῖ.* Forma *Ἀξειὸς* ibidem recurrit cap. 4. (pag. 170.): eam paulo inferius aliis scriptorum locis illustrabimus.

Revertimur ad Bryennium Annamque, quae mariti verba tantum non exscribit, nisi quod eam partem, quae de utroque Axii alveo agit, explanare conatur, novum alveum exunda-

tionibus ejus deberi, oratorio quodam tumore addens, locumque commissi proelii paulo clarius Bryennio monstrans. Moesia Annae, s. nova Moesia Bryennii et Bulgaria Timarionis, a Dardania veterum non diversa est, montesque, e quibus Axius emittitur (prope urbem *Kalkenderen* tabularum geographicarum), cum Scardo veterum conspirant, cujus illa pars nunc dicitur *Tschar Dagh* (*Scardus mons*), urbi *Prisrend* fluvioque *Drino* (et quidem nigro) Adriam petenti imminens. De his v. imprimis Hadschi Chalfam in Rumel. et Bosn. pag. 96. Ptolem. geogr. 3, 13. (pag. 160.): Ὁ δὲ Ἄξιος ποταμὸς (sc. ἄρχεται) ἀπό τε τοῦ Σκάρδου ὄρους . . . καὶ ἀπὸ τῶν ὑπὸ τὴν Δαλματίαν, ἀφ' ὧν (adde καὶ) ὁ ποταμὸς (adde ὃς) καλεῖται Ἐρειγώνων (l. Ἐριγὼν) κ. τ. λ. Scupa Bryennii (*Scopia* et *Scopiae* veterum ac posteriorum quorundam, ut Nicephori Gregorae, all.) est urbs hodierna *Uscup* (Uscub), coll. Hadschi Chalfa p. 95. Magis in vocibus Bryennii *Stupa* et *Strumbitza*[10]) (*Ostromdscha, Stromdscha, Strumnitza, Strumenschitza, Strimbitza*) ambigitur. Ea oppida e mente Bryennii vicina sibi esse videntur, sed ex adverso posita. Stupa, i. e. *Istip, Istib* Turcarum (*Astapus* veterum?), alii fluvio adiacent, qui Axio *a sinistra* miscetur (Hadschi Chalfa p. 92.): Strumpitzae situm non alibi invenio, quam circa initium fluvii Strumnitzae, qui aquas suas Strymoni a dextra miscet, i. e. a latere Axii *sinistro* (Had-

10) *Strumpitza* Bulgaricum nomen esse narrat inscriptio martyrii XV martyrum, auctore Theophylacto, Bulgariae archiepiscopo (Opp. ed. Ven. T. III. p. 477.); ubi additur, olim dictam fuisse Tiberiopolin: quod posterius mihi dubium videtur. *Strumitza* (variatur in formis) autem est forma Slavorum diminutiva vocis *Struma* (i. e. *Strymon*). Major sc. Strymon (i. e. proprie sic dictus) venit a montibus urbis Kostendil (Iustinianae?), minor ex occidente majoris, et quidem e valle coguomine. V. Hadschi Chalfa l. c. p. 87 sq. Adde Nos supra p. 243 sqq. Omisit Theophylacti locum Wesselingius ad Hieroclem (Itinerar. pag. 688.), ubi agitur de Tiberiopoli Phrygiae.

schi Chalfa l. c. pag. 90.). Axius itaque non dici poterat *inter urbes Ustup* (Istip) et *Strumpitzam* permeare, cujus posterioris urbis situm illustrare debebat Du Cangius ad Annam Comn. p. 382. ed. Paris.; *Stupa* vero Bryennii (ex ejus sensu) in dextra Axii parte quaerenda sunt, forsan in ripa Erigonis (Tzernae, coll. Cedreno p. 708. ed. Paris., p. 554. ed. Ven.), qui in Axium medio ejus cursu *a dextra* influit (Hadschi Chalfa l. c. pag. 92.). Ibi veterum urbem Stobos collocare solent, licet antiquitatis testimonio destituti, quod notatur quoque a Schaffarikio in Wiener Jahrbb. Vol. 46. p. 54. — Bryennii deinde verba (*δίχα τέμνων τὰ ὄρη*) manifesto alludunt ad angustias Macedoniae superioris, quae, nomine *angustiarum* s. *stenarum Prusasi* (*Prosaci, Prosiaci, Prosoeci, Proseci*), Axii alveo imminere dicuntur, de quibus locus eximius extat apud Nicetam in Alexio, Isaacii filio, 3, 1. (p. 665. sq. ed. Bonn.): *Φρούριόν τι . . λεγόμενον Προύσακον . . ὅπερ ἡ μὲν φύσις ἀρχῆθεν φιλοτίμως ἐξεῦρέ τε καὶ ἀνέδωκε. Πέτραι γάρ εἰσιν ἀποῤῥῶγες δισχιδεῖς, συνεπτυγμέναι ἀλλήλαις, μία δ' ἐς αὐτάς ἐστιν ἄνοδος στενὴ καὶ βιαιος καὶ ἀμφίκρημνος, ἡ δὲ λοιπὴ περίμετρος τῶν πετρῶν αἰγίλιψ ἅπασα καὶ ἀπρόσβατος, καὶ ποταμὸς βαθυδίνης ὁ Ἄξιὸς ἀμφιπεριχλώμενος ἐπιτειχίζει ταύτας παραλογώτερον. Ἐλθοῦσα δ' εἰς ὕστερον ἡ τέχνη ἀνθαμιλλήτρια τῇ φύσει ἀναλώτους αὐτὰς μικροῦ ἐτεκτήνατο· τείχη γὰρ ἀῤῥαγῆ διειληφυῖα κατὰ τὴν ἐνδοθεῖσαν ἄνοδον ὑπερφυὲς τετέλεκεν ὁρμητήριον.* Idem castellum repetitur p. 667—669. 672. Adde Georg. Acropolitam annal. cap. 44. (p. 84. ed. Bonn.): *Μέχρι Πριλάπου καὶ τῶν Πελαγονίας χωρίων, Νευστάπολίς τε καὶ Πρόσακος.* Nicephorus Gregoras histor. 9, 5, 3.: *Τὸ τοῦ Προσιάκου πολίχνιον.* Cantacuz. hist. 1, 55.: *Πρόσεκόν τε καὶ Πρίλλαπον καὶ Στρίμβιτζαν.* Idem ibid. et c. 56.: *Τὸν Πρόσεκον.* Idem 3, 42.: *Περὶ Πρόσοικον . . ἐν κώμῃ τοῦ Δαβὶδ προσαγορευομένῃ.* Ibidem: *Παρὰ τῶν Προσοίκου στενῶν τὴν*

εἰσβολήν . . Ὁ δὲ Πρόσοικος οὗτος φρούριόν ἐστι καρτερώτατον, ἐπὶ λόφου ἱδρυμένον. His antiquior scriptor Cedrenus pag. 713. ed. Paris. *Prosacum* dicit: Ὑπέστρεψε (Basilius) διὰ τῶν φρουρίων Στυπείου τε καὶ Προσάκου. Easdem angustias, *stenarum* nomine, spectat Tabula Peutingeriana sect. VII. Schaffarikius l. c. p. 55. Prusacum idem esse contendit cum Turcico *Demircapu;* quamquam tabulae recentiorum geographicae hunc locum non ipsi Axio apponunt (quod indubium in Niceta), sed procul ab eo uni alterive fluviorum (Erigoni s. Tzernae puto), in Axium *a dextro latere* influentium. Prusacus autem cum castello suo *sinistrae Axii ripae* imminet e mente Nicetae l. c. [11])

11) Axii angustias nunquam non alicujus momenti fuisse video. Felix Beaujour Voy. milit. Vol. I. p. 207 sq.: *Deux routes conduisent de Thessalonique à Uscup, en se dirigeant au nord. L'une plus à l'ouest remonte l'Axius jusqu'à son confluent avec l'Erigon et la Braonista; d'où elle s'élève par Keuperli jusqu'à Uscup: l'autre plus à l'est passe à Volevod, Kilkitch, Doïran, Stroumza, Radovich; d'où elle va traverser la Braonista vers Istip, pour aller rejoindre l'autre route vers Keuperli. Ces deux routes sont également difficiles, parce que dans l'une il faut sans cesse défiler dans la vallée de l'Axius, souvent inondée, et que dans l'autre il faut gravir des hauteurs, quelquefois très-roides. Istip et Keuperli sont deux petites villes murées . . bonnes comme positions de passage, parce qu'elles ferment l'une la vallée de la Braonista, l'autre celle de l'Axius, mais insignifiantes comme places de guerre, parce qu'elles sont dominées par les hauteurs environnantes . . Uscup, l'ancienne Scupi . . située par la rive gauche de l'Axius . . Cette ville est de toutes celles qui bordent l'Axius, la plus importante sous le rapport militaire, parce qu'elle est située vers l'angle que forment en se réunissant les deux chaînes grecque et moesique, et quelle est comme la principale clef de la Macédoine: c'est le point, autour du quel une armée, chargée de defendre l'entrée de cette province, devrait pivoter, parce qu'il est au débouché de l'une et de l'autre chaîne et à l'embranchement des trois routes, qui conduisent, l'une dans l'Albanie, la seconde dans la*

Repetimus Axii initium, cujus illustrationem p. 287 sqq. inchoavimus. Nicephorus Gregoras hist. 8, 14, 7.: *Ἐκεῖθεν τριταῖοι ἐς τὸ τῶν Σκοπίων πολίχνιον καταλύομεν, ἐν ὅροις ἤδη τῶν Τριβαλλῶν· οὗ παραψαύοντες καὶ τὸν Ἀξιὸν τεθεάμεθα ποταμόν, ὃς μετὰ Στρυμόνα μέγιστος ἡμῖν ἔδοξεν, ἐξ ὀρῶν τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ ῥηγνύμενος. Οὐ τοσοῦτος δ' ὢν ἐκ πηγῶν εὐθὺς, ἀλλ' οὖν ἐς τὸ κάταντες ἰὼν καὶ ἄλλοις χειμάῤῥοις τὸ ῥεῦμα κοινούμενος, καὶ ἐς Βαρδάριον μετατιθέμενος τοὔνομα, ἤδη καὶ ναυσίπορος ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ καθίσταται.* Eadem, iisdem ferme vocibus servatis, infra repetit libro 13, 2, 7. Jamque e Nicephori verbis patet, Axii cursum superiorem formam fere torrentis prae se ferre, quum eum scriptor cum aliis torrentibus comparet, quorum undis

---

*Bosnie, et la troisième dans la Thrace.* Utraeque angustiae, cum Axii, tum Strumitzae, medio aevo haud raro occurrunt, maximopere in bellis Basilii Bulgaroctoni. Is, quum Bulgaros, plurima Macedoniae tenentes, impugnaret (venerat e valle Hebri superiore), Thessalonicam tendebat, descendens ab Axii initiis. Neque tamen iter recta continuavit per vallem Axianam, sed per angustias Strumitzae; unde patet, clausas tum fuisse ab hostibus angustias Axianas, coll. Cedreno p. 708. ed. Paris., ubi occurrit castellum Matzukium, prope urbem Strumitzam. Brevi post idem accidit. Pelagonia subacta, non per Axianam vallem imperator Thessalonicam proficiscitur, sed per vallem Tzernae (Erigonis), coll. Cedreno p. 709. Idem Basilius paulo post per Strumitzae vallem ad superiorem Axium proficiscitur; deinde, ut antea, per vallem Tzernae, vitatis Axii faucibus, Thessalonicam descendit; ubi memorantur Prosaci angustiae (Cedr. p. 713.). Strumitzae angustias sub ejusdem (X) seculi finem memorat Nicephorus Bryennius 4, 18., ubi occurrit montana regio, nomine *Μαῦρον Ὄρος* (*Monte Nero*). Strymonis angustiae medio aevo dicebantur *Ropelium*, coll. Georgio Acropolita annal. c. 58.: *Τὴν τοῦ Ῥοπελίου δυσχωρίαν, καθ' ἣν ὁ ποταμὸς Στρυμὼν ῥεῖ δυσὶ συγκλειόμενος ὄρεσιν, ὡς μόγις ἅμαξαν διὰ ταύτης ἔρχεσθαι, τοῦ ποταμοῦ στενωτάτην ἀπεργαζομένου τὴν δίοδον· κλεισούρας τοὺς τοιούτους τόπους ὁ πολὺς κατονομάζει λαός.* De Strymonis angustiis v. Nos p. 247.

auctus, validior deinde fiat. Non audiendus itaque Mannertus (Geogr. Vol. VII. p. 105.), qui eum jam tum, cum Scopia praeterlabitur, satis aquarum habere refert, ut vado quibusdam locis transiri queat (immo *debeat*), coll. Cedreno p. 705. ed. Paris. (p. 552. ed. Venet.): *Τῇ πόλει δὲ Σκοπίων ἐγγίσας* (Basilius Bulgaroctonus), *εὗρε πέραν Ἀξιοῦ τοῦ ποταμοῦ, ὃν νῦν Βαρδάριον ὀνομάζουσι,* [12]) *κατεσκηνωμένον ἀμερίμνως τὸν Σαμουὴλ* (Bulgarorum regem). *Θαῤῥῶν γὰρ τῇ πλημμύρᾳ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ὡς οὐ διαβατὸς τὸ νῦν ἔχον ἔσεται, ηὐλίζετο ἀμελῶς. Τινὰς δὲτῶν στρατιωτῶν πόρον εὑρόντος κ. τ. λ.* Vides, Axium eo tempore statum suum vulgarem non habuisse; neque aliter intelligendus in eadem plane re Zonaras hist. 17, 8.: *Ὁ βασιλεὺς . . κατέλαβε παρὰ τῷ Ἀξιῷ ποταμῷ τὸν Σαμουὴλ αὐλιζόμενον· ὁ Βαρδάριος οὕτω παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὠνομάζετο. Πολλοῦ δὲ τοῦ ποταμοῦ ῥέοντος, ἀμελῶς οἱ βάρβαροι κατεσκήνωντο . . . πόρου δὲ γνωσθέντος κ. τ. λ.* Neque dissentit Nicephori Gregorae locus hist. 15, 1, 2.: *. . τῆς τῶν Σκοπίων πόλεως, ἧς καὶ ποταμὸς Ἀξιὸς ἄνωθέν ποθεν μέγιστος κάτεισι παραψαίων ἡγεμονίας.* Quod enim Axii magnitudo praedicatur, id inferiorem ejus alveum spectat, non initia, quae in aliis quoque fluminibus exigua esse solent. De fontibus autem Bardarii v. Crippsium Britannum ap. Clarkium (Travels in various countries etc. Parte II. Sect. III. p. 334.): *The best information I could procure respecting the source of the Vardar was in substance as follows: When the plain of the Vardar is scorched up in summer, the shepherds drive their flocks and herds into the country between Bosnia and Caradar, and to the high mountains*

12) Nicetas in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 3, 1. (secundum codicem Augustanum): *Ὁ Ἀξιὸς ποταμὸς, ὁ νῦν Βαρδάριος λεγόμενος.* Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 1, 10.: *ὡς . . . πρὸς τὸ περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν Βαρδάριον ἦσαν.*

*beyond Caradar, eight days' journey from Salonica. Those shepherds relate, that in a swamp, which trembles when a man walks upon it, there is a spring, which rises from the earth so as to form a river upon the spot eleven yards wide from bank to bank. Soon afterwards it becomes augmented by seven other tributary streams (called rivers by the shepherds); but the true source of the Vardar, they say, is this powerful fountain.* Adde Hadschi Chulfam l. c. p. 85. His subjungo Strabonis fragmentum libri, ut videtur, septimi de Axii in Paeonia fontibus, editionibus Strabonianis addendum. Scilicet Eustathius ad Hom. Il. 2, 848 sq. (ed. Rom. p. 359.) haec habet: *Ὁ δὲ γεωγράφος λέγει καὶ, ὅτι Ἄξιος καὶ Στρυμὼν ἐκ Παιόνων ῥέουσι· καὶ ὅτι οἱ μὲν Παίονας Φρυγῶν ἀποίκους, οἱ δὲ ἀρχηγέτας ἀποφαίνουσι, καὶ τὴν Παιονίαν μέχρι Πελαγονίας καὶ Πιερίας ἐκτετάσθαι φασίν.*

De exundationibus ejus, ob quas medius inferiorque ejus alveus permeari vix potest, praeter Nicephorum Gregoram p. 290. citatum vide Cantacuz. hist. 3, 58.: *Αὐτὸς δὲ παρὰ τὸν Ἀξιὸν ἐλθὼν καὶ πειρώμενος διαβαίνειν, οὐ συνεχωρεῖτο, πλημμυρούντος τοῦ ποταμοῦ ἐξ ὄμβρων ῥαγδαίων ἀθρόον κατενεχθέντων.* Adde Theophylacti, Bulgariae archiepiscopi, locum p. 305. a me allatum.

*Vadum* ejus quoddam, in alveo inferiore, Cantacuzenus memorat hist. 3, 59. [13]) (coll. Nicephoro Greg. 13, 7, 3.); ubi, ut paulo superius et libro 4, 22. (ed. Bonn. T. III. p. 159, 18.), Ἀξειὸς scribitur, non Ἀξιὸς: antiquam vero scriptionem idem Cantacuzenus reliquis locis servat. Diuque ante eum Nicetas in Alexio Comneno, Isaacii filio, 3, 1.: *Ποταμὸς βαθυδίνης ὁ Ἀξιὸς*, quod praedicatum ei Homerus praebuit Il. 21, 143. De eodem Georgius Acropolita annal. c. 70. (coll. 76.):

13) Cantacuz. l. c.: *Αὐτὸν δὲ εἰδέναι πόρον ἀγνοούμενον τοῖς πολλοῖς, ᾗ διαβατὸς ὁ ποταμὸς ῥᾳδίως ἔσται . . Ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν πόρον ἦλθον . . Τὸν ἡγησάμενον πρὸς τὸν πόρον . .*

*Διαβὰς τὸν Βαρδάριον, ὃν οἱ παλαιοὶ Ναξιὸν ὀνομάζουσι* (G. Acrop. in histor. cap. 70. habet *Ναξειὸν*). Idem annal. cap. 59.: *Τὸν Βαρδάριον διαπεράσας.* Adde Anonymi indicem urbium apud Bandurium ad Constantinum Phorphyrogenitum de thematibus I. (ed. Paris. p. 10., ed. Ven. p. 6.): *Ἀξειὸς ποταμὸς, ὁ νῦν Βαρδάριος.* Neque aliter Meletius geogr. Vol. II. ed. II. p. 472. Et vide, ne diphthongo *ει* in hac scriptione subsit derivatio quaedam Axii ut adjectivi gentilitii a nomine quodam substantivo *Ἄξος*; de quo vide Nos deinceps (p. 302 sq.).

Formam *Ἄξιος*, non *Ἀξειὸς*, Eustathius tum aliis Homericorum commentariorum locis servat, tum ad Iliadem XI, 710. (p. 830, 10. ed. Rom.): *Τεθεώρηται δὲ οὐ πρὸ πολλοῦ καὶ τῆς τῶν Μακεδόνων γῆς περὶ τὸν εἴτε Ἄξιον εἴτε Βαρδάριον καταῤῥαγεῖσα ὕφαιμος ἁδρὰ χάλαζα, σημαίνουσα, ὡς ἔοικε, δεινά.* [14]) Aliter ultimae Graecitatis scriptor Laonicus Chalcondylas, qui semper *Ἀξειὸς* scribit. Vide histor. lib. I. (p. 14. ed. Paris., p. 11. ed. Ven.); lib. 2. (p. 52. ed. Paris., p. 41. ed. Venet.); lib. 4. (p. 116. ed. Paris., p. 91. ed. Ven.); lib. 5. (p. 133. ed. Paris., p. 104. ed. Venet.); lib. 8. (p. 229. ed. Paris., p. 179. Venet.); lib. 10. (p. 282. ed. Paris., p. 220. ed. Ven.).

Eam tamen scriptionem improbat seculi XII scriptor Tzetza chiliad. X. hist. 316, 187. sqq. (p. 370. ed. Kiessl.):

*Παίονες δὲ οἱ Βούλγαροι. Μὴ πείθου τοῖς βουβάλοις,*
*Ἄλλους τινὰς τοὺς Παίονας νομίζειν παρὰ τούτους,*
*Οἳ Ἄξιον νομίζουσιν ἕτερον τοῦ Βαρδάρη,*
*Καὶ Ἀξειὸν, οὐκ Ἄξιόν φασι, γραφῇ διφθόγγῳ.*

---

14) Scripta haec post medium seculum XII. Constantinopoli, ubi Homerica sua, item Pindarica et Dionysiaca exarasse Eustathium constat. Aliud grandinis exemplum, fine ejusdem seculi (post annum 1185.) agris Macedonum funestae, v. apud eundem Eustathium in oratione anno auspicando habita cap. 20. (Opuscc. p. 155, 40. 50.).

Citat deinde Homerum (Il. 2, 848 sq.). Axium a Bardario per quosdam medii aevii auctores discretum reapse fuisse, alibi equidem non legi; ni huc trahere velis scholiasten Cantacuzeni supra allatum pag. 288. not. 5. Ceterum *Ἀξιὸς* quominus postea quoque diceretur, non impedisse videmus Tzetzae auctoritatem, coll. locis supra citt. Et *Βαρδάρειος* quoque scriptum fuisse videtur, ob formam *Βαρδαρειώτης*. Georg. Pachymeres in Michaele Palaeologo 4, 29.: *Βαρδαρειώτας καὶ Κορτιναρίους*. Obiter moneo, in alio Axio, Scythiae minoris fluvio prope ad ostia Istri, eandem discrepantiam scribendi occurrere. Vide Aelianum H. A. 14, 25. (ed. Iacobs.), ubi mss. pro *Ἀξίου* habent *Ἀξιοῦ* et *Ναξίου*, non aliter ac Georgius Acropolita supra laudatus, ubi pariter *Νάξιος* legitur pro *Ἀξιός*. Et vide, ne docti a Tzetza notati de Axio Bulgariae, Istro vicinae, i. e. Scythiae minoris, cogitarint.

*Axii* nomen superiore suo cursu fluvium nostrum seculo XIV. servasse, Nicephorus Gregoras (8, 14, 7., coll. 13, 2, 7.) supra citatus (pag. 297.) docere videtur Mannerto geogr. Vol. VII. p. 105. [15]) Non praetermittendum ta-

---

15) Non nego, iis, quae Nicephorus (8, 14, 7.) de duplici nomine Axii refert, aliquantisper opitulari alius scriptoris locum, scil. Acropolitae, Nicephoro paulo antiquioris. Is igitur ann. cap. 35.: *Οἱ μὲν περὶ τὸν Εὖρον καὶ τὰ ἐκεῖσε πεδία νομὰς ποιούμενοι, οἱ δὲ περὶ τὰ κατώτερα μέρη καὶ τὸν ποταμὸν, ὃν ἡ χύδην ῥέουσα γλῶττα, καθάπερ ἔφημεν* (c. 33.), *Μαρίτζαν κατονομάζει. Καὶ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς Εὖρος* (ita semper scribit Acropolita, non *Εὖρος*) *μέχρι καὶ τοῦ Αἵμου τὰς ἐκδρομὰς ποιούμενος, κἀκεῖθεν περὶ* (l. *παρὰ*) *τὸ Αἰγαῖον ἐκρέων πέλαγος. Ὅτι δὲ συμβάλλουσι τούτῳ καὶ ἕτεροι ποταμοὶ, καὶ μείζω ποιοῦσιν, ἐναλλάττει τοῖς παροικοῦσι καὶ τοὔνομα.* Ubi primo observa, pro *τοῦ Αἵμου*, quod intactum reliquit Bekkerus, legendum esse *τῆς Αἴνου*: Hebrus enim *non ad Haemum* (Balkanum) *fluit*, sed *ab eo de-*

men, loco Gregorae priori pro οὖ sqq. codicem A. hanc solummodo lectionem praebere: *Καὶ γενόμενοι κατὰ τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν, ὃς μετατιθέμενος τοὔνομα Βαρδάριος κέκληται, ἐντυχάνομεν τῇ τοῦ κράλη* (i. e. Serborum principis) *πειθερᾷ.* Mihi, ut libere sententiam meam exponam, aut librarius, aut ipse Gregoras inepto narrationis suae loco doctam de Axii nomine observationem inculcasse videtur. Quis enim, ni ipse terras illas lustrando alia didicit, Axii superiorem partem, barbaris nunquam non obnoxiam, vetus nomen seculo Christi XIV servasse putabit, cum inferior marique proxima pars diu antea barbarum nomen Bardarii induisset? Fidem Gregorae haberem, si Axii inferiorem cursum, Graecorum quibusdam reliquiis vicinum, antiquo nomine insigniri narraret, superiorem novitio; vel superiorem alio barbaro, inferiorem alio barbaro.

Axii nomen Creticum esse videtur, ut vicinae Bottiaeae.[16]) Herodoto teste (4, 54.) Axus Cretae urbs fuit (*ἐστὶ τῆς Κρή-*

---

*scendit.* Labiturque usque ad *Aenum* urbem, mari Aegaeo appositam, et juxta eam in mare exit. Ceterum Acropolita, obiter inspectus, de diversis fluviis loqui videtur, Hebro (ut superiori) et Maritza (ut inferiori). Negligenter tamen verba sua composuit. Debebat revera dicere, idem flumen superius Hebrum, inferius Maritzam vocari. Quod tamen aliis Acropolitae locis refutari video. Vide cap. 25.: *Παραμείψας οὖν τὴν Ἀδριανοῦ, περὶ τὰ ἄνω τοῦ Εὔρου τὴν πορείαν ἐποιεῖτο.* Idem cap. 43.: *Περὶ τὸν ποταμὸν, ὃν Εὖρον καλοῦσι, πλησίον τῆς μονῆς τοῦ Βηρὸς* (l. *τῆς Βήρας*, Verae, quem errorem non sanavit Bekkeriana editio) *ποιούμενον τὰς ῥοὰς, Μαρίτζαν δὲ καλούμενον χωριτικῇ διαλέκτῳ.* Ubi sermo est de infimo Hebri cursu, ut non aliter loco sequ. (cap. 59.): *Ἐπεὶ δὲ τὸν Εὖρον ἐπεφθάκει, ὃν Μαρίτζαν ὁ χυδαῖος κατονομάζει λαός.*

16) Etymol. M. s. v.: *Βόττεια, πόλις Μακεδονίας . . καλεῖται δὲ ἀπὸ Βόττωνος τοῦ Κρητὸς ἡ πόλις.* Strabo geogr. 6, 3, 6., coll. 2.: *Βρεντέσιον δ' ἐποικῆσαι μὲν λέγονται Κρῆτες, οἱ*

*της Ἀξὸς πόλις*); quae unde dicta sit, aperire videtur Stephanus Byz. de urbb. v. Ὄαξος. Is enim l. c. *διὰ τὸ*, inquit, *κατὰ γῆν εἶναι τὸν τόπον, καὶ κρημνώδη ὑπάρχειν* (appellatam fuisse); ubi tamen voces *κατὰ γῆν εἶναι* aliquid corruptelae habere videntur. Hesychius vero s. v. *ἀξὸς* hanc vocem Macedonibus vindicat, idemque significare narrat, quod *ὕλη*; unde alii Axium *a sylvis* Macedonice dictum existimabunt (*fluvium saltibus interfluentem, saltuosum*). Perquam enim rapidum (*torrentueux*) dicit Felix Beaujour in Voy. milit. Vol. I. p. 202., coll. Euripidis loco p. 287. allato. Ceterum nomina quarundam urbium Macedonicarum circa Axium positarum Cretam spectant, coll. Müllero: über die Wohnsitze des Macedon. Volks, Berol. 1825. p. 53., ibique tab. geograph. Quid? quod Bolbe quoque lacus Cretenses accolas habuit, monente Cantacuzeno hist. II, 25.: *Μεταξὺ Θεσσαλονίκης καὶ Ῥεντίνης, φρουρίου τινὸς, ὃ παρὰ τῇ Βόλβῃ λίμνῃ κεῖται ἐπὶ λόφου ἱδρυμένον, ἐστρατοπέδευσεν* (imp. Byzantinus a. 1330.) *ἐν χωρίῳ τινὶ τῶν Κρητῶν προσαγορευομένῳ, ὅτι στρατιὰ ἐκ Κρήτης αὐτὸ κατῴκουν, δι' αἰτίαν τινὰ ἐκ τῆς νήσου ἀναστάντες.* Ceterum Axii nomen Macedones in Syriae quendam fluvium transtulerunt. Sozomenus H. E. 7, 15.: *Σύροι δὲ μάλιστα* (repugnabant) *οἱ τοῦ ναοῦ Ἀπαμείας, τῆς πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ.* Hos Syros refert quoque numus Vaillantii (hist. Syr. pag. 251.): *Ἀπαμέων τῶν πρὸς τῷ Ἀξίῳ.* Hunc Syriae Axium Macedonici similitudinem prae se tulisse puto, coll. iis, quae paulo inferius de Edessa Macedonica exponam. Denique Axium fluvium atque Axiopolin Scythiae non minus ad Macedonas refero, quam Axium Syriae.

---

*μετὰ Θησέως ἐπελθόντες, ἐκ Κνωσσοῦ· εἶθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες μετὰ τοῦ Ἰάπυγος·· οὐ συμμεῖναι δὲ φασὶν αὐτοῖς, ἀλλ' ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βοττιαίαν.* Aristoteles ea narraverat in Bottiensium republica (Plutarch. Thes. 16.)

Bardarii nomen Comnenorum primo aevo Theophylactus habet, Bulgariae archiepiscopus, epist. 33. (Opp. ed. Ven. Vol. 3. p. 671.): *Χωρίον, περὶ τὸν Βαρδάριον διαχείμενον.* Adde eundem praesulem in pontium Axii et Bardariotarum nostra illustratione. Thessalonicensium christianorum fere ultimus scriptor, Io. Anagnosta, in narratione Turcica (ad annum 1430.) bis Bardarium habet (cap. 17. 18.) E Latinorum scriptorum medii aevi numero adjicio Innocentii III epistolas lib. 15, 18. (ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. 2. p. 607.), ubi in expositione dioecesis Thessalonicensis (p. 85. hujus dissertationis) occurrunt *Bardariotae.*

*Bardarum* Anna Comnena dicit libro I. p. 18. ed. Par., item *Bardarem* (libro V. p. 135.). Prius mihi suspectum videtur, legendumque vel *Βαρδάριον* (Bardarium), vel *Βαρδάρην* (Bardarem). [17]) Id quod Tzetzae loco supra allato (p. 300.) confirmatur. Graece nunc fluvius dicitur *Βαρδάρι* s. *Βαρδάρη* (Melet. geogr. ed. II. T. II. p. 458.). Damascenus hypodiaconus Studita Thessalonicensis homil. XXXV (p. 513. ed. Ven.): *Τὴν στράταν τὴν αὐθεντικὴν* (viam publicam s. principalem, quae ex Thessalia ducit Thessalonicam), *ὁποῦ εἶναι εἰς τὸ* (sic) *Βαρδάριν* (i. e. *ubi itur versus Bardarium*). Schol. Aeschyli Pers. 486. (p. 303. ed. Schütz): *Ἄξιον*] *τοῦ Βαρδάρη ποταμοῦ.* Etymologiam vocis Turcicam affert Hadschi Chalfa ejusve interpres theotiscus l. c. p. 85., [18]) quam ejus linguae intelligentibus relinquo, coll.

---

17) Vide tamen Nos pag. 291. not. 8.

18) Hadschi Chalfa l. c.: *Der Nahme Vardar soll aus der Zeit der Belagerung* [1430 ?] *herrühren. Ein Reitknecht, der nach Wasser ausgeschickt worden, die Pferde zu tränken, und der in einem engen Orte welches fand, kam mit der Kunde zurück: Vardar, d. i. eng ist's. Andere leiten die Benennung Jenidsché- und Eskissi-Vardar von der Grabung zweier Brunnen ab, bei deren einem die ausgegrabene Erde, als sie wieder ins Loch geworfen ward, dasselbe*

iis, quae supra p. 302 sq. de Bardarii nomine exposui. Mihi vox *Bardari* (*Vardari*) extraneis deberi videtur, et cognata esse cum appellativis vocibus *Bardanius, Bardas, Bardanes* (*Vardanes*), rell., quae cum similibus in historia Byzantina non rarae sunt. Si quis tamen antiquiorem ejus originem desiderat (ego vero non desidero), is habet *Ardyaeos* s. *Bardaeos*, Illyricam gentem, a Romanis in interiora terrarum remotos, ubi dehinc iuxta Dardanios, superioris Macedoniae incolas, sedebant. Videatur Strabo 7, 5, 7. 13. (p. 315–318.). Nomen Erigonis vero, qui ab occidente in Axium se exonerat, in Slavicam formam abiisse video, coll. Cedreno hist. p. 709. ed. Paris.: dicitur nunc *Tzerna*.

*Pontes Axii.* Theophylactus, Bulgariae archiepiscopus fine sec. XI., epistola 55 (Opp. ed. Ven. T. 3. pag. 693.): . . . *θάτερον δὲ* (alterum itineris impedimentum) *τὸ τοῦ γείτονος ποταμοῦ, ὃν ἡ παλαιὰ μὲν καὶ Ἑλληνὶς Ἄξιον, ἡ νέα δὲ καὶ βάρβαρος ὀνομάζει Βαρδονάριον* (l. *Βαρδάριον*). *Οὗτος γὰρ διὰ πολλῶν μὲν ῥέων ὀρῶν, τῇ δ' ἐν τούτοις χιόνι τακείσῃ νῦν ὀγκωθεὶς, καὶ μήτε πεζοῖς διαβαίνειν διδοὺς, μήτε γέφυραν ἔχων διὰ τὰ κακῶς ἀπολούμενα ποταμῷ τελώνια* [19]) *σκαφιδίῳ πήχει* (l. *μονοπήχει* vel similiter) *πορεύσιμος γίνεται.* Mirum est in commercio Thessalonicensium et Berroeitarum, per medium aevum exercito, quod pons nullus eo tempore (fine seculi XI. sive aevi

---

*nicht einmal ganz ausfüllte, bei dem andern hingegen nicht alle wieder hineingebracht werden konnte.* Vardarii nomen seculo IX deberi, supra demonstravimus in dioecesi p. 79—84., aliter sentiente Leakio Trav. in north. Greece (Vol. 3. pag. 258.): *River Axius now called Vardhári, by which name it was known before the thwelfth century, as appears from Anna Comnena* (I. p. 18. ed. Paris.) Immo nono seculo prima vice occurrit Bardarii nomen, nimirum in voce Bardariotarum.

19) Locus Theophylacti corruptelae suspicionem movet. Tu lege *ποταμοτελώνια*.

Comnenorum initio) Axio impositus dicitur,[20]) scilicet in tutelam (si Theophylactum recte intelligo) vectigalium administrandorum; quae sic acrius exigi poterant, si navibus transeundum erat. An vectigalia Axii peribant, propter pontem aliam ob causam, e. g. Normannos, quos tunc exspectatos fuisse puto, arcendos solutum? Horum prius nunc magis probo. Id vero ipsum me movet, ut Theophylactum de Axio inferiore intelligam, qui Thessalonicam Berroeamque interfluit, non de superiore. Hunc enim adeo exundationum imbriumque tempore vado transiri posse, supra vidimus p. 298. Bulgariae sive Achridensium archiepiscopus cum illas literas archiatro cuidam imperatorio scriberet, Achride (Lychnide) relicta Thessalonicam adire volebat. Ceterum seculo XV superior quoque Axius pontem habuit, sc. ubi vetus urbs Scopia (Scupi, Uscup). Laonicus Chalcondylas libro X. (p. 282. ed. Paris., p. 220. ed. Ven.): *Τὴν ἐπὶ τῶν Σκοπίων γεφυραν ἐπ' Ἀξιῷ ποταμῷ.* Eum Turcarum imperator e saxis tum condidit, cum ibi (ut videtur) antea nullus fuisset.

Macedonum veterum tempore Axio inferiori pons impositus fuit, coll. Plutarcho in Demetrio cap. 42. (*ἐπὶ τὴν τοῦ Ἀξίου γέφυραν*); item Romanorum, coll. Itinerario Hierosolymitano p. 605. ed. Wessel.: *Civitas Thessalonica. Mutatio ad decimum. Mutatio Gephira* (l. *Gephyra*). *Civitas Polli* (l. *Pellae*) [21]). Lapideusne tum fuerit, an sublicius, non constat. Sublicius est nostro aevo, de quo vide Hadschi Chalfam in Rumelia et Bosnia p. 85. Cousineryus tamen (l. c. Vol. I. p. 62.) nullum ibi pontem invenit. Nume-

---

20) Idem plane Fulcherii Carnotensis loco pag. 291. (not. 8.) allato evincitur. Fuere coaevi Theophylactus et Fulcherius.

21) Bellorum tempore is pons solvi solebat, quod Livii locus (44, 43.) innuit. Difficultatem trajiciendi optime aperit Nicephorus Gregoras hist. 13, 7, 3., quem locum supra attuli pag. 290.

rantur inter nostrum fluvium ac Thessalonicam leucae quatuor (Cousinéry l. c. p. 61.). Aliis pontibus alveum ejus inferiorem nunc carere, ex eodem Hadschi Chalfa patet, qui, ubi de hoc Axii ponte loquitur, paulo superius (ad urbem Jenidsché-Vardar) navigiis majoribus flumen trajici narrat. Verum etiam alveus ejus medius nunc pontem lapideum habet, sc. in urbe Turcica *Köprili*, coll. Hadschi Chalfa l. c. p. 90.: *Köprili, zwischen Uskub, Istib, Pirlipa, Tikwesch, in einer Felsenschlucht. Der Fluss Vardar kommt von Uskub, und geht hier durch eine steinerne Brücke durch. Daher der Nahme des Orts.*

*Bardarii ostia.* Praeter Ptolemaeum geogr. 3, 13. vide Nicephorum Gregoram hist. 13, 8, 1. (ad annum 1343): *Τὸ τοῦ ποταμοῦ στόμα.* Adde Cousinerium l. c. p. 62. Leake trav. in north. Greece Vol. 3. p. 259.: *The stream* (Axius s. Vardhári) *is now* (26. Nov. 1809. ut videtur) *rapid, deep, and swollen with rain, though not so high as it usually is in winter. Below the bridge, about midway to the mouth, the river leaves Kulakiá, a large Greek village, at no great distance on the left, and widens so much before it meets the sea, as to be near two miles in breath.*

Axium, non Strymonem, Axio licet, ut quidam volunt, majorem, Macedonibus fluvium terrae suae principalem fuisse, inde quoque consequitur, quod nomen ejus in Syriam transtulerunt, ubi alius nobis Axius fluvius occurrit, teste Sozomeno hist. eccles. 7, 15., sc. apud Apameam urbem. Et fuit revera Axius antiquioris Macedoniae limes fere orientalis. Simili ratione Macedones nomen regiae antiquioris Edessae (Bodinorum), ubi reges suos sepeliebant, in Syriam (immo Mesopotamiam, coll. Groskurdio ad Strabonem 16, 1, 27) transtulerunt, teste Stephano Byz. s. v.: *Ἔδεσσα, πόλις Συρίας, διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθεῖσα ἀπὸ*

τῆς ἐν Μακεδονίᾳ. [22]) Edessamque medio aevo a Bulgaris, ut nunc, habitatam constat (Cedren. p. 709. ed. Paris.,

---

22) Erat, quum Edessam Macedoniae cum urbe Moglena, quae est posita supra Bodinam versus boream et orientem, eandem esse putarem, motus Anonymi indice urbium quarundam (apud Bandurinum in notis ad Constantinum Porphyrogenitum de thematibus lib. I. ed. Paris. p. 10., ed. Ven. p. 6.): Ἔδεσσα, τὰ νῦν Μόγλαινα. Verum hoc justa ratione caret, Edessamque ab hodiernis Bodinis s. Vodinis (bulgarice a *bona aqua* sic dictis, coll. Cousin. l. c. Vol. I. p. 75.) reapse non differre, sequens tractatio in clara luce collocabit.

Anno Chr. 1328 Graecorum imperator, Thessalonicae degens, adversariis Berroeam civitatem erepturus, anteqnam hoc opus aggrederetur, suadente magno domestico Edessam et Castoriam tentare statuit. Edessae enim adversariorum conjuges liberique asservabantur, cardoque rei in eo versabatur, utri urbem prius occuparent, imperator, an adversarii, sc. Demetrius despota, Monomachus praefectus atque Isaacius Raoul, qui tum Pheris s. Serris agebant. Eos antevertit imperator: conjuges eorum, antequam mariti adventassent, ab Angelis Rhadiporis et Lascari, a quorum auctoritate populus Edessenus tum pendebat, corripiuntur, maritique, Edessam delati, cum cives contra se surrexisse conjugesque correptas invenissent, ad Serborum dynastam confugiunt. Haec Cantacuzenus histor. I, 54. (ed. Bonn. T. I. pag. 272—275.) fusius narrat. Tum idem subjungit, eos civium Thessalonicensium, qui in copiis hostium fuerant, quum captam Edessam audivissent, ad partes imperatoris transisse; idem Berroeotas fecisse, cognitis, *quae contigerant Bodenis* (καὶ οἱ Βερροιῶται, τὰ ἐν Βοδηνοῖς πυθόμενοι συμβάντα, ταυτὰ τοῖς ἐκ Θεσσαλονίκης ἐποίουν). Vides, auctori, veteris graecitatis studiosissimo, fortuito excidisse *Bodenorum* vocem pro *Edessa*; quod ejusdem capitis fine (p. 277.) denuo evenit his verbis: Αὐτὰς δὲ ἐκ Βοδηνῶν ἀχθῆναι εἰς Θεσσαλονίκην (sc. duci) jussit imperator conjuges eorum, cum Edessam s. Bodina duorum dierum itinere pervenisset.) His locis duobus Cantacuzenus *Edessam* aperte dicit *Bodena*, reliquis omnibus non paucis *Edessam* puro sermone, quod in Serrarum quoque Macedonicarum nomine novitio eidem scriptori accidisse video, quas *Pherarum* antiquissimo no-

coll. Cousinerio in Voyage Vol. I. p. 77.). Quid? quod isto tempore omne spatium inter Pindum, Thessaliae montem,

---

mine locis tantum non omnibus affert, *Serrarum* nomine semel (I, 50.), coll. onomastico urbium in cod. reg. Paris. 2990. fol. 70$^{b}$: *Φεραὶ, πληθυντικῶς, αἱ Σέῤῥαι, καὶ Φεραῖοι οἱ ἀπὸ ταύτης.* Locum debeo Boivino ad Nicephorum Gregoram 12, 15, 1. Aliter Nicephorus Gregoras, qui in iisdem rebus Serrarum nomine nunquam non utitur, imprimis libro 9, 4. Cum Cantacuzeno vero consentit Chrysanthus in Notitia episcopatuum apud Michaelem Lequien. (Orient. Christ. Vol. II. pag. 79.): *Ἐδέσσης, ἤ τις τανῦν Βόδηνα ἢ Βόδυνα λέγεται.* Male igitur Mannertus (Geogr. der Gr. u. Röm. T. VII. p. 481.) e scriptoribus medii aevi consequi negat, Edessam unam esse eandemque cum Vodinis. Idemque repetit Reichardi tabula geographica. Ceterum apud Procopium (aedif. 4, 4.) *βασιλικὰ Ἀμύντου* Edessam, s. potius ejus arcem mihi notant, non Pellam.

Edessam, cum Pella prisco aevo regiae dignitatem adepta esset, veteris honoris id solum servasse constat, ut in ea reges Macedonum sepelirentur (Diodorus Sic. 19, 52. Plin. N. H. IV, 10). Fecit tamen natura loci, ut oppidi statum retineret, cum Pella, Alexandri M. patria, ultimorum Romanorum aevo ad extremam obscuritatem depressa, solique Timarioni, quem p. 293. laudavi, memorata, ignobilis nunc pagi Bulgarici formam habeat et conditionem.

Edessae s. Bodenorum situm primus, ni fallor, illustrat Cedrenus (hist. pag. 705. ed. Paris., pag. 551 ed. Ven.): *Φρούριον δὲ τὰ Βοδηνὰ, ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου κείμενον, δι' ἧς καταῤῥεῖ τὸ τῆς λίμνης τοῦ Ὀστροβοῦ ὕδωρ, ὑπὸ γῆς κάτωθεν ῥέον ἀφανῶς, κἀκεῖσε πάλιν ὑποδυόμενον.* Valde munitam fuisse, testatur Cantacuz. hist. 1, 54.: *Μικρόν τε ὂν τὸ πόλισμα καὶ καρτερὸν ἀπό τε τειχῶν καὶ τῆς τοῦ τόπου κατασκευῆς.* Oppidulum dicit idem ibidem et III, 51. IV, 20. 21. Sed fuit paene inexpugnabile, cujus rei causam docet IV, 19.: *Ὑπὲρ ἥμισυ γὰρ ὕδασι περικλυζομένη, ἀπρόσιτός ἐστι πολεμίοις διὰ τὴν λίμνην· τὸ δὲ ἐπίλοιπον τείχεσιν ὀχυρωτάτοις καὶ πύργοις μεγάλοις, ἔστι δ' ὅπου καὶ κρημνοῖς καὶ φάραγξιν ἀβάτοις περιέχεται.* Paludem idem ibidem repetit: *Τοῖς κατὰ λίμνην τείχεσιν.* Eodem teste (III, 42. IV, 19.) seculo XIV frustra per XVI annos obsessa urbs fuit a

Dyrrachium et Cpolin Bulgaros incolas habuit (Tzetza chil. X. hist. 314. p. 370. ed. Kiessl.). Haec ergo Edessa Macedonicam situ locorum aquisque imitata videtur: hinc nomen.

Venio ad *Ludiam* fluvium. Hunc, Axio proximum, quocum in sinum Thermaicum communi nunc alveo se exonerat (Cousinéry l. c. Vol. I. p. 62.), prisco aevo usque ad Pellam urbem navigatum fuisse, testantur excerpta e Strabonis geogr. lib. VII. §. 8.: *Εἶτα Ἐρίγων καὶ Λουδίας ποταμός. Ἀπὸ δὲ Λουδίου εἰς Πέλλαν πόλιν ἀνάπλους στάδια ρκ'.* Mira est Strabonis loco Erigonis mentio, pro quo fluvium Heliconem s. Baphyram (Archestratus Athenaei 7, 130. pag. 200. Schw. Pausan. 9, 30, 4.) legisse Strabonem s. epitomatorem ejus putarem, ni Helicon paulo inferius quaerendus esset, i. e. prope urbem Dium. Ulterius quoque, i. e. supra Pellam, Ludiam navigatum fuisse, Klausenius adstruere vult (ad Scylacem cap. 67. p. 202.): *Ποταμὸς Λυδίας, πόλις Αἰγαὶ, καὶ βασίλειον ἐν αὐτῇ, καὶ ἀνάπλους εἰς αὐτὴν ἀνὰ τὸν Λυδίαν.* Notandum, Scylacis codices habere *ΠΟΛΑ ΓΙΛΙϹ*; unde Salmasius lenissima optimaque emendatione extudit *ΠΕΛΛΑ ΠΟΛΙϹ*. Quid? quod confusionem literarum E et O in eodem Pellae nomine codex itinerarii Hierosolymitani habet (p. 606. ed. Wessel.), ubi legitur *Civitas Polli* (l. *Pelli*, i. e. *Pellae*;

---

Serbis. Ejus arcem vide apud eundem IV, 19. 22., coll. Cousinerio in itinere Maced. Vol. I. pag. 79.

Urbs incensa fuit a Serbis a. 1351. (Cantacuz. IV, 22.). Paludem a Cousineryo (l. c. p. 82.) non visitatum doleo; de cataractis illorum locorum pulcherrimis v. Pouquevill. Voyage ed. II. Vol. III. p. 96. Cousin. l. c. p. 78. Adde Hadschi Chalfam l. c. p. 87.: *Dieser Ort (Vodina, Vodena, Vudina, Vidna) hat einen unter dem Namen Csinarlik (d. i. Ahornhain) sehr berühmten Spazierort, der unter die schönsten der Welt gehört. Das klare Wasser, das von der Höhe ins Thal fliesset, erblickt man auf eine Tagreise weit hell und glänzend.*

unde *Pola* s. *Polla* alicui dicta videbitur linguâ Macedonum, *Pella* Graecorum. Scylax deinde in suo Macedoniae periplo solos fere maritimos locos enumerat, rarius eos, qui sunt intus, ut Apolloniam Mygdoniae et lacum Bolben, ubi addit: *Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Μακεδονίας ἐν μεσογαίᾳ πολλαὶ*, quas tamen silet. Scylacem vero, cujus aetas bellis Persicis posterior videtur, quis Pellam, Macedoniae regiam, omisisse putabit, Aegas (Edessam, Vodina) vero, [23]) a mari multo quam Pella remotiores, regiae urbis dignitate ante Pellam ornatas, tum solum necropolin, memorasse? Et Ludiam usque ad Edessam navigari, nondum audivi: [24]) immo tres rivi, inter hos Bistritza, ab Edessa Ostrobaque veniens, et Mogleneticus, a Moglenis descendens, e superiore terra labentes in lacum Pellae (lacum *Jenidsché*) incidunt (Beaujour Voy. milit. Vol. I. p. 195.); praeterea Axii illa particula (*ἀπόσπασμα*), quam habet Strabo (Exc. lib. VII. nr. 9. p. 330. Cas.), coll. Cousin. l. c. T. I. p. 84 sq.; quamquam hoc Axii *ἀπόσπασμα* altioris indaginis esse videtur. Ex hoc igitur lacu aquae *emissae* Ludiae nomen accepere, non aquae ei *immissae*, coll. Strabone l. c.: *Πέλλα ἔχει λίμνην πρὸ*

---

23) Aegas ab Edessa distinguit Ptolemaeus geogr. 3, 13 (pag. 162 sq. ed. Wechel.), ubi scribitur *Αἰγαία*. Haec tamen Aegea ab Edessa non multum distitit, coll. mensuris Ptolemai.

24) Mecum facit Leakius (trav. in north. Gr. Vol. 3. pag. 265): *Nothing seems to have been wanted for a water communication between the city* (Pella) *and the sea but the clear a passage through the marshes, which in all the deeper parts are capable of receiving vessels of a considerable draught of water. Scylax seems to have been sensible of this fact, for he merely states that there was a navigation from the sea by the Lydias to the royal residence of Macedonia, which was* 120 *stades in lenght exclusive of the Lydias.* (Strab. epit. lib. 7.). Idem ibidem in not. 1.: *There can be little doubt that is was the former, as there could not have been any navigation to within many miles of Aegae.*

αὐτῆς, ἐξ ἧς ὁ Λυδίας ποταμὸς ῥεῖ. Non dicit, δι' ἧς, ut Plinius H. N. 4, 10 (17) de Strymone *per lacum Cercinen* fluente.

*Ludiam* apud neminem scriptorum Byzantinorum inveni, sed *Haliacmona*, licet nomine hujus non expresso. De eo videatur Cantacuz. IV, 18., quo teste hic fluvius triremibus navigabatur anno 1350 fere usque ad urbem Berroeam, a qua descendit rivus, Haliacmoni illabens.

Egi de potioribus Macedoniae occidentalis fluminibus. Jam vero *Astraeum* lustrabimus, de quo Aelianus H. A. 15, 1.: Θήραν ἰχθύων Μακέτιν ἀκούσας οἶδα, καὶ ἥδε ἡ θήρα ἐστί. Βεροίας [25]) τε καὶ Θεσσαλονίκης μέσος ῥεῖ ποταμὸς, ὄνομα Ἀστραῖος. Εἰσὶν οὖν ἐνταῦθα ἰχθύες τὴν χρόαν κατάστικτοι· τίνας αὐτοὺς οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι, Μακεδόνας ἕρεσθαι λῷόν ἐστιν. Οὐκοῦν οὗτοι ποιοῦνται τροφὴν μυίας ἐπιχωρίους ἐν τῷ ποταμῷ πετομένας, οὐδέν τι ταῖς ἀλλαχόθι μυίαις προσεικασμένας, οὐδὲ μὴν σφηκῶν ὄψει παραπλησίας· οὐδ' ἂν εἴποι τις ταῖς καλουμέναις ἡμέρεσι τὴν μορφὴν εἰκότως ἂν ἀντικρίνεσθαι τοῦτο τὸ ζῶον, οὐδὲ ταῖς μελίσσαις αὐταῖς· ἔχουσι δέ τινα τῶν προειρημένων ἑκάστου μοῖραν ἰδίαν. Ἔοικασιν οὖν τὸ μὲν θράσος μυίαις, τὸ δὲ μέγεθος εἴποις ἂν ἀνθηδόνα, σφηκὸς δὲ τὴν

---

25) Graeci nomen hujus civitatis ab aquis derivent. V. Steph. Gerlach. in Diario Turcico (Francof. a. 1674.) p. 460.: *Berröen sey noch eine Stadt, habe den Nahmen von vielen Wassern, welches durch alle Gassen läuft, und fast ein jedes Hauss seinen eigenen Brunnen habe: liegt eine Tagreise von Thessalonich.* Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosn. pag. 86.: *Karaferja* (*Karaferjé, Veria*), *westlich von Salonik, ein wasserreicher District und Ort, der im J. 577., nachdem Lala Schahin die Stadt Seres eingenommen hatte, mit Kapitulation überging; er hat itzt keine Mauern, aber Moskéen, Bäder, Gärten und Reisfelder. Obst und Reis sind hier gleich vortrefflich. Der schöne röthliche Marmor, der zu Prachtgebäuden verwendet wird, kommt aus dieser Gegend.*

χρόαν ἀπεμάξατο, βομβεῖ δὲ ὡς αἱ μέλιτται. Καλοῦσι δὲ ἵππουρον αὐτὴν πᾶν ὅσον εἰσὶν ἐπιχώριοι. Ἐκδιαιτῶσιν οὖν ἐπικείμενοι τῷ ῥεύματι τροφὴν τὴν ἑαυτοῖς φίλην· οὐ μὴν οὐ δύνανται τοὺς ἐπινηχομένους λαθεῖν ἰχθύας. Ὅταν γοῦν αὐτοῦ ἐπιπολάζουσαν τὴν μυῖαν θεάσηταί τις, ἡσυχῇ καὶ ὕφυδρος νέων ἔρχεται, κινῆσαι τὸ ἄνω δεδοικὼς ὕδωρ, ἵνα μὴ σοβήσῃ τὸ θήραμα. Εἶτα ἐλθὼν πλησίον κατὰ τὴν σκιὰν αὐτῆς, ὑποχανὼν κατέπιε τὴν μυῖαν, ὡς ὄϊν ἐξ ἀγελῶν λύκος ἁρπάσας, ἢ χῆνα ἐξ αὐλῆς ἀετός· καὶ τοῦτο δράσας ὑπεισῆλθε τὴν φρῖκα. Ἴσασιν οὖν οἱ ἁλιεῖς τὰ πραττόμενα, καὶ ταῖσδε μὲν ταῖς μυίαις εἰς δέλεαρ τῶν ἰχθύων χρῶνται οὐδέν. Ἐὰν γὰρ αὐτῶν προσάψηται χεὶρ ἀνθρωπίνη, ἀφῄρηνται μὲν τὴν χρόαν τὴν συμφυῆ, μαραίνεται δὲ αὐταῖς τὰ πτερὰ, καὶ ἄβρωτα γίνονται τοῖς ἰχθῦσι. Καὶ διὰ ταῦτα οὐ προσίασιν αὐταῖς, ἀποῤῥήτῳ φύσει τὰς ἠρημένας μεμισηκότες. Σοφίᾳ δ' οὖν περιέρχονται τοὺς ἰχθῦς ὑδροθηρικῇ, δόλον αὐτοῖς ἐπινοήσαντες οἷον. Τῷ ἀγκίστρῳ περιβάλλουσιν ἔριον φοινικοῦν· ἥρμοσταί τε τῷ ἐρίῳ δύο πτερὰ ἀλεκτρυόνος ὑπὸ τοῖς καλλέοις πεφυκότα, καὶ κηρῷ τὴν χρόαν παρεικασμένα· ὄργυιᾶς δὲ ὁ κάλαμός ἐστιν, καὶ ὁρμιὰ δὲ τοσοῦτον ἔχει τὸ μῆκος. Καθίησιν οὖν τὸν δόλον. Ἑλκόμενος δὲ ὑπὸ τῆς χρόας ὁ ἰχθὺς καὶ οἰστρούμενος ἀντίος ἔρχεται, καὶ θοίνην ὑπολαμβάνων ἐκ τοῦ κάλλους τῆς ὄψεως ἔξειν θαυμαστὴν, εἶτα μέντοι περιχανὼν ἐμπαλάσσεται τῷ ἀγκίστρῳ, καὶ πικρᾶς τῆς ἑστιάσεως ἀπολέλαυκεν ἠρημένος. Is fluvius Aeliani editores male habuit. Iamque hoc quidem nemo negabit, si Aelianus fluvium rivumve aliquem *Berroae Thessalonicaeve propiorem* significare voluisset, hoc ipsum dicendum fuisse, non id, quod narrat, sc. labi illum fluvium *inter utramque civitatem, Berroeam et Thessalonicam.* Ergo Aeliani fluvius est major quidam fluvius inter utramque urbem labens. Sed quis? Ludias? Is tamen Axio miscetur,

priusquam hic in mare exit, et minor est Axio, inque omni Byzantinorum historia, ubi toties agitur de bellis medio inter Berroeam et Thessalonicam spatio gestis, ne semel quidem memoratur, quamquam, qui Berroeam petebant, post Axium transire Ludiam debebant. Restat igitur Axius et Echedorus: immo ille solus. Echedorus enim exiguus est proximusque Thessalonicae: alius autem fluvius *inter utramque civitatem* non labitur, coll. Tabulis geographicis, sed rivuli aliquot sine nomine. De *Axio* autem sic Nicephorus Gregoras 13, 7, 2. (plane ut Aelianus de *Astraeo*): *Τοῦ μεταξὺ Βερροίας καὶ Θεσσαλονίκης ῥέοντος ποταμοῦ*, ubi Axius significatur *κατ' ἐξοχήν*, nomine fluvii non expresso. Tu igitur apud Aelianum leges *Ἀξιὸς*, quod facile corrumpebatur, postquam forma medii aevi *ΑΞΕΙΟΣ* pro *ΑΞΙΟΣ* in codices Aeliani recepta erat. Meam loci Aelianei emendationem, quam Wassio quoque in Additamentis ad Thuc. I, 61. placuisse video, quandoque puto firmabit doctus Macedoniae visitator, qui piscis Aelianei speciem ejusque piscandi rationem diligentius, Aelianeum locum ibi terrarum inspiciens, examinabit. In fine hujus expositionis noto, Astraeum Leakio (Trav. in north. Gr. Vol. III. pag. 292 sq. p. 468.) eundem esse videri cum Haliacmone, quem Turcae dicant *Injékara*, Bulgari *Vistritza*. Sententiae suae nil fulcri addidit praeter soni similitudinem in vocibus *Astraeus* et *Vistritza*. Sed *Vistritza* in omnibus Slavorum ditionibus frequentissime occurrit; deinde Berrœa non Haliacmoni (Injekarae) apposita est, sed rivo, qui in Haliacmonem a *sinistro ejus latere* se exonerat. Haliacmon revera non *inter Thessalonicam Berroeamque* fluit, sed *inter Servia et Berroeam*, coll. Tabulis geographicis. Livii vero (40, 24) *Asterium*, Ptolemaeique (3, 13.) *Aestraeum* idem esse puto cum arce oppidoque *Strumitza*, in valle fluvii cognominis, qui in Strymonem ex occidente illabitur.

Vidimus singulas agri Thessalonicensis partes. Restant quaedam de *toto agro* monenda, imprimis de ejus *agricultura*. Hanc florentissimam fuisse ultimis ante bellum Sarazenicum (a. 904) seculis, luculenter testatur Cameniatae laudatio urbis agrique universa, imprimis cap. 9.: *Ἔνθεν* (e pace diuturna) *αἱ τῆς γεωργίας ἀφθονίαι*. De flore Thessalonicae ante annum 904. egimus in Dissert. histor. p. 72. Secus hoc pristino aevo fuit, sc. bellorum Slavicorum tempore (sec. VI. VII. VIII.), ubi Macedoniam mirum quantum devastatam fuisse unusquisque concedet, coll. Dissert. hist. p. 42—71. Secutae post res Sarazenicas turbae Bulgaricae; eas tamen multo citius compositas fuisse quam Slavicas, satis constat; eaque aetate semel tantum a Bulgaris Thessalonica ipsa tentata fuit. Normannica initio Comnenorum invasio occidentalem Macedoniae partem cum Thessalia maximopere spectavit, fuitque Alexii I. virtute atque artibus tandem elusa. Ita factum, ut proximis centum annis egregiam pacem urbs nostra cum omni Macedonia ageret, atque agricultura, per monachos imprimis eorumque innumeros ministros exercita, admodum floreret; cujus rei insigne testimonium extat apud Eustathium oratione de emendanda vita monachica (Opuscc. p. 214—275.). Is enim monachos omnis generis, maxime suo throno subjectos, non literis, sed frumentariae, vinariae, pecuariae ardentissimo studio vacare queritur; unde tamen agriculturam Macedonum non mediocriter auctam fuisse consequitur. V. indicem rerum Eustathianum (Opuscc. pag. 399—402.). Normannica anni 1185. invasio omnem Macedoniam pessime quidem affecisse putanda est; sed fuit paucorum mensium spatio cum internecione hostium finita. Reliqua bella satis multa, ante annum 1430. gesta, minoribus exercitibus pitebantur, brevique ut plurimum spatio circumscribebantur. Vera itaque laus est, qua seculo XIV Nicephorus Chumnus agrum Thessalonicensem ornat in oratione ad Thessalonicenses (Boissonad. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 140.): *Ἔστι γὰρ οὐδὲν ἀργὸν οὔτ' ἄκαρ-*

*πον τῶν περὶ τὴν πόλιν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ κάλλους καὶ τὸ χρήσιμον εὐθὺς παρέχει.* Adde ejusdem temporis scriptorem, Demetrium Cydonium (in monodia in Thessalonic. cap. 2.): *Καρπῶν τε φορὰν καὶ τὸν τῆς Αἰγύπτου τόκον νικῶσαν.*

# EPIMETRUM.

33. Καὶ τοιαῦτα μέν μοι τὰ τότε καὶ ἄλλα οἶμαι πρὸς γλαφυρότατον, ἵνα μὴ ταυτὰ καὶ νῦν ἀναπλοῦντες τὴν παρ' Ἡσιόδῳ ἐπισποριαν ὥσπερ ἐπεγκληθείημεν. Νῦν δὲ τὸν κατηχητήριον ἐκεῖνον ἐγὼ καὶ ὡς εἰς τρυφῆς παράδεισον τίθεμαι, ἐν ᾧ τέθειται μὲν καὶ τὸ ἐπ' ἀρετὴν προτρέπον ἀνδρῶδες καὶ πρακτικὸν, δι' οὗ εἰς τὸν πρὸ τῆς ἁμαρτίας βίον ἀναδράμοιμεν ἂν τὸν Ἀδαμιαῖον, τὸν τῆς πρώτης πλάσεως· τέθειται δὲ καὶ ὅσον ἐν εὐζωΐᾳ φιλοσόφου θεωρίας· ζωὴ ἄντικρυς καὶ μήτηρ τοῖς ἐν θεῷ ζῶσι, τοῦτο δὴ τὸ τῆς Εὔας σεμνόν· ὄφις δὲ οὐδαμοῦ ψίθυρος, οὐδὲ συριγμὸς εἰς ὄλεθρον. Ἀλλ' εἰς ἓν ἥκουσι πρᾶξις καὶ θεωρία, [καὶ] δυαζόμεναι κατὰ τοῦ ἀπατεῶνος συμπνέουσι, καὶ πόρρω τοῦ παραδείσου βάλλουσι τὸν ἐπίβουλον. Κἀντεῦθεν καὶ ἡ φλογίνη ῥομφαία κατ' ἐκείνους ἀκονᾶται στιλπνότατον καὶ φλογερὸν καὶ ἀπρόσιτον· ἡμῖν δὲ εἰς εὐπρόσιτον στρέφεται τὴν ἐν λόγοις βασιλικὴν ἐκείνην παιδαισίαν. Ἐγὼ καὶ ἡλίου τράπεζαν θεωρῶ, οὐχ' οἵαν ἡ τῆς ἱστορίας ὀψαρτυσία παρατίθησιν, ἡλίου μὲν ἐπωνομασμένην, σεσαγμένην δὲ βρώμασι τοῖς πρὸς αἴσθησιν· ἀλλὰ τράπεζαν, ἣν βασιλεὺς ἥλιος ὁ ἡμέτερος τοῖς τὰ πνευματικὰ σιτουμένοις προτέθεικεν. Εἴδομεν ἡμεῖς τηνικαῦτα καὶ ἠκούσαμεν, ἅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν ἐν ἐφέσει στρέφοντες ἀπεληλύθασιν. Ἐβασίλευσεν, ὥσπερ ὁ αὐτοκρά-

τωρ ἐπὶ πᾶν ἔθνος, οὕτω καὶ ὁ κατηχητήριος ἐκεῖνος ἐπὶ πάντας λόγους, οἷς ἀπονενέμηται. Ἐγὼ καὶ ὡς κόσμον αὐτὸν ἐθεώρουν βασιλικοῦ διαδήματος, οὗπερ οὐκ ἔστι θέσθαι τίμημα. Ἐφωσφόρουν ἐν αὐτῷ οἱ περὶ τῆς ἀρχιφώτου τριάδος λόγοι ὡς διάλευκοι μάργαροι. Ἐξέλαμπον ὡς εἰς πυραύγειαν ἄνθρακος τὰ τῆς θείας τοῦ λόγου σαρκώσεως, ὃν τρόπον ἕτερον καὶ Ἡσαΐας ἄνθρακα ἐθεώρησε. Τὸ ἐν βάθει τῶν νοημάτων διαφανὲς ὡς λυχνίτης ὑπηύγαζεν, ὃς οἶδε κατεπιχειρεῖν τῆς νυκτὸς, πυρεκβολῶν ἐκ βάθους τὴν φωτοφάνειαν. Ἐταπείνους, βασιλέων ὑπέρτατε, σεαυτὸν, καὶ οὕτω τὸ σὸν ὕψιστον εἰς ἕνα τῶν πολλῶν κατεβίβαζες· καὶ ἦν τοῦτο δὲ χρυσέα στιλβηδὼν, ὡραΐζουσα τὸ διάδημα. Καὶ γάρ τοι καὶ ὁ χρυσὸς θέλει μὲν, εἴπερ τις ἑτέρα τῶν τιμίων ὑλῶν, κάτω φέρεσθαι· ἀναστίλβει δὲ ὅμως εἰς τὴν ἄγαν λαμπρότητα. Ὦ γλυκύτης ὁμιλίας. Ὦ πλοῦτος ἐπιχειρήσεων. Ὦ νοημάτων βυθὸς, τιθεμένων σκότους ἀποκρυφὴν τῷ βαθυτάτῳ τῆς γνώσεως. Ὦ ῥημάτων φῶς, διαυγάζον τὸ βάθος τῶν νοουμένων τῷ ἡλιώδει τῆς φράσεως. Ὦ γλῶσσα πυρίνη πνεύματος, μεριζομένη μὲν ποικίλως, ἑκάσταις δὲ ψυχαῖς καθ' ὁλότητα ἐναρμόττουσα, ἔνθα καὶ πλέον ἔκειτο τὸ ξενίζον τοῦ πράγματος, καὶ πλείω τὰ τοῦ θαύματος διὰ τὴν ἰδιοτροπίαν τοῦ κράματος. Οὐ γὰρ τοῖς περὶ λόγους μὲν ὁ λόγος ἐκεῖνος ἦν εὐπρόσιτος, ἐξέκλεισε δὲ τὴν ἰδικωτέραν ἀκρόασιν· αὖ πάλιν ἐφείλκετο μὲν τὸν ἁπλούστερον ἄνθρωπον, ὁ δὲ τοῦ λόγου τρόφιμος μηδὲν ἐκεῖθεν ἔχων ἀπήρχετο· οὐδὲ τὸ μέν τι τοῦ λόγου τούτοις εἰς ὄφελος, τὸ δ' ἐκείνοις ἀπεμερίζετο. Ἀλλὰ καὶ τὸ καλὸν ὁμοτίμως παντὶ τῷ λόγῳ ἐνέλαμπε, καὶ ἅπας ἀκροώμενος ὅλου ἦν τοῦ καλοῦ. Ἔχομεν τοίνυν διὰ ταῦτα ὑπόδειγμα καὶ τοῦτο κράματος ἰδεῶν δυσκατεργάστου, τεθρυλλουμένου τοῖς γράφουσιν, ὅπερ ἔστι τὸ συναγαγεῖν εἰς ἓν νοημάτων σεμνότητα καὶ λεπτότητα, καὶ τῷ τοῦ λόγου ἑξάρματι ἐγκαταμίξαι τὰς

*Χάριτας. Εἰ γὰρ καὶ ἄλλως ἀσύμβατα, ὥσπερ βρυχᾶσθαι λεόντειον καὶ κελαδεῖν ὡς ἀηδόνειον, οὕτω καὶ σεμνοπροσωπεῖν ἅμα τοὺς λόγους καὶ εἰς χάριν διαγελᾷν (ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὕψους, τὸ δ' ἑτέρως ἔχον κρίνεται), ἀλλ' ἐνταῦθα τεχνικῶς τὰ δυσχερῆ κεράννυσθαι μέμικται.*

**34.** *Τί δὴ περιλέλοιπας ἡμῖν, ὦ καὶ ἀνδρικώτατε καὶ σοφώτατε βασιλεῦ, τοῖς εἴτε ῥητορικοῖς, εἴτε καὶ (τὸ λαμπρότερον καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς εἰπεῖν) ῥήτορσιν, εἰ καὶ ἐνταῦθά σοι τὸ πρωτεῖον ἀπενέγκασθαι περιγίνεται, εἷς τε νοημάτων οὕτω μὲν ἔντεχνον, οὕτω δὲ ἄπονον εὕρεσιν καὶ εἰς κάλλος φράσεως αὐτοσχέδιον, καὶ ἅπερ ἡμῖν μακρὰ πονουμένοις οὔκουν οὐδὲ εἰσέτι κατορθοῦν ἔπεισι, ταῦτα σὺ οὕτως ἀμογητὶ προβέβλησαι; Σὲ δὲ οὐ μόνον τοῦτο κοσμεῖ τὸ τοῦ λέγειν καλὸν, ἀλλὰ σοὶ καὶ ἄλλο προσέθετο θεὸς ὑπερεκπερισσοῦ, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐπικόσμημα, τὸ περίτρανον τῆς φωνῆς, τὸ γλυκὺ τῆς λαλιᾶς, τὸ στρογγύλον τῆς φράσεως. Καὶ οἷον μὲν ἂν τὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ μεγάλου ῥήτορος ἦν λιγύφωνον, οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, οὐδ' ὅπερ ἀγορητὸς ἦν ἐκεῖνος λιγύς· εἰς σὲ δὲ ἀφορῶν, ἔχω καὶ ἐκεῖνον συνεπινοεῖν τάχα ἂν τοιοῦτόν τινα ἐκβάντα πρὸς φύσεως. Καὶ μὴν (ἄλλως εἰπεῖν) τὸ μὲν λιγὺ πρὸς ὀξύτητα φωνῆς ἀνάγει τὸν νοῦν· αὐτὸ δὲ οὐ πάνυ τι εὐγενὲς ἐν φωναῖς, ἀλλὰ παιδίων μὲν ἡλικίᾳ σύμφυτον. Καὶ γέρων δὲ, ὃν εἰς δίπαιδα ὁ μακρὸς χρόνος κατήνεγκε, φωνήσῃ ἄν ποτε ὀξὺ καὶ αὐτός· οὐκ ἂν δὲ γυνὴ τῆς τοιαύτης λιγύτητος ἀπολείποιτο, δι' ἣν καὶ Μούσας λιγείας ὁ λόγος τῆς ποιήσεως ἀνεπλάσατο. Οὔκουν εὐγενὲς ἐν λαλιαῖς τὸ λιγὺ τῆς φωνῆς. Ἀλλ' ἐγὼ τὸ τρανὲς ἐν εὐγενεῖ φωνήματι καὶ διαφορὰν λιγέος φημὶ καὶ τοροῦ. Καὶ τὸ μὲν ἐν ὑφέσει κρίνω· τὸ δ' ὑπερτίθημι. Καὶ ἐκεῖνο μὲν οὐκ ἀνδρώδους, οὔτε ἡλικίας ἡγοῦμαι, οὔτε φύσεως· τοῦτο δὲ τελειότατόν τε καὶ ἀνδρικὸν (ὃ δὴ καὶ τῇ σῇ ἐπιπρέπει*

φωνῇ), οἷον δὴ βροντὴ πραεῖα οὐρανόθεν σεμνῶς ῥήγνυται, οὐ πρὸς ἐμβριθειαν, οὐδὲ ἄγαν τραχύτητα, ὅσον δὲ ῥοιζῆσαι ἠρέμα, καὶ ἱλαρῶς ἐπιστρέψαι τῷ περιτράνῳ τὸν ἀκροώμενον. Τοιοῦτον ἠρωϊκὸν ἦχον προβάλλεταί σοι τὰ τῆς λαλιᾶς. Καὶ τὰ μὲν εἰς γλυκύτητα νοημάτων Μουσῶν ἐμμέλειαν προάγουσί σοι τὰ χείλη· ὁ δὲ πληγεὶς ἀὴρ εἰς βροντὴν, τορὸν μέν, εἰς φρικτὸν δὲ λαλοῦσαν, τὸν ἦχον ἀπεσχεδίασε. Καὶ τῶν ἀκροωμένων ὁ μὲν ἀμφοτέραις οἷον δραττόμενός σοι τοῦ λόγου, ἀκοῇ μὲν τῆς διατόρου φωνῆς, ψυχῇ δὲ τῆς ὑψηλολογίας τοῦ νοήματος, θείαν ἂν εἴποι ἀκούειν φωνὴν, καὶ ἄγγελον ὑψόθεν λαλεῖν· ὁ δὲ μὴ καὶ εἰς νοῦν ἐμβαθύνειν ἔχων, ἀλλ' ἐπιπολάζων τῷ τῆς λαλιᾶς ῥείματι, βροντὴν ἂν εἴποι γαληναίαν ἐξ ὑψίστων ποθὲν ἐνωτίζεσθαι. Στέντορα μὲν οὖν ἐνταῦθα προάγειν, ἀλλ' ἐγὼ καὶ πέφρικα τὸν ἄνδρα, ὃς ἐξηκούετο βοῶν, ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα· ὑφορῶμαι γὰρ, μήποτε καὶ πεντήκοντα λαθὼν ὁ μῦθος ὑποβοθρείσῃ στόματα τῷ πολυφώνῳ Στεντορείῳ τέρατι. Ἀλκιβιάδου δὲ ἀλλὰ τί μοι μεμνῆσθαι, οὗ γλυκὺ μὲν ἦν τὸ φθέγμα, ὁποῖον δὲ ἂν καὶ ψελλισμὸς βρεφικὸς ὑποβάληται. Ἤρεσκε δέ μοι τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τοῦ καλοῦ βασιλέως, παραγαγεῖν εἰς συναγωγὴν ὁμοιότητος. Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνος ἐγλύκαινε μὲν ἀκρόασιν, εἶχε δέ τινα διαμαρτίαν φύσεως. Ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ πάντας τὸ φθέγμα, ὅσους ὁ παλαιὸς λόγος ἐπὶ γλυκύτητι λαλιᾶς ἀπεσέμνυνεν. Οὔτε γὰρ εἰς ἔνδειαν ὑποκάθηται, ὡς ἀνάγκην εἶναι διττολογεῖν τὸ ὑπηχηθὲν πρὸς ἀκρόασιν· οὔτε εἰς στομφασμὸν πλατύνεται ἀνοιγόμενον, ὅθεν τὰ τῆς φωνῆς σκεδάζεται εἰς ἀδιάρθρωτον. Ἀλλὰ χρὴ λαλῆσαι, καὶ τὸν λόγον εὐθὺς περιηχηθῆναι εἰς εὐμάθειαν φθέγματος. Τί μοι λέγειν πολλά; Διάσημον ἐν φωναῖς τὸ σὸν φθέγμα, καὶ (κατὰ τὸ γεγραμμένον) ἡ λαλιά σου ὡραία, καὶ (τὸ πᾶν εἰπεῖν) βασιλικὴ καὶ αὐτή. Οὕτω μέχρι καὶ τῶν σμικροτάτων ὁ θεὸς ἐμεγάλυνέ σε,

καὶ πάντα τὰ σὰ ὑπερύψωσε, προσεπιθεὶς λαμπρὰν τὴν ἐπαύξησιν.

35. Οὐκ ἂν, ὦ παρόντες, ἐπαυσάμην ἐπὶ τοῖς βασιλικοῖς μεγαλείοις, καὶ εἰσέτι τῷ λόγῳ συνεξαιρόμενος, εἰ μὴ τὸ τοῦ Ἰορδάνου ῥεῖμα γλυκὺ κελαρύζον παρευδοκίμησέ μοι τοὺς λόγους, καὶ ἦν ἀνάγκη συστεῖλαι ἐπιφραγισάμενον κλείθροις σιγῆς τὴν διέξοδον. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐγὼ, εἰ καὶ τοῦ λέγειν ὁ Ἰορδάνης παράγει με, καὶ οὔ μοι φίλον τοῦτο ποιεῖ, ὅμως οὐκ ἀνήσω εἰς αὐτὸν βάπτων τοὺς λόγους, καὶ τοῖς τε σεμνοτέροις αὐτὸν ἀγορεύων, τὸν ἱερώτατον, τὸν ἁγιώτατον ἐν ποταμοῖς, προσονομάζων δὲ αὐτὸν καὶ ὕδωρ εἰς σωτηρίαν ἁλλόμενον, καὶ ποταμὸν, εἰ καὶ μὴ Παραδείσου τοῦ πρὸς αἴσθησιν ἐξορμώμενον, πορθμεύοντα γοῦν εἰς Παράδεισον. Εἰ δὲ καὶ τῷ ὄντι βασιλικὸν αὐτὸς ὕδωρ, ὕμνηται μέν μοι τοῦτο καὶ ἄλλοτε. Νῦν δὲ καὶ ἐκεῖνο προστίθημι, ὡς ἄρα ἐκ δύο ποταμῶν ὁ Ἰορδάνης καὶ πρὸς ὄνομα καὶ πρὸς πρᾶγμα κιρνάμενος, ἔπρεπε τῷ θεανθρώπῳ Ἐμμανουὴλ, οὐ διὰ συγχυτικὴν ἀνάκρασιν (ἄπαγε), ἀλλὰ φύσεων ἕνωσιν.

36. Ἄγε δὴ, ὦ σύλλογος ἡμεῖς, ὅσος τε τοῦ σεπτοῦ βήματος, καὶ ὁ λοιπὸς, κοινωσώμεθα καὶ αὐτοὶ τὸ ῥεῖμα τοῦ λόγου εἰς μίαν εὐχῆς σύῤῥοιαν, καὶ μιμησώμεθα τοῦτό γε ἀμφότεροι τὸν Ἰορδάνην, ὃς ἐκ δυοῖν καὶ αὐτὸς ποταμῶν τὸ ῥεῖθρον καὶ τὴν κλῆσιν συμμίγνυσι· καὶ ἐπευξώμεθα, τοῖς βασιλεῦσι τὰ τῆς ζωῆς λοιπῆς ἁπάσης ὑπερανῳκισμένα συντηρεῖσθαι καὶ πολυχρόνια. *)

---

*) Eustathii in thronum Myrensis metropoleos evectio ante hujus orationis editionem e solo Demetrio Chomateno nota erat, cujus verba e Leunclavii jure Graeco-Romano lib. V. p. 317. apponam: Ἐρώτησις. Εἰ δεῖ τὸν ψηφισθέντα καὶ καταδεξιώμενον καὶ ἀσπασάμενον μετατεθῆναι εἰς ἑτέραν ἐπισκοπήν. Ἀπόκρισις. Τοῦτο κανονικὸν μὲν οὐκ ἔστιν, οὔτε μὴν τῆς ἐγγράφου ἢ

## II. SUPPLICATIO MANUELI COMNENO IMPERATORI NOMINE CIVITATIS CONSTANTINOPOLEOS OBLATA, QUUM SICCITATE LABORARET.

Eustathius hanc orationem habuit, antequam Myrorum episcopus esset designatus; incertum, quo anno. Qua enim hieme aquarum illa penuria Cpolitanis civibus acciderit, nondum inveni. Fuit forsan calamitas reliquae Europae communis: unde medii aevi chronica latina etc. aliquid forsan lucis afferent. Pro Cpoli supplicavit Eustathius, non pro Thessalonica, ut male habet Fabricius in bibl. Graeca (supra pag. 353.).

*ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ, ΟΤΕ ΕΝ ΔΙΑΚΟΝΟΙΣ ΗΝ ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ ΤΩΝ ΡΗΤΟΡΩΝ, ΔΕΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΥΡΙΟΝ ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΟΝ ΚΟΜΝΗΝΟΝ, ΩΣ ΑΠΟ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ, ΟΤΕ ΑΥΤΗΝ ΑΥΧΜΟΣ ΕΠΙΕΖΕΝ.*

MSS. { Barocc. CXXXI. / Langb. II. } Biblioth. Oxon. Bodl.

1. *Τολμηρὸν ἡμῖν ἡ δέησις, καὶ περὶ μεγίστου τῷ ὄντι πράγματος. Καὶ τί γὰρ ἂν πάσχοι τις, πόλιν ὅλην ἰδὼν, τὴν*

---

*ἀγράφου ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως· γίνεται δὲ πολλάκις, βασιλέως κελεύοντος, διά τινα οἰκονομίαν λυσιτελοῦσαν κοινῇ. Καὶ γέγονε τοῦτο ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Μανουὴλ καὶ πορφυρογεννήτου Κομνηνοῦ. Τοῦ γὰρ σοφωτάτου ἐκείνου Εὐσταθίου, τοῦ κατὰ Φλῶρον διακόνου ὄντος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Λυκίων Μυρέων (sic) ψηφισθέντος, καὶ καταδεξαμένου καὶ ἀσπασαμένου, καὶ ἤδη καὶ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἑτοιμασθέντος, πρόσταγμα τοῦ μακαρίτου βασιλέως ἐκείνου πρὸς τὴν σύνοδον καταπεφοίτηκε διακελευόμενον, δέξασθαι ταύτην παραιτούμενον τὸν Εὐστάθιον, προσαγαγεῖν δὲ τοῦτον τὴν περίκλυτον τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν, ὡς τηνικαῦτα χηρεύουσαν.* Myrorum metropolita, cui successurus erat Eustathius, fuit puto Christophorus, de quo videatur Michael Lequienius in Oriente Christiano Vol. I. pag. 970.; in

*ἁπασῶν μεγίστην, ἱκετηρίους ἀνασχεῖν χεῖρας τῇ βασιλείᾳ σου; Συγγνωστέα πάντως ἡ τόλμα, καὶ πρὸ ἡμῶν τὰς ψήφους ποιεῖται, τὴν ἀνάγκην ὑπερήγορον ἔχουσα. Εἰ μὲν γὰρ ἐκείνῳ, ἢ τούτῳ, ἢ ἄλλῳ, οἳ πολλοὶ καὶ πραγμάτων ἐναντιότησιν ἀνθίστασθαι ἱκανοὶ, τὸ σὸν λάχος, ἡμᾶς τοὺς πολίτας, ἰθύνουσι, περιγενέσθαι ἦν τοῦ ἐν ἐλπίσι, μᾶλλον δὲ ἤδη ἐν προοιμίοις κακοῦ, εἰπεῖν δὲ ἀκριβέστερον, καὶ μεσοῦντος ἤδη καὶ ἐναγωνίως ἀκμάζοντος, τάχ' ἄν τι*

---

throno Thessalonicensi. excepit Constantinum I. (Mich. Lequ. ibidem Vol. II. p. 48.). Iam videamus de *tempore*, quo haec oratio habita fuit. Primo in diem inquiramus. Eustathius noster hanc homiliam sacram peroravit Cpoli coram Manuele imperatore, cum brevi ante Myrorum metropolita designatus esset, die S. Nicolai myroblytae, Myris admodum culti (Mich. Lequ. l. c. Vol. I. p. 967.). De hoc die ipse Eustathius agit cap. 20—22. hujus orationis. Est autem VI. Dec., coll. Manuele Comneno imperatore in Novella de feriis (Leuncl. Ius Gr. Rom. lib. II. pag. 162.). Iam videamus de anno. Is quoque ex hac oratione satis exputabitur. Scilicet capite 9 (p. 412.) Anconae obsidionem Venetam Noster memorat. Ea autem in annum 1174 incidit, coll. Wilkenio in libro: Rerum ab Alexio ... gestarum etc. pag. 611—615. Manuelis victoriam Venetam Eustathius peculiari tum panegyrico praedicaverat (cap. 10. p. 414.). Ergo VI. Decembris dies erit anni 1174 vel 1175 (alias Manuelis victorias post Venetam reportatas Eustathius non memorat). Eustathium brevi post Myrensem designationem in thronum Thessalonicensem translatum esse, Demetrii Chomateni locus docet: factum hoc puto initio anni 1175 vel 1176, coll. iis, quae modo exposui.

*Consilium* orationis magis in obscuro est. Plus semel agit de sacro unguento et aqua Iordanis (aqua baptismatis), quod utrumque in baptismate jungit ecclesiae orientalis ritus sacer (Goari rituale Graecorum p. 353. 354.). Num igitur Eustathiana oratio baptismati alicuius parvuli nobilioris praelusit, an officio sacri unguenti, cujus formulas habes apud eundem Goarum l. c. p. 628 sqq.?

De Myris Lyciae praeter Michaelem Lequienium (l. c. Vol. I. p. 965 sq.) adi Leakium in libro: Iournal of a tour in Asia minor p. 173. 183. 321. S. Nicolai res supra attigimus p. 141.

περιττόν τι πόλις ἐποίει, ταῖς ἄλλαις ἀναρίθμοις φροντίσι τε καὶ ὀχλήσεσιν, αἳ τὴν ἁγίαν βασιλείαν σου ὅσαι ὧραι κυκλοῦσι, προσεπιτιθεῖσα καὶ αὐτὴ, καὶ τὸ πολύοχλον προσεπαύξουσα· ὅπου γε καὶ οὕτως ἐκφεύγειν εἶχε δικαίως τὰ τῆς αἰτιάσεως, εἴ γε πᾶσα καὶ βουλὴ καὶ σπουδὴ καὶ τέχνη τῆς ὑψηλῆς βασιλικῆς ἀρχιτεκτονικῆς τοῦ θείου κράτους σου κάτω που κεῖται, καὶ οὐκ ἔστιν ὅσον εἰπεῖν ὑποπέπτωκεν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλοθεν οὐδ' ἐπινοήσασθαι λύσιν τινὰ τοῦ κακοῦ, εἰ μὴ μετὰ τὴν θείαν καὶ παναλκῆ χεῖρα τοῦ ἀεὶ βασιλεύοντος καὶ ἐπὶ πάντων θεοῦ ἐκ τῆς κρατίστης χειρός σου, τοῦ ἐκείνῳ συμβασιλεύοντος καὶ ἐπιγείου θεοῦ, εὐλόγως ἂν ἔξω πάσης μέμψεως πίπτοιμεν, τῷ μόνῳ δυνατῷ σῶσαι μετὰ θεὸν ἱκετικῶς ἐντυγχάνοντες. Ἔχομεν δὲ ἤδη καὶ τὰ τῆς ἐλπίδος αὐτόθεν ἐχέγγυα, καὶ πεποίθαμεν, ὡς ὁ θεὸς, ᾧ τὰς ἐνδελεχεῖς ὑπὲρ τῆς βασιλείας σου εὐχὰς ἀναπέμποντες ἐντελεῖς αὐτὰς εὑρίσκομεν, λαλῆσαι καὶ νῦν ὑπὲρ ἡμῶν ἀγαθὰ εἰς τὴν καρδίαν τῆς ἁγίας βασιλείας σου, ἀναπετάσει τὰ σπλάχνα ταύτης, καὶ ἄλλως πεπλατυσμένα ὄντα, εἰς τὸν τοῦ κοινοῦ ἔλεον· οἳ καὶ ζηλοῦσι τρόπον τινὰ καὶ οὐκ ἀνεκτὸν ἡγοῦνται, μὴ οὐχὶ πρὸς πέρας ἀγαγεῖν καὶ τὰ τῆς παρούσης αἰτήσεως, πολλὰ καὶ γενναῖα καὶ πείθειν ἱκανὰ προϊσχόμενοι.

2. Ἐκεῖνα δ' ἡ πόλις, ἡ ἄλλως μὲν, ἀλλὰ νῦν μάλιστα διὰ τὴν σὴν κρατίστην ἰσχὺν ἀληθῶς μεγαλόπολις, βοᾷ δι' ἡμῶν, βασιλέων μέγιστε καὶ θειότατε· πᾶσαι μὲν ἄλλαι πόλεις, ἃς οὐδὲ εὐχερὲς καθυποβαλεῖν ἀριθμῷ, ὅσαι τε παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος τὸν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς κύκλον κοσμοῦσιν, καὶ ὅσας (πολλαὶ δὲ καὶ αὗται καὶ οὐ ῥᾳδίως μέτρῳ ληπταὶ) τὸ σὸν ἔνθεον κράτος τὰς μὲν πάλαι κατενεχθείσας εἰς γόνυ ἀνήγειρε, τὰς δὲ, ὀνόματι μόνῳ γνωριζομένας, τῷ δὲ λοιπῷ παντὶ κατὰ γῆς δεδυκυίας, εἰς φῶς ἤγαγε, καὶ τὸν πρώην κόσμον ἀπέδωκε, τὰς δὲ

καὶ μηδαμῆ οὔσας εὐμηχάνως ἐκ καινῆς παρήγαγε — πᾶσαι δὴ οὖν αὗται πόλεις εὖ ἔχουσι, καὶ ἐν καλῷ τύχης μένουσι, καὶ ὑπεντρυφῶσι, μὴ ὅτι γε τοῖς ἀναγκαίοις καὶ μόνοις, ἀλλὰ καὶ ὧν οὐ πάνυ τις ἀπόντων μνήσεται κατὰ ἔφεσιν. Ἡ δὲ σὴ πόλις, καὶ αὐτὴ μηδὲν ὅτι ἔχουσα δυσχεραίνειν, ἀλλ' ὡς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς περιῤῥεομένη τοῖς πάντοθεν ἀγαθοῖς, περὶ αὐτὸ τὸ καίριον παρὰ βραχὺ δυστυχεῖ. Αὐχμὸς γὰρ αὐτὴν ἐν μέσῳ πιέζει χειμερίῳ καιρῷ. Ἀκμὴ χειμῶνος ἰδού, καὶ ἡ γῆ — ἀλλ' εἴποι τις ἂν αὐτὴν θερινοῖς ἡλίοις βάλλεθαι, ὁποῖοι τοὺς Τρωγλοδύτας ἰθύνουσι. Καὶ ὅτι περὶ μέσας τὰς τῆς πόλεως ἀγυιὰς πομπικῶς τὸ ὕδωρ ὡς ἐξ ἀποδημίας ἐπιχωριάζον ἐστέλλετο, καὶ τοὺς θεωμένους ἐπέστρεψε τῷ θαυμασίῳ τοῦ πράγματος, τηνικαῦτα καὶ αὗται τῶν κατὰ πόλιν φρεάτων αἱ φλέβες συμμεμυκυῖαι τὸ τρόφιμον ὑγρὸν τοῖς ἀρυομένοις ἐποχετεύειν οὐκ ἔχουσι. Καὶ ταῦτα ποίαι φλέβες, αἳ καὶ μέσου θέρους πολὺ τὸ ποτὸν ἀναβάλλουσαι καὶ ὑπερβλύζουσαι, τῆς τῶν ἀρδευομένων πολυχειρίας ἦσαν ὑπέρτεραι; Πάσχει τουτὶ τὸ πάθος τάχα που χειμῶνος καὶ Αἴγυπτος· ἀλλ' ἐν ἐλπίσι τοῖς ἐκεῖ ὁ θερινὸς Νεῖλος, καὶ ὀλίγοις ἰδρῶσι γῆς ἀναψύχοντες ἑαυτοὺς, ὅτε θέρος ἀναλάμψει, πέλαγος ὁρῶσι τὴν ἑαυτῶν. Ἡμῖν δὲ τὰ τῆς τοιαύτης ἐλπίδος ἀπέσβη, οἷς φθάσαντες ἐπειράσαμεν τοῦ κακοῦ. Ἐπιλέλοιπε γὰρ τὴν σὴν πόλιν ὁ ταύτης χειμέριος ἐκεῖνος Νεῖλος· καὶ ἔσται λοιπὸν ἐπὶ τὰ ἑξῆς τὸ θέρος αὐτῇ θέρος ἀληθῶς, εἴτουν φλέγμα κακὸν, κατὰ τὴν ποίησιν, καὶ θερμότης πυρόεσσα. Τὸ γὰρ ἀναψύχον ὕδωρ, τὸ ζωογόνον, τὸ παρήγορον ἐπιλέλοιπε. Ἡ εὔκρατος εἰς διακεκαυμένην κινδυνεύει διαπεσεῖν. Πηγὴ ἀνέβαινε, γραφικῶς εἰπεῖν, καὶ ἐπότισε πᾶν τὸ πρόσωπον γῆς μὲν, οὔκουν ἁπάσης, τῆς δὲ κατὰ γῆν ἅπασαν πρωτίστης ταύτης τῶν πόλεων. Νῦν δὲ ἀλλ' οὐκ οἴδαμεν τὰ τῆς τοιαύτης πηγῆς, ὅποι γῆς ἔδυ καὶ ᾤχετο μικρὸν

ὅσον, καὶ κατὰ τοὺς ἐν τῇ ἀνύδρῳ ἐσεῖται λυπρὰ καὶ αὐτὴ καὶ διψῶσα, καί που, εἰ τὸ κακὸν ἐπὶ μεῖζον ἀρθείη, καὶ ἔρημος· καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ οὐκ ἂν ὀκνήσει τις μὴ καὶ αὐτοὺς διὰ τὸ ἐκλείπειν λέγειν ἁλίβαντας. Ἤδη πρὸ ὀφθαλμῶν κεῖται τὰ δεινὰ, καὶ οἵαν ἡ πόλις καταράσεται κάκωσιν τῶν πολιτῶν, ὅσοι μὲν εὖ ἔχουσι τὸ εἰς σῶμα, οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑγιαίνειν συγχωρουμένων τῇ αὐχμηρότητι· τῶν δὲ κατὰ νόσον ἄλλως διακειμένων, τὴν ψυχαγωγίαν ἀπολωλεκότων, καὶ οὕτως ἐχόντων τὴν ὑγίειαν δυσανάκλητον.

3. Διὰ ταῦτα ἐκχέομεν ἡ πᾶσα πόλις τὰς καρδίας ἡμῶν ἐνώπιον τῆς βασιλικωτάτης φιλανθρωπίας σου, καὶ τὴν τοῦ σοῦ ἐφ' ἡμᾶς ἐλέου χύσιν αἰτούμεθα, ποτνιώμενοι καὶ θερμὰ προχέοντες δάκρυα. Ἔκτεινον τὴν θείαν χειρά σου, καὶ οὕτω κελεύσας ἀποκατάστησον τὸ ὕδωρ ἐπὶ χώραν, οὐ πρὸς ἡμέραν, ὡς τὰ τῆς γραφῆς, ἀλλ' εἰς αἰῶνα ὅλον, ᾧ συνεπεκταθείη καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου. Οὐκ ἔστιν ὕδωρ τῷ λαῷ πιεῖν· δὸς ἡμῖν ὕδωρ, ἵνα πίωμεν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἔλεγε πρὸς τὸν τοῦ θεοῦ θεράποντα Μωϋσῆν γογγυστὴς λαὸς, σκληροτράχηλος, καὶ τῆς βρώσεως ἔτι οὔσης ἔσω στόματος τοῦ εὐεργέτου καταλαλῶν. Καὶ οὕτως ἔχων — ἀλλ' εἰσηκούετο. Ἡμεῖς δὲ, λαὸς εὐγνώμων, δοῦλοι εὖ μάλα ἠσκημένοι πρὸς πίστιν, λαὸς μνήμων εὐεργεσιῶν, εὐχάριστος, εἰδὼς ἀκριβῶς, τίς ὁ δεσπότης, τίς ὁ σώζων, τίς ὁ τρέφων, τίς ὁ ζῆν ποιῶν ἀσφαλῶς (ἢ γὰρ ἂν εἴημεν ἀλογώτεροι καὶ τῶν παρὰ τῷ προφήτῃ ζώων, ἃ τοὺς κυρίους οἶδε καὶ τοὺς κτησαμένους αὐτὰ) — δίκαιοι τοίνυν ἡμεῖς, μὴ διεκπεσεῖν, οὗ ποθοῦντες αἰτούμεθα.

4. Ἀντεπεξήγαγέ ποτε βριαρὰς χεῖρας ἡ κραταιὰ βασιλεία σου τῷ παλαμναίῳ ἐκείνῳ σεισμῷ, καὶ ὅσα καταπαλαίσας βαλεῖν εἰς γῆν αὐτὸς ἐφιλονείκησεν, αὐτὴ φιλοτίμως ἀνέστησε,

καὶ καταῤῥύεντα συνέπηξε δαπάναις μυρίαις ὅσαις καὶ χρυσοῦ κενώσει, ὃς καὶ μέτρον πᾶν ὑπερπέπαικε. Καὶ ἵστανται στῆλαι, τὴν τοιαύτην φιλοτιμίαν ἀνάγραπτον φέρουσαι, τὰ πανταχοῦ γῆς θεῖα τεμένη, ὅσαπερ ἡ τοῦ φρικώδους ἐκείνου κακοῦ ἀνεμόχλευσε κατασείσασα τρίαινα.

5. Γενοῦ τοίνυν, εὐεργετικώτατε βασιλέων, ὅπερ ἐκείνοις Πακτωλός τις χρυσοῤῥόας πολὺν τὸν χρυσὸν εἰς δαπάνην προῤῥέων, οὕτω δὴ καὶ ἡμῖν Νεῖλος θερινοῦ παρήγορος καύσωνος· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἄμφω, χρυσὸν προβλύζων καὶ ὕδωρ οὕτως ἐποχετεύων ζωογόνον τῇ πόλει σου. Πυρὸς γνάθος ἀναιδὴς, οὐ μακρὸς οὗτος χρόνος, καὶ ἐπέχανε ταύτῃ, καὶ μικροῦ κατέσπασε, καὶ διανευηθεῖσα τὸ κάλλος αὐτῇ ἀπηχρείωσεν. Ἀλλ' ἔχει καὶ πάλιν τὸ πρώην καλὸν, καὶ τὸν ποικίλον καὶ πολυτίμητον κόσμον, ὃν ἡ ῥύμη τοῦ πυρὸς ἀπήγαγεν, αὖθις, τῆς σῆς δεξιᾶς νυμφοστολούσης, ἀμφέθετο.

6. Δυστυχῶς ἔχει καὶ νῦν ἐξ ὕδατος οὐκ ἐπιπολάσαντος αὐθαδέστερον, οὐδ' ὑπεκδραμόντος τὸ μέτριον. Μὴ γένοιτο μήτε τοῦτο, μήτε εἰσαῦθις ἐκεῖνο, Χριστὲ βασιλέων (τίς γὰρ ἂν οὕτω ταύτην διὰ πυρὸς ἐλιθεῖν καὶ ὕδατος εὔξαιτο;)· ἀλλ' ἐξ ὕδατος ἐπιλιπόντος τέλεον φάνηθι δὴ κἀνταῦθα, θεοστεφὲς βασιλεῦ, εὐμήχανος βοηθὸς, καὶ τὸν ᾧ συμβασιλεύεις θεὸν κἀνταῦθα μιμούμενος, ἐξάγαγε οὐκ ἀνέμους ἀναψύχοντας, ἀλλ' ὕδωρ πόλιν ὅλην ζωογονοῦν ἐκ τῶν σῶν θησαυρῶν. Τῷ μὲν οὖν Γεδεὼν ἐλάλησεν ὁ θεός· κατάγαγε τοὺς δέ τινας τῶν στρατιωτικωτέρων εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ δοκιμῶ αὐτούς σοι ἐκεῖ. Ἡμᾶς δὲ ἤδη δεδοκίμακεν ἐνώπιον τῆς βασιλείας σου ὁ θεὸς, καὶ ἐσμὲν πάντες ἱκανοὶ χερσὶ, ἃς ὑπὲρ αὐτῆς ὁσημέραι τῷ θεῷ ἐκτείνομεν, καὶ οὕτω τοῖς πολεμίοις ὡς οἷόν τε ἀνθιστάμεθα. Λείπεται δὴ ἀγαγεῖν ἡμᾶς εἰς τὸ ὕδωρ, οὐ δοκιμῆς χάριν, ἀλλ' ἀναψύξεως. Ὡς ἔστι δεινὸν, ἄλλας μὲν τῶν

πόλεων ὕδασιν ἀεννάοις πλημμύρεσθαι καὶ πλουτεῖν τὸ ἐντεῦθεν κῦδος, τὸν Κύδνον, τὸν Θύμβριν, τοὺς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν ποιοῦντας, καὶ ἑ-έρους δὲ φιλοπόλιδας ποταμούς· τὴν δὲ σὴν Μεγαλόπολιν ὕδατος πινίᾳ κατασμικρύνεσθαι.

7. Γενέσθω καὶ παρ' ἡμῖν ὕδωρ τοῦτο βασιλικὸν, διάνδιχα τέμνων τὴν καθ' ἡμᾶς, καί σοι τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ ἐπονομαζόμενον οἰκειότερον, ἥπερ ὁ Χοάσπης τῷ τῶν Περσῶν, ὃ δὴ βασιλικὸν καὶ ποτὸν καὶ ὕδωρ ὁ παλαιὸς λόγος ἀληθῆ λέγων ὠνόμαζε. Τοῦτο μὲν γὰρ σὺ ποιήσεις, καὶ ἡ τοῦ σοῦ ἐλέους ἄβυσσος ἀναστομώσει προῤῥέειν αὐτὸ εἰς τὸ διηνεκές. Ἐκεῖνο δὲ ἄλλως, ὦ βασιλεῦ, ἐπεγράφετο οἷς ἔχαιρεν ἐκεῖνος τοιούτου πίνων ὕδατος, μηδὲν αὐτὸς τῷ ῥεύματι ξυμβαλλόμενος. Κράξομεν, ἰδοὺ, μετὰ Ἡλίου καὶ ἡμεῖς τῇ βασιλείᾳ σου, μικρὸν ὑπαλλάξαντες· ζῇ κύριος, εἰ ἔσται τὰ ἔτη ταῦτα ὕδατος σταγὼν, εἰ μὴ διὰ λόγου στόματός σου. Ἐκ τούτου λόγον ἐξαπόστειλον, καὶ (Δαβὶδ ἂν εἴποι) ῥυήσεται ὕδατα.

---

## CAP. III.

### MARMOR VIRIDE VETERUM.

In parte libri mei geographica cum Thessalonicae monumenta lustrarem, non semel tantum incidi in marmoris viridis nobilissimi reliquias, quod apud homines novitios nomen gerit *Verde antico*. Id marmor inter ea saxa pretiosiora referri constat, quorum metalla exhausta putantur vel omnino ignorantur. Egit de eo Caryophilus in libro: De antiquis marmoribus (Vindob. 1718. Fol. min., Utraject. 1743. form. quadr.); ita tamen, ut parum distinguat utramque ejus speciem, deinde

historiam ejus non aliter, nisi summo fere digito attingat. Multo etiam brevius alii ejusdem mentionem fecerunt. Unde operae pretium duxi, peculiarem diatribam ei lapidi dicare, quam judicio doctiorum subjicio. *)

Dissertationi meae praemitto itinerarii Clarkiani locum (Vol. 4. p. 356.): *From the Rotunda* (Thessalonicensi) *we went to see the church of St. Sophia . . This building is now a mosque, corresponding in all its proportions with that which bears the same name in Constantinople; but being of less magnitude. It is, however, exceedingly well worth seeing, owing to the columns of Verde Antico which it contains: they are mentioned by Pococke. There is also here another extraordinary Béma, or Suggestum, made also of the Verde-Antico, with steps leading up to it; the whole being of one entire mass of this beautiful substance. The quantity of it in Salonica seems only to be explained in the vicinity of the city to the place where we observed its natural deposit in the Vale of Tempe.* De ultimis Clarkius egit l. c. pag. 282 sqq., ubi ex Caryophilo quaedam repetit de Atrace, Thessaliae urbe, solo natali prioris speciei marmoris nostri.

Marmor sc. viride veterum duplicis speciei fuisse, e Caryophilo constat. Prius fuit *Atracium*, posterius *Lacedaemonium*. Alia minoris notae marmora veterum viridia in sequentium paginarum decursu obiter memorabo. Prius agam de *Atracio*.

Graecorum Byzantinorum aevo *Atracium marmor* dicebatur *saxum viride Thessalicum*, cujus patria, ut jam Caryophilus ostendit (l. c. p. 40 sq. ed. Vindob.), urbs Atrax fuit, de qua videndus Livius 32, 15.: *Inde Atracem est profectus: decem ferme millia ab Larissa abest . . sita est*

*) Haec nostra dissertatio primo edita fuit in Commentationibus Academiae Monacensis philosophico-philologicis anni 1837. Vol. II. p. 131 sqq. Repetere libet auctam passim atque emendatam.

*super Peneum amnem.* Adde Leakium in Trav. in north. Gr. Vol. 3. p. 308. Vol. 4. p. 292. Eodem ibidem monente est hodierna *Gúnitza.*

Non unius tantum speciei Atracium et Lacedaemonium fuisse, ex Iulio Polluce intelligere licet, qui in Onomastico suo (7, 100. p. 759. ed. Hemsterh.) haec habet: *Πολλὰ δὲ εἴδη λίθων· Φρυγία, Λάκαινα, Λίβυσσα, Εὐβοϊς, Θετταλὴ, Αἰγυπτία. Καὶ τούτων δὲ ἰδέαι πλείονες.* Optime totam rem aperit eximius locus Pauli Silentiarii, qui Iustiniano imperatori coaevus fuit, in descriptione S. Sophiae 2, 224 sqq. (ed. Bonn. pag. 31.): *Καὶ Ἀτραχὶς ὁππόσα λευροῖς Χθὼν πεδίοις ἐλόχευσε, καὶ οὐχ ὑψαυχένι βήσσῃ· Πῃ μὲν ἅλις χλοάεντα, καὶ οὐ μάλα τῆλε μαράγδου, Πῃ δὲ βαθυνομένου χλοεροῦ κυανώπιδι μορφῇ. Ἦν δέ τι καὶ χιόνεσσιν ἀλίγκιον, ἄγχι μελαίνης Μαρμαρυγῆς· μικτὴ δὲ χάρις συνεγείρετο πέτρου.* I. e. *Et quodcunque Atracis terra patentibus in campis genuit, non in jugis excelsis: aliud satis viride, nec a smaragdo valde diversum; aliud colorem viridis saturi caeruleum referens. Est ibi quoque quidpiam nivi simile, accedens ad nigrum fulgorem; unde mixtus in unum coit saxi decor.**)

*) De marmore viridi veterum videatur *Nouveau dict. d' hist. naturelle.* Nouv. ed. T. 19. p. 273.: *Le vert antique.* „C'est un marbre serpentineux, qu'on peut classer dans les brèches. Sa pâte est un calcaire blanc, à petits lames comme le *marbre blanc,* et les nombreux fragmens, qu'elle contient, sont vert-d'herbe et vert noirastres; mais le ton dominant est le vert taché de blanc. Il y en a de deux variétés principales: dans l'une les parties serpentineuses et les parties calcaires sont tellement fondues, que l'on hésiteroit à classer ce marbre au rang des brèches; l'autre, par un caractère contraire, reçoit le nom de *vert antique* brèché; dans une troisième on observe des fragmens bruns et des fragmens gris; toutes les parties n'ont que de petites dimensions. Ce *marbre* est sans contredit un des plus magnifiques et l'un des plus propres a la décoration intérieure des édifices somptueux. Ses couleurs, agré-

Habes solum marmoris viridis Thessalici nativum, sc. planitiem urbis Atracis, non montes vicinos; habes duplex triplexve ejus genus, satis clare descriptum.

Verum age usum hujus marmoris (Atracii) ex historia Byzantina post Caryophilum de antiqu. marmoribus diligentius illustremus, qui doctus non plura illius aevi testimonia affert, quam haec: Paulus Silentiarius l. c. 1, 255. 2, 224 sqq. Codinus de Antiqu. Cpolit. p. 65. ed. Paris. Constantinus Porphyrogenitus in Basilio Macedone cap. 88. (de octo columnis viridibus). Eumathius de amor. Ismen. I.

Primo adeamus *S. Sophiam*, ab Iustiniano imperatore de novo conditam, in qua non semel tantum hoc marmor nobilius conspicitur. Paulus Silentiarius l. c. 4, 254 sq.: *Εἰσὶ δὲ πορφυρέαις ἐπὶ κίοσι κίονες ἄλλαι, Ἀγλαὰ Θεσσαλικῆς χλοερώπιδος ἄνθεα πέτρης.* Idem ibid. 258.: *Ἔξ δ' ὑπὸ Θεσσαλικῇσι καὶ οὐ δυσὶ κίοσι* (sc. fulgent mulierum signa). Idem ibid. 262.: *Πάντα δὲ Θεσσαλικοῖο μεταίχμια κίονος ἀνὴρ Λαϊνέοις ἔφραξεν ἐρείσμασιν* (*at quidquid inter Thessalicas columnas interjacet, lapideis pluteis communiit artifex*). Idem ibid. 2, 192.: *Θεσσαλίδος πέτρης ἀμαρύγματα* (ubi sermo est de gynaeceo S. Sophiae). Idem ibid. 150 sq.: *Κίοσιν . . ἀβροῖς Θεσσαλικοῖσι* (baptisterii). His adde ejusdem locum superius allatum de patria hujus marmoris. Idem in descriptione ambonis 226.: *Θεσσαλικῇ δ' ἑκάτερθεν ὅλην*

---

ablement nuancées, et son ton sévère, le rendent très-propre à cet usage. L'on en voit quatre colonnes au louvre, dans la salle, ou étoit placé le Laocoon. Ce *marbre*, qui se trouve fréquemment dans les fouilles des anciens monumens, est néanmoins fort cher: il est très-probablement le *marmor Spartum* (l. *Spartanum*) ou *Lacedemonium* des Romains,' qui, si l'on s'en rapporte au nom, devoit exister aux environs de Lacédémoine, en Morée, et non pas auprès de Thessalonique, en Macédoine." De pretio hujus marmoris apud mercatores archaeologicos Italiae hodiernae (sec. XVIII.) v. Volkmanni historisch-kritische Nachrichten von Italien. T. 2. p. 765 sq.

χλοερώπιδι πέτρῃ Ἀτραπὸν ἐφράξαντο. Idem ibidem 228.: Ἀμφὶ δ' ἑκάστῃ Θεσσαλικῇ λάϊγγι παρίσταται οἷά τις ἀλλος Κίων ἰσοτενής. Ibid. 250.: Πέτρης Θεσσαλικῆς βάσις.

Iam videamus *seriem sarcophagorum imperatoriorum in urbe Byzantio.* Constantinus Porphyrogenitus de cerimoniis aulae Byzantinae 2, 42., ubi agitur de sarcophagis imperatorum, qui sunt in templo SS. Apostolorum (ed. Bonn. T. I. p. 642.): Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Ζήνων ὁ βασιλεύς (a. 474—491.). Idem ibid.: Ἕτερος λάρναξ πρασίας λίθου Θετταλικῆς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς (a. 842—867.), ὁ υἱὸς Θεοφίλου (a. 829—842.). Ibi additur, in eo sarcophago olim conditum fuisse Iustinum priorem imp. (a. 518—527.). Idem ibidem: Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Βασίλειος (a. 867—886.) σὺν Εὐδοκίᾳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ υἱῷ (a. 886—912.). Idem ibidem: Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται ἡ ἁγία Θεοφανὼ, ἡ πρώτη γυνὴ τοῦ μακαρίου Λέοντος σὺν Εὐδοκίᾳ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ (a. 886—912.). Idem ibidem: Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Εὐδοκία, ἡ τρίτη γυνὴ τοῦ αὐτοῦ κυρίου Λέοντος, ἡ ἐπονομαζομένη Βαΐνη. Idem ibid.: Ἕτερος λάρναξ πράσινος, ἐν ᾧ ἀπόκειται Φαβία, ἡ γυνὴ Ἡρακλείου (a. 610—641.). Idem ibidem: Ἕτερος λάρναξ πρασίνου Θεσσαλικοῦ, ἐν ᾧ ἀπόκειται Φαύστα, ἡ γυνὴ Κωνσταντίνου Πωγωνάτου (a. 668—685.). Idem ibidem: Ἕτερος λάρναξ, ἀπὸ λίθου πρασίνου Θετταλικοῦ, ἐν ᾧ ἀπέκειτο Κωνσταντῖνος (ordine quintus), ὁ υἱὸς τοῦ Ἰσαύρου (Leonis Isauri a. 717—741.), ὁ ἐπικληθεὶς Καβαλλῖνος (a. 741—745.). Ἀλλ' ἐξεώθη ὑπὸ Μιχαὴλ (III. a. 842—867.) καὶ Θεοδώρας, καὶ κατεκάη τὸ δύστηνον αὐτοῦ σῶμα. Ὁμοίως καὶ ὁ λάρναξ αὐτοῦ ἐξεώθη καὶ κατεπρήσθη (l. κατεπρίσθη), καὶ ἐχρημάτισεν εἰς τὰ τοῦ Φάρου (l. φόρου) συστεμάτια (l. συστημάτια, columellas s. στήλας repositorias). Καὶ γὰρ καὶ τὰ μεγάλα

ἀββάκια τὰ ὄντα ἐν τῷ αὐτοῦ (l. αὐτῷ) Φάρῳ (l. φόρῳ), ἐκ τοῦ αὐτοῦ λάρνακος τυγχάνοντά εἰσιν.*) Idem ibid.: Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θεσσαλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται ἡ γυνὴ Καβαλλίνου. Idem ibid.: Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Μιχαὴλ ὁ Τραβλὸς (a. 820—829.). Idem Constantinus ibidem: p. 646.: Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ γυναικείᾳ μονῇ τὰ (l. τῇ) Ἰουστίνου, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ, ἐν λάρνακι ἀπὸ λίθου πρασίνου Θεσσαλοῦ ἀπέκειτο τὸ σῶμα Ἰουστίνου (Iustini II. a. 565—578.) τοῦ βασιλέως, καὶ Σοφίας (Εὐφημίας mavult Reiskius) τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Additur deinde, eorum reliquias in viliorem sarcophagum, saxi Proconnesii (item viridis), translatas fuisse. Ibid. p. 648.: Ἐν δὲ τῷ πρὸς ἀνατολὴν δεξιῷ μέρει τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας (ecclesiae S. Euphemiae), ἀπέναντι ταύτης τῆς σταταραίας (catastae? loculi?), ἐστὶν ἑτέρα σταταραία ἀπὸ λίθου πρασίνου Θετταλοῦ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Μαριανὸς, ὁ γεγονὼς δομέστικος τῶν σχολῶν, καὶ Συμβάτιος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἀμφότεροι ἀδελφοὶ Βασιλείου (Macedonis a. 867—886.), τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου.

His expositis adeamus *Palatium imperatorum Byzantinorum*. Constantini Porphyrogeniti continuator in Theophilo, Michaelis filio (a. 829—842.) cap. 43. (Scriptt. post Theophanem pag. 88. ed. Paris., p. 65. ed. Ven.): Οὗ καὶ κατὰ πρόσωπον τῆς ἐξ ἀργύρου κατεσκευασμένης τῶν πυλῶν ἀνεστηκυῖά ἐστιν ὀροφὴ, τέσσαρσι κίοσι μετεωριζομένη ἐκ Θετταλικοῦ, τοῦ καὶ πρασίνου, λίθου. Ubi significatur frons portae argenteae Triconchi, conclavis cujusdam in palatio. Ibidem (p. 89) de alio conclavi palatii, nomine Margarita:

*) Similiter hanc rem narrat Georgius Monachus in Michaele cum matre Theodora cap. 32. (Scriptt. post Theophanem p. 540. ed. Paris., p. 404. ed. Ven.): Τὴν δὲ λάρνακα τοῦ Κοπρωνύμου, πράσινον οὖσαν καὶ θαυμαστὴν, διαπρίσας, ἐποίησε στήθεα (columellas) ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι ναῷ ἐν τῷ Φάρῳ (l. φόρῳ).

*Ἐκ τεσσάρων δὲ Θεσσαλικῶν* (sc. *κιόνων*) *τὰς στοὰς ἐγηγερμένας.* Ibidem: *Ἀλλ' ὁ μὲν Καμιλᾶς ἓξ κίοσιν ἐκ Θετταλικοῦ λίθου, τοῦ καὶ πρασίνου, τὴν χρυσοκατάστικτον ὀροφὴν μετεωριζόμενος ...* (*Camilas palatii quoddam conclave*).*)

Idem marmor in *Novis Aedibus* (*Καινούργιον*) conspicimus, quas sibi Basilius Macedo (a. 867—886.) in Palatio condidit, referente Constantino Porphyrogenito in Basilio Macedone cap. 88. (Scriptores post Theophanem ed. Paris. p. 204. 205., ed. Ven. p. 152.): *Οἱ μὲν ὀκτὼ τούτων* (columnarum) *ἐκ λίθου τυγχάνοντες Θετταλῆς, ἢ τὸ πράσιον χρῶμα κεκλήρωται.* Idem ibidem: *Ἔξωθεν δὲ καὶ τούτου* (extra circulum pavimenti) *καθάπερ τινὲς ῥύακες ἢ ποταμοὶ ἐκ λίθου Θετταλῆς, ἢ τὸ πράσιον χρῶμα κεκλήρωται.* Fluvios sc. in musivo opere viridi lapide pingebant, referente Anonymo in S. Sophiae descriptione (Antiq. CPolit. lib. IV. pag. 79. ed. Paris., p. 68. ed. Ven., coll. Codino de origg. CPolit. p. 72. ed. Paris., p. 57. ed. Ven.): *Εἰς δὲ τὸν πάτον μὴ δυνηθεὶς* (Iustinianus imp.) *εὑρεῖν τοιαῦτα πολυποίκιλα καὶ μέγιστα ἀβάκια, καὶ* (dele hanc vocem) *ἀποστείλας Μανασσῇ πατρίκιον καὶ πραιπόσιτον ἐν Προικοννήσῳ, ἐποίησεν ἐκεῖ τὰ μάρμαρα εἰς ὁμοιότητα τῆς γῆς* (i. e. fusca), *τὰ* (adde *δὲ*) *πράσινα εἰς ὁμοιότητα τῶν ποταμῶν τῶν ἐμβαινόντων ἐν τῇ θαλάσσῃ.* Ubi mihi pavimentum minoris dignitatis pretiique significari videtur, scilicet sternendae viae in S. Sophia inserviens. Proconnesium vero marmor viride tum ex hoc loco cognoscitur, tum ex alio, sc. Constantini Porphyrogeniti de cerimoniis aulae Byzantinae 2, 42. supra allato; ubi reliquiae Iustini imp. et Sophiae e

*) Aliud ibidem conclave (p. 90.) praeter alias marmoreas tabulas etiam Thessalicis ornatum erat: *Πρὸς δὲ καὶ πρασίνων καλλωπιζομένοις* (sc. *τοίχοις*) *ποταμίων Θετταλικῶν.* Ubi *ποτάμιος* idem esse videtur, quod aquae viridis colorem prae se fert.

sarcophago saxi viridis Thessalici translatae esse dicuntur in humilem arculam (*χαμοσόριον*, i. e. *χαμαισόριον*, *arculam humilem* vel *humi positam*) e lapide Proconnesio sive Picrimaeo: ex quo utroque loco, Anonymi, inquam, et Constantini, simul saxi viridis Proconnesii minor honor cognoscitur. Adde Theophanem continuatum in Theophilo c. 43.

Habes hujus marmoris, Atracii, inquam, per sex fere secula (V—X., i. e. Zenonis imperium usque ad regnum Leonis Sapientis) historiam quandam. Ceterum sepulcralia illa magnae molis monumenta Constantinopolitana nequaquam erant reliquiae antiquioris marmoris, cujus lapicidinae tum vel usu absumtae erant, vel in oblivionem abierant. Erant, ut alii sarcophagi, monolitha, *) i. e. ex una mole fabricata, excepto operculo: e vivo igitur saxo secabantur. Quid? quod ex hujus lapidis sarcophagis nonnunquam alia artis opera conficiebantur, coll. Constantini loco supra allato de Constantino Caballino imperatore. Rarius etiam hos sarcophagos aliorum antea imperatorum conditoria fuisse putes: obstabat religio, quam a Graecis fere solo aevo iconoclastico circa talia violatam esse constat. Immo Atracis urbis latomiae neminem Graecorum Byzantinorum latebant, luculenter id testante Paulo Silentiario, cujus eximium locum initio hujus tractationis apposui. Ex ista igitur regione saxum viride Thessalicum medio aevo in Penei fluvii alveo Larissam, in qua urbe multae ejusdem marmoris reliquiae etiamnunc conspiciuntur (Clarke Travels Vol. 4. p. 281.), deinde in mare Aegaeum devectum esse opinor, e quo Byzantium et in alias urbes venit. Fuit enim Peneus prisco aevo navigabilis, narrante Plinio H. N. 4, 15. (8.): *Peneus . . . defluens quingentis stadiis, dimidio*

*) De monolithis sepulchralibus Thessalonicae v. Nos p. 158. Talis monolithus nuper Thessalonicae effossus est, coll. Zimmermanni Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft. a. 1838. pag. 80.

*ejus spatii navigabilis;* id quod Atraci (Gunitzae) apprime convenit. Nec minus clarum jam esse videtur, copiosas hujus marmoris in vicina Macedonia reliquias (Clarke l. c. p. 356. Cousinéry voyage Vol. I. pag. 82.), imprimis σοροὶς, quae hodie ibi terrarum ad cisternas puteosque insumi solent, non omnes e monumentis aevi remotioris sive gentilitii originem traxisse: praesto erant Thessaliae metalla, quae medio aevo nunquam non exercita fuisse puto, quanquam post Constantinum Porphyrogenitum (sec. X.) veterum scriptorum testimonia desidero. *) Sed marmoris viridis columnas tabulasque habet etiam monasterium S. Laurae s. Athanasii Athonitae, vulgariter *S. Laura* dictum, splendidissimum illius montis monasteriorum, referente Britanno *Hunt* apud Walpolium in *Memoirs* etc. Londini 1817. p. 221. Conditum fuit hoc monasterium imperantibus Nicephoro Phoca et Joanne Tzimisce (a. 963—976.), testante Jo. Comneno in Descriptione montis Atho (ad calcem Montefalconii Palaeogr. Graec. pag. 452.); de quo tempore aedificationis hujus sacelli conferenda quoque Anonymi historia ms. apud Hasium ad Leonem Diaconum ed. Bonn. p. 426. Atracium hoc marmor esse, **) Thessalia vicina suadet, et mirabor, si non in aliis quoque ejusdem montis monasteriis idem marmor saepius inventum aliquando fuerit; quanquam de eo tacentem video J. Comnenum in sua montis Atho descriptione. Sed scrutabuntur futuri viatores docti, montem Sanctum adeuntes, qui vel me non monente animadvertent, sacella ista cum ecclesiis Macedonicis ***) et

*) Eumathius (vixisse dicitur aevo Comnenorum) de amoribus Ism. I. p. 9. ed. Gaulmin.: *Λίθος ἦν ὁ αὐλὸς, λίθος ἑκατονταέτους ἐκ Θετταλῆς λίθου.* In quo Eumathii loco, corrupto, ni fallor (quid est *λίθος ἐκ λίθου?*), incertum est, num viride saxum Thessalicum significetur, an multicolor. Idem ibid. p. 13.: *Τὰ κύκλοθεν ἐκόσμει τοῦ φρέατος λίθος Χίος, ὁ ἐκ Λακαίνης, καὶ Θετταλὸς ἐτέρωθεν.*

**) Atracii marmoris sarcophagum Constantinopoli vidit Clarkius Itinerar. Vol. 4. p. 478.

***) Decem columnas marmoris veterum viridis habet metro-

Constantinopolitanis nonnullius momenti esse in historia marmorum antiquiorum; iidemque Adrianopolin delati, inter lapides illos mille (permultos), a. 1430 a Murado II. Turca in eam urbem lavacri condendi gratia e Thessalonica capta ablatos (Io. Anagnosta cap. 18.), forsan marmor viride Thessalicum deprehendent. Neque tamen omne istud marmor ex ipsa Thessalonica evanuit. Praeter Sophianam enim ecclesiam (v. initium hujus diatribae) ecclesia quoque Demetriaca sedecim hujus saxi columnas habet, de quo videatur Beaujour in *Tableau du commerce de la Gréce* Vol. I. pag. 43. Cousinéry *Voyage dans la Macéd.* Vol. I. pag. 42.

Antiquiorem, i. e. apud gentiles, marmoris Atracii usum praeter Iulium Pollucem supra allatum testatur S. Gregorius Nyssenus in homilia tertia in Ecclesiasten (Opp. ed. Paris. 1638. Vol. I. p. 398.): *Ποικίλλει δὲ ταῖς ἔνδον τῶν οἰκημάτων διασκευαῖς. Ἐκ Λακώνων δὲ καὶ Θεσσαλῆς καὶ ἐκ Καρύστου λίθος ἀναπτύσσεται.* Ubi de hominibus ethnicis sermonem esse patet. *) Idem S. Gregorius ibidem pag. 400.: *Καὶ τούτων* (significantur lavacra) *προβεβλημένα γυμνάσια, καὶ ταῦτα περισσῶς διὰ ποικίλων μαρμάρων εἰς κόσμον ἐξησκημένα, στοαί τε πανταχόθεν περὶ τὴν οἴκησιν Νουμιδίοις ἢ Θεσσαλοῖς ἢ Αἰγινήταις*

---

politana ecclesia Edessae Macedonicae (Vodinorum), referente Cousinerio in Itin. Maced. Vol. I. p. 81. Edessae incolae nunc sunt, ut pridem, Bulgari.

*) Carystii quoque species quaedam viridis fuit, ni omne istud saxum. Statius silv. 2, 2, 93.: *Et gaudens fluctu certare Carystos.* Ubi *fluctus aequare* mavult Salmasius. Idem silv. 4, 2, 28.: *Et glauca certantia Doride saxa.* Ibidem 1, 2, 149.: *Concolor alto vena mari.* Ultimi loci viridis hujus marmoris *nomen* omittunt, *colorem* memorant. Rem tamen indubie aperit Isidorus origg. 16, 5, 15.: *Carystium* (marmor) *viride . . ejus viriditas.* Paulus Silentiarius in descriptione S. Sophiae 2, 203.: *Ὅπη καὶ χλωρὰ Καρύστου Νῶτα μεταλλευτῆρι χάλυψ ἐχάραξεν ὀδόντι.*

*στύλοις ὑπερειδόμεναι.* Chrysolóras (sec. XV.) in epistola ad Ioannem Palaeologum imp. (p. 119. ed. Paris., p. 90. ed. Ven.): *Τῶν ἀπὸ Θετταλίας λίθων.* Loquitur Chrysoloras de lapidibus aedium CPoleos pretiosis.

Et haec fere de marmore viridi Thessalico. Cui num tribuendae sint octo illae columnae celebratissimae S. Sophiae, de eo videant viri doctiores testesque oculares utriusque marmoris, Atracii et Lacedaemonii. Anonymus de S. Sophia (Antiquitt. CPolitt. lib. 4. ed. Paris. p. 66., ed. Ven. pag. 58.): *Τοὺς δὲ ὀκτὼ πρασίνους κίονας τοὺς ἀξιοθαυμάστους ἐκόμισε Κωνσταντῖνος στρατηγὸς ἀπὸ Ἐφέσου.* Ultima sic praebet Codinus (de originibus CPolit. pag. 65. ed. Paris., p. 51. ed. Ven.): .. *ὑπὸ* (l. *ἀπὸ*) *Ἐφέσου λελατομημένους.* Unde consequi videtur, Ephesi esse excisas; sed vide, ne *λελατομημένους* idem sit, quod *columnas e saxo una mole excisas* (*μονολίθους*), i. e. *praegrandes.* Atque omnino haec vox ab antecedentibus *ὑπὸ* (l. *ἀπὸ*) *Ἐφέσου* separanda est. Eas num Paulus Silentiarius in sua S. Sophiae descriptione respiciat, invenire non potui.

Venio ad *marmor viride Lacedaemonium*, posterius genus marmoris viridis veterum. In quod priusquam inquiram, monenda quaedam videntur de opinionibus virorum doctorum.

Et primo quidem Caryophilus (l. c. p. 39. ed. Vindob.) marmor Lacedaemonium idem esse putat cum isto, quod inveniebatur *Croceis*, vico Laconico, prope Gythium, Lacedaemoniorum navale. Sed marmor Croceum minus nobile fuisse videtur, coll. Pausania 3, 21, 4.: *Ἐπὶ θάλασσάν τε ἐς Γύθιον καταβαίνοντί ἐστι Λακεδαιμονίοις ἡ κώμη καλουμένη Κροκέαι, ἧς ἡ λιθοτομία μία μὲν πέτρα συνεχὴς οὐ διήκουσα· λίθοι δὲ ὀρύσσονται σχῆμα τοῖς ποταμίοις ἐοικότες, ἄλλως μὲν δυσεργεῖς· ἢν δὲ ἐπεργασθῶσιν, ἐπικοσμήσαιεν ἂν καὶ θεῶν ἱερά. Κολυμβήθραις δὲ καὶ ὕδασι*

*συντελοῦσι μάλιστα ἐς κάλλος. Θεῶν δὲ αὐτόθι πρὸ μὲν τῆς κώμης Διὸς Κροκεάτα λίθου πεποιημένον ἄγαλμα ἕστηκε.* Ubi sic legendum censeo: *Ἧς ἡ λιθοτομία πέτρα ἀσυνεχὴς* (ejecto *μία μὲν* et *οὐ διήκουσα*, quae ultima sunt glossa vocis *ἀσυνεχής*). H. e. *Qua vero ad mare versus Gythium descenditur, vicus est Lacedaemoniorum, cui Croceae nomen. In eo lapicidina est, constans saxo non continuo* (montem sive planitiem altius penetrante). *Sed fodiuntur lapides fluvialibus similes, difficiles fabricatu; ubi vero elaborati fuerint, vel deorum templa ornare possunt. Balneis et puteis multum contribuunt ad gratiam. Quod deorum ibi simulacra attinet, ante vicum stat Jovis Croceatae factum e lapide signum.* Saxa igitur Crocearum erunt distinguenda tum a saxis Taenariis (Gythium a Taenaro satis dissitum fuit, coll. Strabone 8, 5, 2. pag. 363. ed. Casaub.), tum a Lacedaemoniis. Inter marmora pretiosissima hoc saxum referendum non fuisse, Pausaniae locus mihi testatur. Comparatur quidem cum lapidibus, qui reperiuntur in fluviis; additur vero, deorum *adeo* templis ornandis inserviisse. De colore tacet Pausanias. Equidem vix putem, hoc saxum marmor fuisse, cum Pausanias difficile tractatu dicat. Lacedaemonii saxi metalla in monte Taygeto fuere, collatis iis, quae deinceps narrabo. Taygetique saxum fuit quidem *πέτρα ἀσυνεχὴς*; Croceae vero non in Taygeto fuere.

Marmor Lacedaemonium, cum alio quoque marmore confunditur, scilicet Taenario, qui error est Winckelmanni (*Vom Ursprunge der Kunst.* Opp. Vol. III. p. 34.), afferentis Sextum Empiricum I, 14, 7.; deinde Isidorum origg. 16, 5. initio. Sexti verba sunt: *Καὶ τῆς Ταιναρίας λίθου τὰ μὲν μέρη λευκὰ ὁρᾶται, ὅταν λεανθῇ· σὺν δὲ τῇ ὁλοσχερεῖ ξανθὰ φαίνεται* (*Taenarii saxi laevigati particulae albae videntur, cum toto flavae*). Fabricius de viridi marmore hunc Sexti locum ita intelligit, ut *ξανθὰ* colorem inter viridem fulvumque denotent medium. Sed *ξανθὸς*

est *fulvus rubeusque*. Dein Sextus de *particulis* quibusdam saxi Taenarii loquitur, non de *toto* saxo, cui istae opponuntur; quae *per se* spectatae albae videbantur, flavae *cum toto*. Tacet Sextus de colore totius saxi. Taenarium vero nigrum fuit, quod aperte testatur Plinius H. N. 36, 18. (29.): *Sunt et nigri* (lapides), *quorum auctoritas venit in marmora, sicut Taenarius*. Maculas alius coloris illi interspersas fuisse, e Sexto cognoscimus.

Iam de *colore* saxi Lacedaemonii disputetur. Isidorus l. c.: *Non tamen omnia* (marmora) *e rupibus exciduntur; sed multa sub terra sparsa sunt, et pretiosissimi generis, sicut Lacedaemonium viride, cunctis hilarius, repertum prius apud Lacedaemones, unde et vocabulum traxit.* Praeivit Plinius H. N. 36, 7 (11.): *Non omnia* (marmora) *tamen in lapicidinis gignuntur, sed multa et sub terra sparsa; pretiosissimi quaedam generis, sicut Lacedaemoniorum viride cunctisque hilarius.* Utroque loco marmor illud *Lacedaemonium* dicitur, non *Taenarium*, quod nigrum fuit. Ceterum in loco Isidori, collato cum verbis Plinianis, haud levis momenti est vox *prius*. Loquitur scriptor de marmore *vetere*, tum (sec. VII. VIII.) forsan deperdito; Plinius de marmore, sua potissimum aetate usitato. Winckelmanni errorem Rupertius repetiit ad Iuvenalem XI, 173., ubi *Lacedaemonium* orbem de saxo *Taenario* intelligit.

In marmoris viridis Lacedaemonii historia sunt quaedam praeoccupata testimoniis Plinii Isidorique. Ea primo quidem colorem ostendunt: deinde non e lapicidinis caed hoc marmor, uterque scriptor narrat, sed sparsum inveniri sub terra frustatim. Quod quomodo conciliari possit cum Strabone (8, 5, 7. p. 367. ed. Casaub.), doctiores viderint. Ergo summus geographus, εἰσὶ δὲ λατομίαι, ait, λίθου πολυτελοῦς, τοῦ μὲν Ταιναρίου, ἐν Ταινάρῳ, παλαιαί. Νεωστὶ δὲ (tempore Augusti) καὶ ἐν τῷ Ταϋγέτῳ μέταλλον ἀνέῳξάν τινες εὐμέγεθες, χορηγὸν ἔχοντες τὴν τῶν Ῥωμαίων

*πολυτέλειαν*. Ubi de saxo continuo cogitandum esse videtur, cum Plinius Isidorusque de saxis frustatim sub terra repertis loquantur. Verum latomia s. metallum is quoque terrae excavatae locus dici potest, ubi saxa non continua inveniuntur, sed frustatim iacentia magnaque copia. Strabo igitur, Plinio antiquior, huic non penitus repugnat: alter, puto, supplet alterum; quanquam Strabo de colore saxi, e Taenaro Taygetoque effossi, non loquitur.

*Usum* marmoris Lacedaemonii apud Romanos (Thessalica, i. e. Atracia metalla minus exercuisse videntur) sequentia scriptorum Latinorum testimonia illustrabunt. Martialis epigr. 6, 42, 12. (de Etruscis thermis): *Illic Taygeti virent metalla.* 9, 77, 9. (de balneo Tuccae): *Et quod virenti fonte lavit Eurotas.* Iuvenalis 11, 173: *Qui Lacedaemonium pytismate lubricat orbem.* Statius silv. 1, 2, 148: *Hic dura Laconum saxa virent.* 1, 5, 40 (balneum Claudii Etrusci): *Vix locus Eurotae, viridis cum regula longa Synnada distinctu variat.* 2, 2, 90 (villa Surrentina Pollii Felicis): *Hic et Amyclaei caesum de monte Lycurgi, Quod viret, et molles imitatur rupibus herbas.* Aelius Lampridius in Heliogabalo cap. 24.: *Stravit et saxis Lacedaemoniis et porphyreticis plateas in Palatio, quas Antoninianas vocavit. Quae saxa usque ad nostram memoriam* (sec. IV.) *manserunt; sed nuper eruta et exsecta sunt.* Prudentius adv. Symmachum 2, 247.: *Quae* (saxa) *viridis Lacedaemon habet.* Sidonius Apollinaris carm. 5, 38.: *Post caute Laconum Marmoris herbosi radians interviret ordo.* 11, 17.: *Hic lapis est de quinque locis, dans quinque colores: Aethiopus, Phrygius, Parius, Poenus, Lacedaemon, Purpureus, viridis, maculosus, eburnus et albus.* 22, 129.: *Herbosis, quae vernant marmora, venis.*

Graecorum de hoc marmore locos, unum Iulii Pollucis, alium Gregorii Nysseni, tertium Eumathii, supra attuli in illustratione marmoris Atracii. Addo Luciani Hippiam cap. 5.:

*Λακαίνῃ λίθῳ κεκοσμημένος* (conclave balneatorium). Themistius orat. XVIII. p. 223. ed. Hard., ed. Dindorf. p. 271.: *Καλλύνονται οἱ τοῖχοι καὶ τὰ ἐδάφη λίθῳ Λακαίνῃ καὶ Λιβύσσῃ καὶ Αἰγυπτίᾳ.* Alios Graecorum locos de hoc marmore non inveni: duos, non plures, deprehendi apud scriptores historiae Byzantinae. Paulus Silentiarius, Iustiniano imperatori coaevus, in descriptione S. Sophiae 2, 211.: *Καὶ χλοερὸν λάϊγγος ἴδοις ἀμάρυγμα Λακαίνης.* Procopius de aedificiis I, 10.: *Τῶν δὲ μαρμάρων ἕνια μὲν λίθου Σπαρτιάτου ἔχει* (in palatio Iustiniani), *σμαράγδῳ ἴσα.* Eodemque Spartani nomine jam Martialis nostrum marmor profert epigr. I, 56, 5.: *Quisquam picta colit Spartani frigora saxi.*

De *colore* saxi Lacedaemonii, item de *usu* ejus ita Clarkius (Travels 2, 3, i. e. Tom. 4. ed. mai. p. 283. not. 6.): *It should therefore seem that the Atracian, rather than the Lacedaemonian green marble, was used for the ornaments of this edifice* (S. Sophia Cpolitana). *The author, who has bestowed some pains upon the subject, was once induced, by an observation of Pliny, to believe that the green columns in St. Sophia were of Lacedaemonian marble* (*See Tomb of Alexander, p. 42. Note k. Cambridge*, 1805.). *The Lacedaemonian was one variety of the Verde-Antico; but it was green and black, instead of green and white. Caryophilus, after citing Silentiarius, says: De octo columnis, quas posuit Iustinianus in templo Sanctae Sophiae, Silentiarius intelligit πρασίνους τοὺς ἀξιοθαυμάστους, admirandas prasini coloris, ut habet Codinus* (*de Origg. Constantin. p. 65. ed. Paris.*). Quemnam Plinii locum inspexerit Clarkius, ego ignoro. Non locum puto supra citatum, sc. ex libro 36, 7. (11.). Ibi enim contrarium narratur (*cunctisque hilarius*). Ergo hoc marmor Lacedaemonium respondebit speciei primae vel

tertiae Pauli Silentiarii, cujus locum dedi initio hujus diatribae; quamquam dubius haereo, num apud Silentiarium statuendae sint species marmoris Atracii tres, an duae, quarum posteriori alia accesserit, ut species inferior.

*Usum* marmoris viridis Lacedaemonii testimonia scriptorum maximopere Latinorum aperuerunt. Et his, Romanis, inquam, *) usum ejus potissimum assignaverim, minus Graecis aevi serioris: de Graecis veteris aevi nihil constat. Vidimus de ea re copiosa aevi Latini testimonia inde a Strabone (hunc Latinis in hac re adnumero), usque ad Sidonium Apollinarem; Graecorum seriorum pauciora; Byzantinorum paucissima. Unde, si quis metalla viridis veterum marmoris medio aevo oblivioni tradita dixerit, id de Lacedaemonio genere vix temere statuet.**) Peloponnesus fere omnis inde a Mauricio imperatore (a. 582—602.) per annos fere 218 Slavis paruit

*) Marmoris viridis in Italia aliisque terris occidentalibus reliquias equidem saxo potissimum Lacedaemonio tribuerim, cujus metalla Romanorum magnificentiae inserviisse supra vidimus. Atque exercita adhuc fuisse seculo post Chr. tertio, Aelii Lampridii locus de Heliogabalo imp. supra allatus satis ostendit. Fieri tamen potuit, ut usu tandem absumerentur; quod quando evenerit, memoriae traditum non invenio. Deserta vero haec metalla fuisse a Romanis seculi quarti fine, cum imperium inter Honorium Arcadiumque divideretur, per se probabile est. Certe Sidonii Apollinaris testimonia (scripsit fine seculi quinti) marmor ex vetustioribus aedificiis desumtum significabunt: Peloponnesus enim Romae tum parere desierat. Rara vero hujus marmoris apud Byzantinos scriptores mentio facit, ut isto tempore ejus metalla usu absumta, vel oblivioni tradita fuisse existimem; marmoraque Lacedaemonia, a Procopio Pauloque Silentiario laudata, vetustioribus aedificiis detracta statuam. Postremo marmora viridia medio aevo e Graecia in Venetorum metropolin allata, utri generi, Atracio an Lacedaemonio, accensenda sint, testes oculares definient. Veneti certe nautae illo aevo marmora ex omni Graecia advehere jubebantur.

**) Viridis marmoris reliquias etiamnunc in terra Laconica inveniri, nuper mihi relatum est.

(Fallmerayer, Geschichte der Halbinsel *Morea*. Vol. I. p. 184.), forsan ne Monembasia quidem excepta, quam Slavinicae terrae claris verbis tribuit Itinerarium S. Willibaldi, Anglo-Saxonis, deinde Eichstadiensis in Bavaria episcopi, c. 2, 15 (Acta Sanctorum ad VIII. Iul. p. 504.): *Et inde* (e Sicilia) *navigantes* (viatores) *venerunt ultra mare Adrium ad urbem Manafasiam in Sclavinica terra.* Ubi vox *Manafasia* idem est quod *Monembasia*, incertum, utra sit primitiva; quamquam *Μονεμβασίαν* a *μόνῃ* s. *μιᾷ βάσει* derivari constat. *) Nomen vero *Monembasiae* non ante seculi octavi finem, sc. a. 787., in monumentis Graecorum Byzantinorum equidem invenio, coll. Synodo septima s. Nicaena II., ubi occurrit in subscriptionibus nomen episcopi Monembasiae (Mansi concil. T. XII. p. 1109. T. XIII. p. 145. 392.) **) Se-

*) Jo. Cinnamus 3, 12.: *Ἀκρωτηρίῳ τῆς Λακωνικῆς . . ὃ Μονεμβασία ἐκ τῆς τοῦ τόπου θέσεως πρὸς τῶν πολλῶν ὀνομάζεται.* Georgius Phrantzes 4, 16.: *Καὶ τοῦ μὲν ἄστεως τὸ ὄνομα ὄντως τὴν κλῆσιν εἶχεν, ὅτι τοῖς βουλομένοις εἰσελθεῖν ἀληθῶς μίαν παρέχει τῆς εἴσοδον.* Medio aevo dicebatur *Μονοβασία* dialecto vulgari (Chronique de Romanie lib. I. p. 100. ed. Buch.), unde scriptores elegantiam sectantes extuderunt *Μονεμβασία;* de quo praeter indices et subscriptiones episcopales (Mich. Lequien. in Or. christ. II. 216 sqq.) videantur: Theophanes continuatus lib. V. (de Basilio Macedone cap. 69. p. 310. ed. Bonn.). Nicetas in Manuele Comn. 2, 1.; idem in Isaacio Angelo 3, 6 (p. 581. ed. cit.). Georg. Pachymeres in Michaele Palaeologo 3, 15.; idem in Andronico Palaeologo 6, 15. Nicephorus Gregoras 4, 1. 15, 10. Palamas in oratione adv. Io. Calecam (Boivin. ad Nic. Greg. 15, 10). Ducas cap. 2. Georg. Phrantzes I, 2. 4. 35. II, 16. IV, 16—18. 20.

**) Monembasiae nomen jam Mauricii (a. 582—602) imperio tribuere videtur Georgius Phrantzes IV, 16.: *Καὶ πρῶτον μὲν τοῦτο τὸ περιώνυμον καὶ ὑπερνεφελὲς φρούριον, ἐπισκοπὴν οὖσαν τῆς Κορίνθου μητροπόλεως, δι' ἃς εἴπομεν ἀρετὰς τῶν πολιτῶν καὶ Χάριτας τοῦ ἄστεως ὁ ἀείμνηστος βασιλεὺς καὶ μάρτυρ Μαυρίκιος ὁ καὶ Τιβέριος εἰς μητρόπολιν ἀνεβίβασεν κ. τ. λ.* In his non contemnendum videtur, quod

quitur seculum nonum decimumque, s. Novella Leonis de thronis (§. 27.). Eveniebat Willibaldi iter anno 723 sqq., narratumque est brevi post a Sancti coaetanea et consanguinea, S. Walpurga, nobili Anglosaxonica muliere, postea sanctimoniali coenobii Heidenheimiensis in regno Bavariae, et quidem in regione dicta *auf dem Hahnenkamm*, prope Gunzenhusam. Heidenhemium Württembergense falso statuit Io. Baptista Sollerius ad Acta Sanctorum l. c. p. 488. 492. *)

---

Phrantzes habet de fortitudine civium, quae spectare poterit bella Avarorum et Sclavinorum, qui tum primum Peloponnesum occupabant. His Monembasiotas strenue restitisse putabis; quos tamen jam tum hodiernam Monembasiam tenuisse dubito, immo antiquam, s. Epidaurum Limeram, cujus rudera nunc dicuntur *Παλαιὰ Μονεμβασία* (Leake travels in the Morea I, 219). Quando patriam antiquam reliquerint, non constat. Seculo saltem nono portus Hieracis (nunc Hieraca) cum Monembasia jungitur. Theophanes continuatus libro V (de Basilio Macedone cap. 69.): *Μόλις κατῆλθεν* (Adrianus navarchus Byzantinus) *ἄχρι Πελοποννήσου· ἐν Μονεμβασίᾳ δὲ ἐν τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Ἱέρακος προσορμίσας τὰς ναῦς, ἐπίφορον πνεῦμα ἀνέμενε.* Scriptor igitur Graecus veterem Monembasiam significat, ubi fere portus Hieraca situm habet, non hodiernam. Hieracis nomen e Zarace Pausaniae (III, 24.) corruptum putat Leakius l. c. pag. 219. Idem statuit tabula Francogallorum Moreotica; quod equidem in suspenso relinquam. Hieracem Chronicon Moreae libro II. p. 139. dicit *Γερώκι*; oppidumque Geraki ex oriente Eurotae praestat tabula Moreotica. Tertium Geraki invenio in insula Zacyntho; ubi promontorium, Peloponneso oppositum, hoc nomine insignitur. V. tabulam Lapiei. Situm Monembasiae (Malvasiae) illustrant Leakius l. c. et Hadschi Chalfa p. 116. De rebus Monembasiotarum episcopalibus adi Michaelem Lequienem in Or. chr. l. c., ubi erudite disputatur de Phrantzae loco supra allato.

*) Moreae nominis originem Slavicam monstrare conatur Fallmerayerus (Gesch. der Halbinsel Morea während des Mittelalters. Vol. I. pag. 243.), obloquente Zinkeisenio in Historia Graeca Vol. I. p. 839 sq. Est illi Morea *terra maritima*, a Slavico *More*. Hancque ipsam formam (*More*) diligenter servavit simplicior Moreae forma *Mora* (*Μῶρα*), quam ter habet Mazaris, seculi XV. Grae-

Ita plane fieri poterat, ut Peloponnesi remotae, cujus imperium a Graecis pridem amissum erat, metalla quoque in oblivionem abirent; quod secus in Thessalia, a Byzantio minus remota. Et sedebant quidem in Thessalia quoque Slavi, jugi Byzantini satis diu immunes (Histor. Thessalonicae p. 74.), sc. Belegezitae et Berzitae, quos in lucem protraxi ex Actis S. Demetrii (Histor. Thess. pag. 54 sqq.). Omnem tamen Thessaliam his barbaris paruisse non legi; commercia vero Graeci cum iis habebant seculo VII., coll. Histor. Thessal. p. 60. 62. Unde Atracium marmor tum quoque, i. e. post Mauricium imperatorem, e Thessalia peti poterat, ut frumentum ex ea terra eodem aevo a Graecis petebatur.

---

cus, apud Boissonadium in Anecdd. Gr. Vol. III. pag. 117. 119. 124. Idemque Mazaris Slavorum Peloponnesiacorum cum aliis gentibus memoriam recolit ibidem pag. 174.: *Ἐν Πελοποννήσῳ, ὡς καὶ αὐτὸς οἶδας, ξεῖνε, οἰκεῖ ἀναμὶξ γένη πολιτευόμενα πάμπολλα, ὧν τὸν χωρισμὸν εὑρεῖν νῦν οὔτε ῥᾴδιον, οὔτε κατεπεῖγον. Ἃ δὲ ταῖς ἀκοαῖς περιηχεῖται, ὡς πᾶσι δῆλα καὶ κορυφαῖα, τυγχάνει τοιαῦτα. Λακεδαίμονες* (Tzacones?), *Ἰταλοὶ, Πελοποννήσιοι* (Patrenses?), *Σκλαβῖνοι, Ἀλβανιτοὶ* (Albanitae), *Αἰγύπτιοι* (Zigeni, coll. Grellmann. in Hist. Versuch über die Zigeuner. 1787. p. 200 sqq. Halling. Geschichte der Scythen. I. 319.) *καὶ Ἰουδαῖοι (οὐκ ὀλίγοι δὲ μέσον τούτων καὶ ὑποβολιμαῖοι)· ὁμοῦ τὰ τοιαῦτα ἐπαριθμούμενα ἑπτά.* Scripta est haec epistola 21. Sept. 1416. De Iudaeis Peloponnesiacis vide Nos paulo inferius ad Beniaminem Tudelitanum.

# CAP. IV.

## TRIBUTA ATTICORUM SECULO XII PRAESTITA.

Sequentem libellum in Opusculorum Eustathianorum praefatione p. VIII. hoc titulo propediem me editurum promisi: *Michaelis Choniatae memoria Alexii Comneni imperatoris.* Putabam enim, agere Michaelem de laudibus Alexii II. Comneni; vel de Alexio, Isaacii Angeli fratre; vel de Alexio, Isaacii filio; vel denique de Alexio Duca Murzuphlo. Nondum enim apographi e codice Laurentiano facti compos factus eram. Nunc video errorem a me commissum. Est nostrum ὑπομνηστικὸν non *memoria* imperatoris alicujus defuncti, sed *memorandum* (alii dicent *pro memoria*) sive *libellus supplex,* Alexio cuidam imperatori pro Atheniensibus a Michaele ipsorum metropolita ob tributorum gravitatem oblatus. Hinc ego titulum Latinum talem feci, qualem supra vidisti, lector erudite.

Est autem brevis hic supplicatorius libellus tum per se memorabilis, tum propter obscuritatem, qua premitur oeconomia regni Byzantini publica. Iam tributa Atticorum fine seculi XII initiove XIII pensa cognoscimus, quamquam diligentiorem singulorum interpretationem atque illustrationem doctioribus relinquendam censui. Insunt enim tenebrae aliquammultae, quas nondum equidem collustrare potui.

Eustathium non uno tantum antecedentium loco (p. 387 sq.) pro Thessalonicensibus suis in simili causa intercessisse vidimus. Eandem operam Michael Choniates, Nicetae Choniatae frater, Atheniensibus suis praestitit, hunc libellum ad imperatorem Byzantinum transmittens. Quando id factum sit, ego non inveni, cum Alexius ille Comnenus, quem precibus adiit, in obscuro sit. Esse poterit Alexius II., Manuelis filius, quem Andronicus Comnenus obtruncavit anno 1182.; quamquam

Sguri praefecti mentio imperatorem aliquem posteriorem eligendum esse suadet, i. e. Alexium, Isaacii fratrem; vel Alexium, Isaacii filium; vel denique Alexium Ducam Murzuphlum, quo regnante (a. 1204.) Byzantium a Latinis captum esse constat. Eodem fere anno apud Nicetam in Balduino Flandro s. in Urbe capta cap. 8. (ed. Bekker. p. 800 sqq.) Leo Sgurus occurrit, qui Athenas tenere, immo capĕre voluit, antequam Latini e Thessalia adventarent: fuit tamen impeditus Michaelis nostri atque Atheniensium fortitudine, a quibus Acropolin strenue defendentibus repulsum refert Nicetas. Latinis deinde Athenienses se dediderunt (Nicetas l. c.).

Quodsi hic Sgurus idem est cum eo, quem memorat Michaelis liber supplex, tempus, quo Michael pro suis imperatorem precabatur, respondere poterit annis 1185—1204. Iam enim anno 1185 Athenarum metropolitam fuisse conjicio ex epistolis Eustathio datis, quarum sexta (supra p. 359 sq.) in annum modo memoratum incidit, quo sc. Eustathium suum ob Thessalonicam a Normannis modo captam consolatur. Et insequenti anno (1186) Isaacio Angelo, qui regnare coepit XII. Sept. 1185., Michael noster nomine Atheniensium ut eorum metropolita gratulatur ob Andronicum Comnenum tyrannum regno pulsum, Normannos debellatos Branaeque rebellionem oppressam; cujus orationis apographum habeo e codice Vindobonensi factum, ejusque editionem promisi in praefatione Opusculorum Eustathianorum pag. VIII.

Velut hic noster libellus Atticae statum admodum flebilem dicit, non aliter oratio modo memorata necdum edita cap. 5.: *Αὕτη* (urbs Athenarum) *χρυσοῦν μὲν στέφανον οὐχ οἵα τε ἦν προσενεγκεῖν, καὶ τὴν νικηφόρον κεφαλὴν ἀναδῆσαι· ἀχρήματος γὰρ ἡ πόλις καὶ πενιχρὰ καὶ τοῦ κύκλου διαγραφῇ καὶ τῶν πόλεων* (l. *πολιτῶν*), *καὶ παράπαν ἀφαντωθῆναι κινδυνεύουσα, εἰ μὴ νῦν ἀνενέγκοι μικρὸν καὶ συλλέξοι πνεῦμα, παρὰ τῆς σῆς μεγαλουργοῦς καὶ πλουτοδότιδος ἀναλαμβανομένη δεξιᾶς, καὶ μετὰ τῆς κοινῆς ἀναζώσεως ἀπολαύσοι καὶ ἰδίας ἐμπνεύσεως.* Non aliter idem Michael

Choniates Athenas suas luget illo carmine, quod Boissonadius nuper edidit (Anecdd. Grr. Vol. V. pag. 373 sqq.). Per secula quatuor Iustinianum insecuta (VII—X) Atticorum status non melior, immo tristior fuisse videtur, quod monstravit Fallmerayerus noster in libello egregio: *Welchen Einfluss hatte die Besetzung Griechenlands durch die Slawen auf das Schicksal der Stadt Athen und der Landschaft Attica?* Stuttg. et Tubing. 1835. p. 17 sqq.

Michael in antecedentibus verba fecit de parvitate Athenarum civiumque numero exiguo. Fines Atticae arctos dicit (ὅριον), incertum, sensu veterum, an sic, ut medio aevo illius partes alicui conterminae provinciae, e. g. Corinthiacae, Thebanae, annexae fuerint.

Postremo, qui medii aevi chorographiam Atticam, paucis curatam, introspicere voluerit, is evolvat Innocentii III (fuit Michaeli coaevus) epistolas XI, 256 (Ed. Baluz. Vol. II. p. 266 sq.): *Berardo, Atheniensi archiepiscopo.. In quibus* (sc. praediis et casalibus, quorum possessio Atheniensi ecclesiae Latini ritus a summo pontifice confirmatur) *haec propriis duximus vocabulis exprimenda. Casalia Procovenico, Vertipos, Triclini, Platan,* [1]) *Felin,* [2]) *Curiomonaster, Cassas,* [3]) *Menidi,* [4]) *Ducheleos,* [5]) *Calixtes, Perseconar, Catraperseta, Clazazundas, Chandebride,* [6]) *Alianastasis,* [7])

---

1) Πλώθεια (phylae Aeantidis)?

2) Φυλαὶ, phylae Oeneïdis. Hodie *Fili.*

3) Hodie Χασιὰ, magnus Atticae pagus, prope locum *Fili.*

4) In litore dextro Cephissi fluvii. Ibi etiam quaerendum est infra memoratum monasterium S. Nicolai.

5) Paulo inferius occurrit monasterium b. Nicolai *Ducheloo.* Cogitabis de pago *Echelidae*, prope Athenas. Verum scriptio loci Innocentiani ad sacellum vetus, τοῦ Ἀχελῴου, prope Ilissum, nos ablegat, coll. Platonis Phaedro pag. 230. C. Hujus sacelli nomen, pridem puto in ecclesiam christianam mutati, apud Graecos manserat.

6) Jean de Brie?

7) Ἁγία Ἀνάστασις.

*Potamo,*[1]) *Pirgo, Hu, Mareton,*[2]) *Oargite,*[3]) *Lalaconite, Vatia,*[4]) *Literne, Mortar .. Molendina ecclesiae, hortos et balnea et macella de Nigroponte et Athenarum, et flumina, unde rigantur horti. Abbatias Sancti Siriani,*[5]) *Sancti Michaelis, Sancti Iohannis et Sancti Nicolai.*[6]) *Monasteria beati Nicolai de Catapersica,*[7]) *beati Nicolai de Columnis*[8]) *et Sanctae Mariae de Blakernis. Monasteria Cinoloitarum(?), Sancti Prothasii, Sanctae Trinitatis, Sancti Georgii,*[9]) *Sancti Dionysii Areopagitae, Sancti Theodori, Sanctorum Cosmae*[10]) *et Damiani, beati Nicolai de Ducheloo, beati Nicolai de Menide, beati Philippi, Sancti Lucae, Sancti Georgii de insula,*[11]) *monasterium Copriae*[12]) *et Sancti Blasii.*

His, quae praemisi, emendantur ea atque augentur, quae de Michaele nostro habet Michael Lequienius in Oriente Christiano Vol. I. p. 174.

---

1) *Ποταμὸς*, pagus e meridie Marathonis, phylae Leontidis.

2) Marathon.

3) *Oargite.* Mihi significari videtur ὁ *Ἀργαλίκι*, mons prope Marathonem.

4) Estne *Βατὴ* veterum, phylae Aegeïdis?

5) E meridie Ilissi.

6) V. antecedentia ad locum *Menidi.*

7) Idem esse videtur cum antecedenti *Catraperseta.*

8) Significari videtur abbatia quaedam promontorii castrique Sunii, cui Itali nomen dedere *columnarum* promontorii (neograece *Κολονναίς*).

9) In monte Lycabetto.

10) In promontorio *Kalamáki* est ecclesia S. Cosmae.

11) Significari videtur *insula longa* (Macro-Nisi) ex oriente Sunii.

12) *Κόπρος*, phylae Hippothoonthidis. An *Κρώπεια*, phylae Leontidis? Posterius placet.

## ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΥΡΙΟΝ ΑΛΕΞΙΟΝ ΤΟΝ ΚΟΜΝΗΝΟΝ.

**(Codex XII plutei LIX bibliothecae Laurentianae)**

*Τολμῶντες οἱ ἀνάξιοι καὶ πανευτελεῖς δοῦλοι τῆς κραταιᾶς καὶ ἁγίας βασιλείας σου δεόμεθα, δέσποτα ἡμῶν ἅγιε.*

*Τὸ καθ' ἡμᾶς ὅριον*) τῶν Ἀθηνῶν, πάλαι τοῦ πλήθους τῶν ἐποίκων αὐτοῦ διὰ τὰς ἀλλεπαλλήλους ἐπηρείας ἐκκενούμενον ἀεὶ, νῦν κινδυνεύει καὶ εἰς αὐτὴν περιστῆναι τὴν παροιμιαζομένην ἐρημίαν Σκυθικήν. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι πολλαῖς ἐπηρείαις βαρυνόμεθα, μᾶλλον δὲ πλείοσι καὶ βαρυτέραις, ἤπερ οἱ γειτονοῦντες ἡμῖν λοιποὶ κατωτικοί.**) Οὐ μόνον γὰρ ἡμεῖς δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις παρὰ τὰς γείτονας ἡμῶν χώρας ὑπέστημεν ἀναγραφὰς***) καὶ ἐπιτηρήσεις ἀναφορῶν γεωμετρουσῶν ἴχνεσι ψυλλῶν ἄντικρυς τὰ ὑπόψαμμα ταυτὶ καὶ λυπρόγεα ἡμῶν γήδια, καὶ σχεδὸν καὶ τὰς τρίχας αὐτὰς τῶν κεφαλῶν ἡμῶν διαριθμουμένων, πόσῳ γε μᾶλλον ἀμπέλου φύλλον ἢ φυτοῦ τινός. Ἀλλὰ καὶ αἱ καθεκάστην λοιπαὶ κοσμικαὶ ἐπήρειαι ἐν μὲν ταῖς λοιπαῖς χώραις ἢ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐνεργοῦνται, ἢ παρὰ τῶν πραιτώρων †) κουφίζονται, χαριζομένων αὐταῖς τὰ τοιαῦτα, ἅτε καὶ τὰς ἐπηρείας ταύτας ἐνεργούντων αὐτῶν ὡς τὰ πολλὰ, ἢ συνεργούντων πάντως τοῖς ἐνεργοῦσιν· ἐν ἡμῖν δὲ πᾶσαι ἐνεργοῦνται, καὶ ἐπιβαρῶς ἅπασαι καὶ*

---

*) I. e. Proprie *terra exigua, arcta*, ab ὅρος, coll. Latinorum *finibus* pro ipsis *terris* et *dominiis*; deinde simpliciter *terra, dominium.*

**) *Loca inferiora habitantes.* V. Du Cangium in v. An simpliciter *homines rurales* (Landbewohner)? sc. incolae agri Thebani cett.

***) I. e. *tributorum exactiones*, coll. Du Cang. in ἀναγραφεῖς.

†) Sunt puto iidem, qui alibi κριταὶ Ἑλλάδος dicuntur, a στρατηγοῖς distinguendi. V. Du Cang. in πραίτωρ. Nonne vero Michael tum hic, tum alibi scripsit πρακτόρων, de quibus (tributorum exactoribus) v. Du Cangium in v.? Quanquam infra semper occurrit πραίτωρ.

τῶν ἄλλων πρώτιστα, καὶ ταῦτα ἐν τῇ τῆς Ἑλλάδος χειμένοις ἐσχατιᾷ.

Καὶ μαρτυρεῖ τὸ προσεχῶς παρελθὸν ἔτος, ὅτε κτίσεως κατέργων *) ὁρισθείσης, ἡμεῖς πρῶτοι καὶ μόνοι τῶν ἄλλων, καίπερ μὴ κτισθέντων, ἐζημιώθημεν· **) ὅτε τοῦ Παυσίου (Παυσίου?) Στειριόνου καταπεπλευκότος, μόνοι πάλιν ἡμεῖς ΠΓ ὑπὲρ πλωΐμων κατεβαλόμεθα· ἡνίκα πάλιν ὑπὲρ πλωΐμων τῷ Σγο[υ]ρῷ καὶ τῷ πραίτωρι ποσότητα ΓΔΙΙ δεδώκαμεν, ἀπαιτηθέντες καὶ ἄκοντες, ὁπόσην οὐδὲ τὸ ὅριον Θηβῶν καὶ Εὐρίπου ***) κατεβάλετο· καὶ ταῦτα τοῦ καθ' ἡμᾶς ὁρίου ἔκ τε παλαιοῦ ἔθους, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπὸ τῆς γενομένης καθ' ὁρισμὸν †) ἀπογραφῆς, πολλοστημόριον ἐπιβάλλοντος, ὧν ἐκεῖνα καταβαλέσθαι ὤφειλον.

Ἐῶμεν ἀναφέρειν τὴν τοῦ κήνσου ††) ἀπαίτησιν, τὴν λεηλασίαν τῶν θαλαττίων λῃστῶν. Ἀλλὰ τὴν πραιτωρικὴν ἐπήρειαν καὶ δυναστείαν πῶς ἂν ἀδακρυτὶ καὶ διηγησαίμεθα; Μηδεμιᾶς γὰρ οὔσης ἐνοχῆς ὑπὲρ τοῦ ὁρίου ἡμῶν τῷ κατὰ καιροὺς πραίτωρι, οὐ πρακτορικῆς ἐνεργείας, οὐ πραιτωρικῆς δικαιοδοσίας, καθότι προσκυνητὸν χρυσόβουλλον καὶ αὐτὴν ἀπεῖργον τὴν εἰς Ἀθήνας αὐτῷ πάροδον — ὁ δὲ σκήπτεται μὲν τὴν ἕνεκά γε προσκυνήσεως †††) εἰσέλευσιν αἰδοῖ τάχα τῶν χρυσοβούλλων, ἐπέρχεται δὲ πανστρατιᾷ μετὰ τῶν ἑαυτοῦ, καὶ τοὺς ἐγχωρίους κηφῆνας συνεπισπώμενος, ἀνδράρι' ἄττα τριοβολιμαῖα, καὶ τὴν ἐφήμερον τρο-

---

*) De κατέργοις (triremibus) v. Du Cang. s. v.

**) I. e. Pecuniam pendere coacti sumus, quasi essent triremes instructae, quas tamen instrui non erat imperatum.

***) I. e. Euböae.

†) Ὁρισμὸς est *jussio imperialis*, coll. Du Cang. sub ὁρίζω.

††) Κῆνσος mihi h. l. idem esse videtur, quod τέλος, coll. Du Cang. s. v.

†††) Προσκύνησις idem esse videtur quod donativum imperatoribus praestandum, coll. Du Cang. s. v. Deminutivam ejus ut videtur formam v. paulo inferius.

φὴν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ κλοπῆς ποριζόμενος, ὥσπερ ἂν εἰ κατὰ πολεμίας τινὸς καὶ βαρβαρικῆς χώρας εἰσβαλεῖν ἔμελλεν. Ἔμπροσθεν δὲ αὐτοῦ (τὸ τῆς γραφῆς εἰπεῖν) τρέχει ἀπώλεια, ὑποδοχάτορές*) τινες καλούμενοι, πεντακοσιομεδίμνους ζητοῦντες ἑκάστης ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων τροφὰς, καὶ θρεμμάτων ὅλα ποίμνια, καὶ ὀρνίθων ὅλας ἀγέλας, καὶ τὸ σύμπαν τῆς θαλάττης ὄψον εἰσπραττόμενοι, οἴνου τε χρῆμα, ὅσον οὐδ' ἂν αἱ καθ' ἡμᾶς ἄμπελοι γεωργήσαιεν. Καὶ ἵνα μὴ μακρηγορῶμεν, τοῖς κατὰ μέρος ἐπεξιόντες· καὶ μισθὸν ἐπὶ τούτοις ἀπαιτοῦσιν ὡς εὐεργέται τινές· καὶ μισθὸν οὐ φαῦλον τινὰ καὶ κοῦφον, ἀλλ' ὁλκὴν χρυσίου, ὅσην ἂν αὐτοῖς περιστήσῃ τὸ τῆς ἁπλήστου ψυχῆς αὐτῶν ἐφιέμενον. Ἐπὶ τούτοις ἔπεισιν ὁ πραίτωρ αὐτός· καὶ πρινὴ πολλάκις τὴν προσκύνησιν ἀφοσιώσεται τῇ θεομήτορι,**) τοῦ μὲν κατέχυρος (l. κατηγορεῖ) μὴ ἀπαντήσαντος, ἄλλον δὲ κατ' ἄλλην αἰτίαν καθειργνυσι καὶ ζημιοῖ· καὶ οὕτω κατευωχηθεὶς ἡμῶν, ἐφ' ὅσον ἂν βούλοιτο ταῖς ἡμέραις, ζητεῖ προσκυνητίκιον· οὐκ οἴδαμεν, εἴτε ὡς προσκυνήσας τὴν θεομήτορα· καὶ οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ λογαριαστὴς καὶ πρωτοβεστιάριος καὶ πρωτοκένταρχος,***) καὶ καθεξῆς οἱ παρεπόμενοι ἅπαντες· καὶ διατείνεται, μὴ πρότερον ἐντεῦθεν ἀναστῆναι, πρὶν ἂν ἐν ταῖς αὐτοῦ χερσὶ τοῦτο δέξαιτο. Ὅμως πολλὰ δεομένων ἡμῶν καὶ διομνυμένων, μὴ ἄλλως δύνασθαι τοῦτο καταβαλεῖν, εἰ μὴ κοινὸς ἔρανος †) γένοιτο, πείθεται μόλις· καὶ τὸν εἰσπραξόμενον

---

*) Abest haec v. a lexicis. Num sunt *receptores inferiores*, coll. ὑποδοχάριοι (Du Cang. s. v.)?

**) Significatur ecclesia Mariae deiparae Atheniensis, de qua multum apud scriptores Byzantinos. V. Menologii Basiliani locum a nobis supra p. 147. allatum.

***) De his dignitatibus v. Du-Cangium s. vv.

†) Quid ἔρανος h. l. sit, equidem nescio. V. tamen Du Cangium in ἐρανάριοι. Num est nostrum *freiwilliges Anlehen?*

ἰάσας, ἀπαίρειν παρασκευάζεται. Εἶτα ποῖον ὑποζύγιον οὐκ ἀγγαρεύεται; Μᾶλλον δὲ, ποῖον ἀγγαρευόμενον οὐ τῷ οἰκείῳ δεσπότῃ πιπρίσκεται, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις καὶ δεύτερον; Ἢ ποῖον ἕτερον οἱονδηποτοῦν εἶδος οὐ διαρπάζεται καὶ ἀπεμπολεῖται ἕκαστον αὐτῶν, ἢ αἰρόμενος οἴχεται;

Εἰς τί γοῦν ἡ τοιαύτη ἀπώλεια ἡμῶν, δέσποτα ἡμῶν ἅγιε, τοῦ δημοσίου μηδὲν ἐντεῦθεν κερδαίνοντος, μᾶλλον μὲν οἶν ζημιουμένου, δι' ὧν κατὰ βραχὺ μεταναστεύουσιν οἱ πλείους ἡμῶν, καὶ ἐρημοῦται ὅσον ἤδη ἡ χώρα ἡ ἡμετέρα, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ κολοβοῦται τὸ ἐγνωσμένον ἀκρόστιχον; *) Διὰ τοῦτο ὀλίγα ὧν πάσχομεν ἀνενεγκόντες, δεόμεθα τῆς φιλανθρωποτάτης ἁγίας βασιλείας σου, γενέσθαι καὶ ἐφ' ἡμῖν ἔλεος, καὶ κοπάσαι ποτὲ τὸν κατακλυσμὸν τῶν ἐπηρειῶν· ἢ διορισθῆναι, μετριωτέρας καὶ ἡμῖν φορητὰς γίνεσθαι καὶ κατὰ τοὺς προσόντας ἡμῖν ὁρισμοὺς (οὐδὲν γὰρ καινότερον ζητοῦμεν, ἢ ἄλλως τῷ δημοσίῳ ἐπιζήμιον)· καὶ πρῶτα μὲν ἀπαλλάξαι ἡμᾶς τῆς πραιτωρικῆς ἐφόδου, καταδρομῆς τε καὶ διαρπαγῆς τοῦ δοθέντος ἡμῖν δεφενδαρίου, μεγαλυπερόχου μυστικοῦ, τὸ παρ' ἡμῶν ἀφαιρούμενον ὑποκρατοῦντος ἐκ τῶν εἰσκομιζομένων παρὰ τῶν πραιτώρων, ὡς διώρισται, καὶ ἑτέρας τινὸς ἐγγράφου ἐπιφωνήσεως καὶ ἀπειλῆς ἐπανατεινομένης αὐτοῖς, τὰ ἔσχατα πείθεσθαι, εἰ μὴ ἀπόσχοιντο τοῦ ὁρίου τῶν Ἀθηνῶν· **) ἔπειτα καὶ συνδοσίας ***) πλωΐμων καὶ πλωΐμους διδόναι, ὅσους ἡμῖν ἐπέθηκεν ἡ ἀπογραφὴ (census?) τοῦ χρηματίσαντος (fungentis?) λογοθέτου τοῦ δρόμου, κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Λούκα, καὶ μὴ πλείους αὐτῶν·

*) *Census?* V. Du Cang. in ἀκρόστιχον et *crustica*.

**) Antecedentium sensus non patet.

***) Esse videtur *contributio*. Abest vox a Lexicis medii aevi Graecis.

μήτε ἀντὶ τῶν ἐπιβαλλόντων ἡμῖν πλωΐμων ἐκ τῆς τοιαύτης ἀπογραφῆς συνδοσίας ἀπαιτεῖν ἄνευ ὁρισμοῦ. Καὶ τοῦτο γὰρ ἐφ' ἡμῖν τολμᾶται τοῖς ταλαιπώροις ἐνίοτε.

Ἐπεὶ δὲ καὶ πολλὰς ἀναγραφὰς *) ὑπέστημεν, ὡς μικρὸν ἄνωθεν ἀνηνέγκαμεν, δεύμεθα, μὴ καὶ αὖθις βάρος ἀναγραφῆς ἐπιῤῥιφῆναι τῇ χώρᾳ ἡμῶν, εἰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τυχὸν χώραις τῶν κατωτέρων ὁρισθῇ γενέσθαι ἀναγραφή· ἀλλ' ἐπικυρωθῆναι καὶ τὸν ἕνεκα τούτου ἐπορεχθέντα ἡμῖν προσκυνητὸν ὁρισμὸν τῆς ἁγίας βασιλείας σου· καὶ μὴ μόνον τοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς διαφόρως ἀπολυθέντας καὶ ἀπείργοντας τοὺς πειρωμένους ἐκ τῶν καστρηνῶν, **) κατέχειν ὁπωσδήποτε, καὶ νέμεσθαι χωρία καὶ στάσεις χωριτικάς. ***) Εἰς συντριβὴν γὰρ τοῦτο τῶν δρούγγων καὶ ὄλεθρον ἀφορᾷ· ἡ δὲ τῶν δρούγγων ἀπώλεια τοῦ καθ' ἡμᾶς ὁρίου παντός ἐστιν ἀπώλεια. Καὶ τούτων γενομένων, σωζοίμεθ' ἂν ἡμεῖς, σώζοιτο δ' ἂν καὶ τῷ δημοσίῳ τὰ ἐξ ἡμῶν συνεισφερόμενα· καὶ σωζόμενοι, οὐ παυσαίμεθα τοῦ ὑπερεύχεσθαι τῆς ἁγίας βασιλείας σου, ἧς ὡς ἀνάξιοι δοῦλοι τολμήσαντες ἐδεήθημεν.

---

*) Idem esse videtur quod antecedens ἀπογραφή.

**) Idem quod καστρινῶν, qui sunt urbium (κάστρων) incolae. De his nil fere apud Du Cangium in Glossario graeco.

***) *Peculia ruralia?* Nil de his apud Du Cangium.

# CAP. V.

## BENIAMINI TUDELITANI ITINERARIUM.

(Specimen novae editionis)

Hoc libello aliquoties usus sum in antecedentibus, quum mercaturam Thessalonicensem Iudaeosque ibi habitantes illustrarem. Est autem, me judice, lectu non indignus, quam *Zinkeisenii* quoque sententiam esse video, qui vir eruditissimus memoriam Hispanici viatoris nuper recoluit in Historia sua Graeca (Lips. 1833.) Vol. I. p. 778 sqq.; ubi (not. 1.) itinerarii hujus editionem criticam non abs re fore prudenter judicavit.

Eam ipsam equidem nunc maxime paro, licet minus criticam (quotusquisque post editionem Cpolitanam s. principem anni 1543 codicem libelli manuscriptum vidit?), sed exegeticam, i. e. historico-geographicam; quamquam ego multis argumentis monstrare possum, textum itinerarii ebraicum per incuriam et ignorantiam editorum multifariam esse corruptum.

Libri titulus est: מסעות של רבי בנימין (i. e. *Itinerarium D. Beniaminis*). Editio princeps, ut dixi, Cpoli prodiit a. 1543.; quam equidem non vidi. De reliquis editionibus consulatur: *Dizionario storico degli autori ebrei e delle loro opere, disteso dal Dottore G. B. De-Rossi prof. di lingue Or. Parma.* 1802. Vol. I. p. 73 sq.*) Ego

*) Novam itinerarii nostri editionem a Beckio quondam praeparatam fuisse, De Rossius narrat l. c.; quo teste schedulae Beckianae in Trewiana bibliotheca Norimbergae asservabantur. Ea bibliotheca deinde in Altdorfensem universitatem transposita fuit, hinc in Erlangensem; in qua nunc librum inveniri non posse audio. De fide Beniamini adi dubitantem Iostium in libro: *Geschichte der Israeliten seit der Zeit der Maccabäer.* Berol. 1820 sqq. Vol. VI. p. 376.

interpretationem Latinam *Benedicti Ariae Montani* (Antverpiae a. 1575) manu teneo; deinde editionem duplicem *Constantini L'Empereur ab Oppyck*, S. T. D. et S. L. P. in acad. Lugd. Batava. Lugd. Batavorum ex officina Elzeviriana a. 1633. 12.min.; 16.min. Earum posterior majoris editionis commentarios etc. contrahit. Utor praeterea interpretatione Gallica, quae inserta est libro: Voyages faits principalement en Asie dans les XII. etc. Par Bergeron. Vol. I. 1735. Denique inspexi librum: Navigantium atque itinerantium Bibliotheca . . . Ed. John Harris. Lond. 1764. V. I. pag. 546 sqq., ubi Benjamini itinerarium anglice repetitur.

Libri modo dicti cum editionibus Constantini L'Empereur vix quidquam (quantum quidem Graeciam attinet) ad emendandum atque explicandum textum Hebraicum contribuunt: quod etiam Benedictum Ariam Montanum tangit.

De Benjamine Tudelitano ita Constantinus L'empereur in praefatione: „*Benjamin, de quo haec invenio in Jouchasin sive Chronico Abrahami Zacouthi, folio editionis Cracoviensis* 131.: „„*Rabbi Binjamin, qui multum peregrinatus est, obiit anno* 933, *sive a nato Christo* 1171., *magnum illud luminare, cujus sol toti Israëli exortus fuit.*““ *Unde colligere promptum est, non diu post suum ex itinere reditum supervixisse: siquidem eodem isto anno rediisse legitur, quemadmodum pagina prima hujus sequentis opusculi testatur* (sequitur locus chronici Davidis Gans, partis prioris folio 55.; unde nil novi praeter antecedentia discitur) . . . *Hic nulla operis plenioris mentio; sed autor tantum excusi itinerarii meminit, alterum illud opus, quod nonnulli extare putant, alto silentio praeteriens: quod tamen non fecisset, si Judaei illud alicubi extare vel unquam extitisse credidissent.*“

In ultimis Constantinus L'Empereur perstringit Benedictum Ariam Montanum, qui in praefatione sua (p. 12.) haec

habet: *Audio autem, hujus Benjamini integrum opus in Aegypto apud Iudaeos Alexandriae agentes conservari.* Mihi tamen idem quod Montano videtur; nec aliud viro docto placuisse cognovi, qui Constantino L'Empereur Beniaminem edenti gratulatur (ad calcem editionis Constantini):

*Donum nobile!. Sed malignus aevi*
*Dens arroserat, optimamque partem,*
*Intervalla viae situmque terrae,*
*Delibaverat integro labori.*

Itinerarium Benjamini plenioris operis excerptum mihi quoque videtur, quod postero tempore alicubi inventum iri nec ego plane despero. Opus, cujus particulam novis nunc curis publici juris facio, variis locis interpolatum corruptumque esse mihi persuasi, cujus labis unum et alterum exemplum inferius proferam. Interpretatio Latina, ebraicis supposita, est Constantini L'Empereur.

## ITER INTER BARIUM ET ABYDUM.

ומשם מהלך יום למיקילס דבר היא המרינדה הגדולה אשר החריב המלך גילמו של ציקיליה ואין שם היום מישראל מפני שהיא חרבה ומן הגוים כמו כן. ומשם יום חצי לטראנטו. היא תחלת מלכות ארץ קלאבריאה ויושביה יונים והיא עיר גדולה ובה כמו ש' יהודים ובם חכמים ובראשם רבי מאלי ורבי נתן ור' ישראל ומשם מהלך יום לברנדיש אשר על שפת הים ושם כמו י' יהודים צבעים. ומשם שני ימים לאוטרנדו אשר על שפת הים ארץ יון ושם כמו חמש מאות יהודים והראש שלהם רבי מנחם ורבי כלב ורבי מאיר ורבי מאלי ומשם עובר אדם ביום דרך שני ימים לאוקרופוס ושם יהודי אחד ושמו ר' יוסף ועד הנה מלכות ציקיליה.

---

Ab hac una statione abest Michael de Bar, civitas olim magna: quam vastavit Siciliae rex Wilhelmus. Quia vero plane devastata est, hodie nulli hic Israëlitae, pariterque nec Gentiles ulli. Ulterius dimidiato die Tarentum veni, initium regni regionis Calabriae: ubi incolae Graeci. Urbs magna est, in qua trecenti ferme Judaei: quorum quidam sapientia eminent, inter quos primas tenent R. Mali, R. Nathan et R. Israël. Hinc diei itinere distat Barnedis in littore condita: ubi decem circiter Judaei, qui coccineas vestes tingunt. Inde itinere bidui abest civitas Otranto in maris littore, ditio Graecorum: ubi quingenti fere Judaei; quorum praestantissimi R. Menahem, R. Caleb, R. Meïr et Rab. Mali. Hinc transfretantes bidui spatio Corfu pervenire possunt; ubi Judaeus unicus, cui nomen R. Joseph: atque hactenus Siciliae regno accen-

ומשם דרך שני ימים בים לארץ לבטה היא תחלת מלכות מנואל מלך היונים והיא כפר ובה כמו מאה יהודים ובראשם רבי שלחיה ורבי ארקוליס׳ ומשם שני ימים לאכילון ושם כמו עשרה יהודים ורבי שבתי בראשם׳ ומשם חצי יום לנטוליקון היושבת על זרוע הים׳ ומשם לפטרה יום א׳ דרך ים היא המדינה של אנטיגטרוש המלך של יון׳ הוא היה אחד מארבעה מלכים שקמו אחרי אלכסנדרוס המלך ושם בניינים גדולים קדמונים ושם כמו חמשים יהודים ובראשם רבי יצחק ורבי יעקב ורבי שמואל׳ ומשם חצי יום דרך ים ללפנטו ושם כמו מאה יהודים על שפת הים ובראשם ר׳ גזרי ורבי שלום ורבי אברהם זל׳ ומשם מהלך יום וחצי לקורש ושם חונים כמו מאתים יהודי׳ לבדם בהר פרנש

---

setur. Hinc itinere bidui maritimo distat Labta (forte Larta), initium regni Emanuelis, Graecorum regis: vicus est, in quo centum circiter Judaei habitant; quorum primarii Rab. Schelahja et R. Hercules. Inde biduum est ad Achilonem (forte Alcipum), ubi decem ferme Judaei; quorum caput R. Schabtaeus. Hinc dimidii diei itinere distat Natolicon, in brachio maris sita. Unde mari statione una Patram veni, Antipatri Graecorum regis urbem: qui unus fuit e quatuor illis regibus, post Alexandrum regem imperantibus. Hic magna et antiqua sunt aedificia, quinquaginta etiam ferme Judaei; inter quos primas tenent R. Isaac, R. Jacob et R. Samuel. Ab hac urbe ad Lepantum dimidii diei maritimum iter est: ubi in littore maris centum fere sunt Judaei; quorum praestantissimi R. Gizri, R. Schallum et R. Abraham p. m. Hinc sesquidiei iter ad Crissam: ubi in monte Parnasso soli habitant ducenti fere Judaei,

והם זורעים וקוצרים בנחלתם וקרקעותיהם· ובראשם
רבי שלמה ורבי חיום ור' ידעיה· ומשם שלשה ימים
עד עיר קורינטו המדינה ושם כמו שלש מאות
יהודים ובראשם רבי ליאון ורבי יעקב ורבי חזקיה·
ומשם שלשה ימים לטיבש עיר גדולה ובה כמו
אלפים יהודים והם האומנים הטובים לעשות
בגדי משי וארגמן בארץ היונים· ובהם חכמים גדולים
במשנה ובתלמוד והם גדולי הדור ובראשם הרב
הגדול רבי אהרן קוטי דר' משה אחין ור' חייא ורבי
אליה תירתינו ורבי יקטן ואין כמותם בכל ארץ יון
הוץ ממדינת קושטנטינופולי ומשם מהלך יום
לאגריפו והיא עיר גדולה על שפת הים ובאים אליה
תגרים מכל צד ופנה ושם כמו מאתים יהודים
ובראשם רבי אליה פשלטירי ורבי עמנואל ורבי כלב·

---

qui serunt ac metunt in haerediis suis et fundis suis; sibique praepositos habent R. Salomonem, R. Hajim et R. Jedajam. Inde tridui itinere distat urbs Corinthus metropolis: in qua trecenti fere inveniuntur Judaei, quorum primores R. Leo, R. Jacob et R. Ezechias. Unde tertio die Thebas deveni, urbem magnam. Hic bis mille circiter degunt Judaei, eorum, qui in Graecia habitant, peritissimi sericarii, purpuraeque artifices. Inter illos etiam quidam doctissimi, constitutionum et Gemarae peritissimi, seculi hujus maximi. Quibus praecellunt magnus ille doctor R. Aaron Cutaeus ejusque frater R. Moses, R. Hija, R. Elias Thirtinus, R. Joctan: quos nulli aequant in tota Graecia, excepta urbe Constantinopolitana. Istinc unius diei itinere profectus fui Aegriphou civitatem magnam, ad mare sitam: ad quam e quavis mundi plaga et angulo mercatores commeant. Ibi ducenti circiter Judaei: quorum capita R. Elias Psalterius, R. Emanuel et R. Caleb. Hinc

ומשם דרך יום עד יבושטריסה וחיא מדינה על שפת
הים ושם כמו מאה יהודי' ובראשם רבי יוסף ורבי
שמואל ורבי נתניה· ומשם לרובינקה מהלך יום אחד
ושם כמו מאה יהודי' ובראשם ר' יוסף ורבי
אלעזר ורבי יצחק ומשם מהלך יום לשינון פוטמו
ובה כמו חמשים יהודים ובראשם רבי שלמה ורבי
יעקב והוא תחלת בלכיא שיושבים בהרים והיא
האומה הנקראת בלכיין והם קלים כצבאים יורדים
מן ההרים לשלול ולבוז אל ארץ יון ואין אדם יכול
לעלו' אליהם למלחמה ואין מלך יכול לשלוט
עליהם ואינם חזקים בדת הנוצרים וקוראים שמם
ביניהם כשמות היהודים ויש אומרים שהם יהודים
היו והיו קוראים ליהודים אחינו וכשימצאו אותם
בוזזים אותם ואינם הורגי' אותם כמו שהורגי ליונ'

---

una statione ad Jabusterisam, urbem maritimam: ubi centum fere Judaei; quorum praefecti sunt R. Joseph, R. Samuel et R. Nethanja. Inde Robinica unius diei itinere distat: ubi Judaei ferme centum, quibus praepositi R. Joseph., R. Eleazarus et R. Isaac. Unde iterum uno die distat *Κυνοποταμός*: in qua quinquaginta circiter Judaei; quorum praefecti R. Salomon et R. Jacob. Haec est Valachiae initium, cujus incolae montes incolunt: gens ipsa Valachorum nomen gerit. Celeritate cum capreolis conferendi, e montibus in Graecorum regionem descendunt, ut spolium et praedam auferant. Nemo illos bello lacessere potest: neque rex ullus eos domare potest. Christianorum instituta non observant: suisque Judaica nomina imponunt; unde nonnulli Judaeos fuisse asserunt, Judaeosque appellare fratres suos; quumque hos offendunt, eos spoliare, sed non occidere, quemadmodum occidunt Graecos: vivere denique exleges. Inde duabus stationibus deveni

ואין להם שום דר״ת· ומשם שני ימים לגרדיגי והיא חרבה ואנשי׳ בה מעט מיונים ומיהודי׳ ומשם שני ימים לארמילו והיא עיר גדולה על שפת הים והיא עיר סחורה ללבינציאניש ולפישניש ולגינוביש ולכל הסוחרי׳ הבאים שם והיא ארץ רחברת ידי׳ ובה כמו ארבע מאות יהודים ובראשם הרב ר׳ שילה ורבי יוסף הפרנס ורבי שלמה הראש· ומשם מהלך יום לבישינה ושם כמן מאה יהודי׳ ובראשם רבי שבתא הרב ורבי שלמה ורבי יעקב· ומשם דרך שני ימים בים לעיר סלוסקי שבנד״ה סליקוס המלך אחד מארבעה שריגי יון שקמו אחרי אלכסנדרוס והי׳ עיר גדולה מאה ובה כמו חמש מאות יהודים ושם הרב רבי שמואל ובניו תלמידי חכמים והוא שם ממונה על היהודים תחת יד המלך ורבי שבתאי חתנו ורבי

---

Gardegin, urbem vastatam, quam pauci Graeci ac Judaei incolunt. Ulterius bidui itinere Armilonem, urbem magnam eamque maritimam, Venetis, Pisanis et Genuensibus omnibusque mercatoribus eo venientibus emporium commodum. Regio est spatiosa, quae quadringentos circiter Judaeos habet: quorum primores magnus R. Schilo, R. Joseph oeconomus et R. Salomon praefectus. Hinc diei unius iter est Bissinam petentibus: ubi centum ferme Judaei; quorum primores magnus R. Schabta, R. Salomon et R. Jacob. Inde mari itinere bidui Seleuciam appuli: quam Seleucus rex (unus ex illis quatuor Graeciae propaginibus, quae post Alexandrum surrexerunt) statuit. Urbs maxima est; in qua Judaei fere quingenti degunt, et inter alios magnus R. Samuel cum filiis sapientiae studiosis. Hic Judaeis istius loci praefectus est, sub potestate regis. Sunt praeterea R. Schabtaeus ipsius gener, R. Elias et R. Michael: adeoque magna exulantium Judaeorum

אליה ורבי מיכאל ושם גלות גדול ליהודים והם מתעסקים במלאכות. ומשם שני ימים למיטריסי ושם כמו עשרים יהודים ושם רבי ישעיה ורבי מכיר ורבי אליאב. ומשם שני ימי' לדרמה ובה כמו קם יהודים. ובראשם רבי מיכאל ורבי יוסף' ומשם מהלך יום לקנישתולי ושם כמו עשרים יהודים. ומשם דרך שלשה ימים דרך לאבידו:

---

turba, qui artes mechanicas tractant. Hinc duabus stationibus abest Mitrisi: ubi viginti fere Judaei, inter quos R. Esaias, R. Machir et R. Eliab. Inde duobus diebus Darmam veni, Judaeosque ferme centum et quadraginta inveni: et in iis primas tenebant R. Michael et R. Joseph. Postea unico itinere Canistolin profectus, viginti fere Judaeos inveni. Hinc tridui spatio ad Abidum civitatem . . .

## PRAEFATIO COMMENTARII.

Beniaminem anno Christi 1171. diem in patria obiisse, supra ex Iudaeorum libris narravimus pag. 468. Quando iter ingressus sit, non constat, immo nec quaesitum a doctis video. Et habet ea res aliquid difficultatis, quod e sequentibus apparebit. Primo quidem dubitari nequit, regnante Manuele Comneno (a. 1143–1180) peregrinationem suam fecisse, coll. pag. 468 hujus libri. Adde ipsum Beniaminem p. 23. Quando vero proficisci coepit, quando desiit? Initium itineris in annos 1146–1149 incidisse, eam ob causam putabis, quod Corcyram insulam regno Normannorum Siculorum tribuit (pag. 468). Eam Rogerius ceperat anno 1146; Graeci recepere anno 1149 (Nicetas in Manuele II, 5., coll. Wilken. rerum ab Alexio etc. gestarum . . pag. 552–560). Vix tamen hoc tempus admitti poterit. Nimirum Beniamin noster Barium urbem a Siculorum rege Guilielmo vastatam esse narrat (pag. 467). *) Is patri Rogerio successit anno 1152; Barium vero a. 1155 bello Byzantino-Normannico male habitum constat, coll. Io. Cinnamo IV, 12 (ed. Bonn. p. 165). Ergo annum 1155 vel aliquem posteriorem eligemus. Quod ut statuamus, ipse facit Beniamin, qui paulo superius (pag. 10. ed. Constant. mai.) Alexandrum, papam Romanum, memorat. Is regnavit a. 1159—1181. Confitendum tamen videtur, ita non everti istud, quod Iudaeus de Corcyra, regni Siculorum parte, narravit.

Beniamin Tudelitanus, egressus Caesar-Augusta, sequentes urbes, antequam Barium veniret, visitavit: Tortosam, Tarraconam, Barcelonam, Gerundam, Narbonam, Baetiras (Montanus: *Bidrasch*, f. *Besiers*), Montem Pessulanum, Lunelium, urbem Beaucaire (Montanus: *Pothiaquiers*), Nogres (Montanus: *Nogheres*), Arelatum, Massiliam, Ge-

*) Guilielmum iterum memorat p. 126 (ed. Const. L'emp. mai).

nuam, Pisam, Lucam, Romam, Capuam, Puteolos, Neapolin, Salernum, Amalfin, Beneventum, Melfin, Asculum, Tranium.

De ultimis quaedam monenda videntur, antequam ad ipsum commentarium transgredimur.

Salerno relicto, dimidio die pervenit Amalphium (אמלפי), ad mare Tyrrhenum, ubi Constantinus male habet *Malfi*. De Amalfitanis ita Iudaeus: *Gentiles* (גוים, i. e. christiani) *autem, qui regionem incolunt, mercatores sunt, qui huc illuc mercaturam exercentes proficiscuntur: agros non conserunt, sed quaevis sibi pecunia comparant, quippe qui in altis montibus et petrarum cacuminibus habitant. Abundant tamen terrae fructibus e vinetis, olivetis, hortis et pomariis. Nec quisquam cum ipsis bello contendere potest.* De hoc Beniaminis loco ita Iostius in Historia Israel. Vol. VI. pag. 377.: *Die Nachricht über Amalfi ist fast der deutlichste Beweis von einer zu muthmassenden Compilation. R. Beniamin behauptet, sie sei eine Handelsstadt, fest, mächtig, unbezwinglich. Das war sie freilich vor seinen Zeiten; aber seitdem sie a.* 1135 *als eine dem feindlichen Neapel angehörige Stadt vom Kaiser und den Pisanern ausgeplündert ward, verlor sie alle diese Eigenschaften, und ihr Glanz war völlig erloschen, als R. Beniamin dies schrieb.* Amalfin a. 1135. a Pisanis direptam esse constat, coll. Brencmanno de Amalphi a Pisanis direpta cap. 24–28 (Iordani delectus scriptorum rerum Neapolitanarum pag. 967 sqq.). *) Iam vero si Iostius Amalfin hac direptione ad ultimum debilitatis gradum dejectam esse contendit, id quo jure dicat, ipse viderit. Anno certe 1137. Amalfis aliam Pisanorum direptionem multa pecunia redimere potuit (Brencmann.

*) Brencm. l. c. cap. 31.: *Denique non memini me legere, unquam expugnatam, aut justa obsidione ad deditionem compulsam fuisse* (Amalfin).

l. c. cap. 37. p. 978.); unde tum temporis non omnem ejus beatitudinem evanuisse patet. Cum Beniamini loco cfr. Brencmannum in dissertatione de republica Amalphitana cap. 1 sqq.

Post Amalfin Iudaeus Beneventum venit. Eam civitatem auctor itinerarii ejusve librarius *in litore maris* sitam esse dicit, memoriae lapsu puto. Dicendum erat *in litore fluvii* cujusdam, forsan Caloris.

Sequitur *Malchi* (מלכי), Apuliae oppidum, bidui itinere a Benevento separatum. Beniaminis locus manifesto corruptus est. Tu lege lenissima mutatione מלפי (*Melfi*); de qua Apuliae urbe, ab *Amalfi* probe discernenda, v. Brencmannum in Dissertatione de republica Amalphitana cap. 2. 3. pag. 906 sqq.

Post Melfin venit Asculum (אשקולי), i. e. *Ascoli* secundum hodiernam Italorum linguam. Montanus: *Aesculum*. Constantinus: *Asculum*. Nostrum Asculum, prope ad urbem Trani, in Apennino regni Neapolitani situm, ab Asculo Picentino s. pontificio (Antonini itinerar. p. 308. 317. Wess.) quidam non satis distinxerunt. Videatur Lichtenthalii manuale bibliographico del Viaggiatore in Italia. Milano 1830. p. 165. 192. 193. De Melfi (Melphi, Melphia) adi Eundem ibid. p. 193.

---

COMMENTARIUS.

Ab hac una statione] Ab urbe *Trane* s. *Trani* Barium venit Beniamin Tudelitanus. Iudaeus habet טרנאה (Trana), ubi legendum esse patet טראנה. Est hodiernum *Trani*, in litore maris Adriatici; idem puto quod *Turenum* tabulae Peutingerianae, et *Tirenum* Geographi Ravennatis. Oppidum *Trani* Brencmanno (Dissert. de republ. Amalph. cap. 33.) *Atrani* scribendum videtur.

Michael de Bar] Aria Montanus: מיקולס דבר. Constantinus: מיקילס דבר. Nominum portenta. Primo

quid sit *Miquoles* s. *Mikilos* (unde Michaelem suum sibi effinxit Constantinus), doctior viderit. An Ebraeus Graecos interrogans responsum tulerat: *μεγαλόπολις*, in laudem magni nuper Barii, coll. sqq.? Certe hebraica ad similem vocem ablegant. Denique in voce דבר litera ך obscura est. An haec per compendium scripsit, pro דא בר (*hoc est Barium*)? De דא vide Buxtorfium in Lexico talmudico s. v. Barium attigit Lichtenthalius l. c. p. 194.

Barnedis] Sic Montanus et Constantinus. Male, si quid video. Hebraicum est: ברנדיש. I. e. *Brendis* בְּרֶנְדִישׁ, *Brendisi, Brundusium.* De hac civitate consule Lichtenthalium l. c. pag. 194. Quantum Iudaeus via veterum Romanorum Appia usus sit, cum istam Italiae partem lustraret, non satis apparet. Beneventum certe et Barium adiit, ut Horatius, cum Brundusium peteret (Sat. I, 5.). Asculum, ab Hebraeo visitatum, num fuerit in via Appia situm, ego nondum exputavi. Bario relicto, via recta Tarentum tetendit; hinc Brundusium, inde Hydruntum. De via veterum inter Beneventum, Tarentum et Hydruntum v. Itinerar. Antonini p. 119—121. Wess. Via vero Appia medii aevi hominibus non incognita fuit. Gesta Francorum et aliorum Hierosolymitanorum cap. 3.: *Tertia autem pars* (militum Tancredi cruciatorum) *per antiquam Romae viam venit. Deinde venerunt ad portum Brandosim* (Brundusium) etc.

Corfu] Montanus errore vasto: *Ocropus.* Hebraica Constantini: קרופֻס (*Crophus*). Tu lege: קורפוס (Corfús). Est insula Corcyra, medio aevo dialecto vulgari dicta *Κορφοὶ*, s. *Κορφούς*. Videatur chronicon Moreae libro II. pag. 151. ed. Buchon. Chronicon breve ad calcem Ducae p. 527. ed. Bonn.: *Εἰς τοὺς Κορφούς*. Cui plurali num antiquior aliquis singularis *κόρυφος* subsit, nondum ergo extricavi. Certe cum voce *κορυφὴ* (*cacumen*) nomen *Korfu* aliquantu-

lum conspirare videtur, quod primo arci urbique, deinde toti insulae inditum fuisse autumabis. Aliam formam, *Κορυφώ*, scriptores Byzantini, popularem dialectum aspernantes, habent. Anna Comnena libro I. p. 38. ed. Paris.: *Τήν τε Κορυφώ, πόλιν ὀχυρωτάτην.* Eadem libro V. p. 159. ed. cit.: *Ὡς δὲ ἡ Κορυφὼ προκατασχεθεῖσα κ. τ. λ.* Eadem libro XI. p. 335.: *Εἰς τὴν προνομὴν τῆς Κορυφῶς* (l. *Κορυφοῦς*). Ibid. p. 346.: *Τὴν Κορυφώ.* Nicetas in Manuele II, 1.: *Ὁ αὐτοκράτωρ Μανουὴλ διεσκοπεῖτο, πῶς ἂν τοὺς Σικελοὺς μετελεύσεται δίκην πραξόμενος, ὧν ἀπανθρώπως εἰς Ῥωμαίους ἔπραξαν, τήν τε Κερκυραίαν ἄκραν, ἣ νῦν ἐπικέκληται Κορυφὼ, τῆς ἐκ τούτων ἀπαλλάξει φρουρᾶς.* Idem ibid. cap. 2. (collato Io. Cinnamo 3, 5.) arcis descriptionem praebet his verbis: *Ἔστι δὲ ἡ Κερκυραίων ἄκρα αἰγίλιψ πᾶσα καὶ ἀγχινεφὴς, ἑλικοειδὴς τὴν θέσιν καὶ ὑψικόρυμβος, προσνενευκυῖα εἰς τὸ βάθιστον τῆς θαλάσσης. Πέτραι δὲ περιερρώγησαν αὐτὴν ἀμφίκρημνοι καὶ ἀπότομοι, τὸ δ' ὕψος ὑπὲρ τὴν ᾠδομένην ἄορνον* (l. *Ἄορνον*). *Τείχη δὲ ἀῤῥαγῆ τὴν πόλιν περιείληφε, καὶ πύργων περιεστᾶσιν ὑψώματα, ἃ καὶ ποιοῦσι τὴν ταύτης παραλογωτέραν ἅλωσιν.* Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 6, 32.: *Κανίνων καὶ Κορυφοῦς.* Formam *Κορυφὼ* ut dualem recentiores ad duo saxa referunt, quibus imposita est arx, coll. Palmer. in Graeciae antiquae descriptione p. 350 sq. Dodwell. itiner. I, 33 (p. 44. 49. interpretationis Sicklerianae). Mueller. de Corcyraeorum republica p. 1. Verumtamen forma Korfú alibi quoque in geographia neograeca occurrit, ubi non sermo est de *geminis* montibus s. cacuminibus, unde ista etymologia exploditur. Leake trav. in North. Gr. Vol. II. p. 605.: *In descending from this ridge* (Zevgaláti, in terra Locrorum Hesperiorum?) *towards the sea coast, mount Trikorfú is a conspicuous object on the left* etc. Ubi significari videtur mons trium cacuminum; siquidem forma

*Κορφοὺ* omnino Graeca est.*) Aliis forma vetus Doriensium esse videbitur, apud quos mulierum quaedam nomina in ω desinunt, coll. Pachymeris loco modo allato, ubi occurrit genitivus *Κορυφοὺς* (Caninorum et Coryphûs). Alibi tamen scriptores Byzantini barbarorum appellativa ad formam puriorem redigunt, cujus rei exempla deinde afferemus. — Hodiernum nomen ego cum Reiskio in Corphitianis Constantini Porphyrogeniti (de cerimoniis aulae Byz. II, 44. ed. Bonn. T. I. p. 659.) primo deprendisse mihi videor: *Καὶ κρατήσει* (cursor publicus sumat) *τοὺς Κορφιτιανοὺς Ἡρακλείας*. Ubi sermo est de militibus classiariis (classe) Perinthi (Heracleae Propontidis), qui cum reliquo exercitu navali Leonis Sap. imperatoris (a. 886—812) Arabas, Cretae insulae incolas dominosque, bello petere jubebantur. Similiter aliarum gentium partes in ipsa urbe Cpoli variis ministeriis inserviebant, e. g. Bardariotae Macedonici (p. 71 sqq.), Tzacones (p. 72. not. 60.), Monembasiotae (Georg. Phrantza IV, 17.), all. Pro *Corphitianis* posterius aevum *Corfiotas* dixisse videtur.

Labta] Hebraica: לארץ לבטה (in terram L.). Aria Montanus: *Lebta*. Constantinus: *Labta*. Additque: „*Scaliger dubius, quis locus designaretur, cum scripsisset in margine Lepanto, postea delevit, et cum hoc nomen, tum proxime sequentia ut dubia reliquit. Mutato* ב *in* ר *Larta legi posse existimo, quae olim dicebatur Ambracia, in Epiro sita: unde non procul proxime sequens civitas Achilon. Nec obstat, quod Noster* כפר *vicum vocaverit: nam de parvis oppidis etiam usurpari* כפר *constat; cujusmodi Benjaminis seculo erat Ambracia. Sed quia* ל *in* ס *mutato, vocalibus etiam mutatis, quas Rabbini non ascri-*

*) Montium quorundam Peloponnesi nomen hodiernum est *Koryfi*, coll. Leak. trav. in the Morea II. 385. III. 220. 259. Prope Aenum vero Thraciae est lacus (λιμνοθάλασσα) admodum piscosus, Turcarum lingua *Bori Korfúsi*. V. Hadschi Chalfa l. c. pag. 69.

*bunt, legitur Sybota, vicus et portus in Epiro, hanc lectionem praefero: quia ex Corcyra transfretanti in Epirum hic locus commodissimus erat.*" De hoc Constantini loco varia notanda videntur. Et primo quidem vir summus Scaligerus conjecturam suam *Lepanto* prudenter delevit; sequitur enim brevi post, in alia statione, locus *Lepanto* lectione indubia.

Verum diligentius introspiciamus ipsius Constantini conjecturas, quarum alterutram eligendam esse persuasum habeo, non quidem Batavi motus rationibus, quae sunt nullae, sed meis. Et primo quidem *Larta* legendum esse putat Constantinus; deinde, quod magis ipsi placet, *Sybota*. Fuere autem Sybota insulae quaedam Epiri, ex adverso Corcyrae, cum oppido portuque cognomine in terra continente. Procopius de bello Gothico 4, 22.: *Καὶ ὅσαι ἄλλαι αὐτῇ* (Corcyrae) *νῆσοι ἐπίκεινται, αἱ Συβόται καλοῦνται.* Is locus apud barbaros medii aevi *Sopot* audiisse videtur. Cantacuzenus 2, 34.: *Μεσοποτάμιον .. καὶ ὁ Σοποτὸς καὶ ἡ Χειμάῤῥα .. Ἀργυρόκαστρον κ. τ. λ.* De Sybotis cfr. Leakium (travels in North. Gr. I. 103. III. 2. 3.). Huic tamen lectioni quid difficultatis subsit, facile intellectu esse videtur. Inter Corcyram urbem insulaeque promontorium meridionale Leucimmam (Cabo bianco), et locum Epiri Syvota (Sybota), non duorum dierum iter navigantibus interest, sed dimidii diei seu minus. Ergo *Larta* eligenda erit, ad quam, relicta Corcyra, itinere bidui maritimo vel brevius perveniri potest.

Litera ל (*l*) voci *Arta* adhaerens articulo Francogallorum medii aevi, Italorum, Siculorum, Hispanorum deberi videtur, qui cum nominibus propriis atque appellativis modo concrescit, modo iis praeponitur. Afferam hujus rei exempla memoratu haud indigna. Innocentius III. epist. XI, 256 (Ed. Baluz. Vol. II. p. 267.): *In Caristiensi* (l. Carystiensi) *episcopatu duo casalia: Lesboveries, Lepesin, Leperistere* (l. *le Peristere*), *Lamarogna* (l. *la Marogna* s. *Maronea*), *Locarimera* (l. *lo Carimera*), *Lomoni* (l. *lo Moni, Μονὴ*), *Lo-*

*chimoni* (l. *lo Chimoni*), *Lopolistile* (l. *lo Polystyle*), *Cundregat*, *Lapisto* (l. *Laphysto*), *Vineas Conizari*, *Muscarel*, *Catachevalar* (l. *Cata cephalas*), *Agiafronesis* (l. *Hagia Phronesis*). Chronicon Henrici de Valenciennes p. 227. ed. Buchon.): *Jusqu' à la Maigne* (Maïnam) *et tout la terre Largut.* Ubi *Largut* idem est quod *L'Argou s. L'Argo* (Argos). Chronicon Godofredi de Ville-Hardouin p. 111. ed. Buchon.: *Et après vint à un altre que on apeloit la Blache, qui ere mult fort* etc. Sermo est de Belicea, prope Christopolin (Caválam) et Philippos Macedoniae. Et vide, ne Franco-Gallus scripserit *Lablache.* Periplus Ponti Euxini octuplus, ad fidem tabularum mss. bibliothecae Caesareae Vindobonensis (Vindobonae, typis Caroli Geroldi 1836): *Lasslo, Lassillo, Lasylo;* ubi urbs *Achelo* (Achilo), i. e. *Anchialus* (Turcice Ahjoli), significatur, quam deinceps inspiciemus. Eadem tabula paulo post de alia statione: *Laxcluzo, laxilucico, laxiluçio, lo Silluacho, losilucico, losilosycho, loxilussico, loxinixio.* Eadem de aliis stationibus: *Lodonauici*, quod aperte idem est quod hodiernum *Dunavieski.* Ibidem: *Laginestra, la Ginestra.* Ibidem: *Groside, Lacrosca.* Ibidem: *Lefeti, Feti, Lofeti.* Ibidem: *Lusta, Austa.* Ibidem: *Liporti, Porto Teti.* Ibidem: *Locachi, Lo cachi.* Ibidem: *Vati, Lo Vati.* Ibidem: *Laliminia, Limonia.* Ibidem: *Lirio* (i. e. fluvius Iris). Ibidem: *Lefeti, Feti.* Ibidem: *Fenosia, Lafen.* Ibidem: *Giro, Algyro.* Hispanus Ramon Muntaner in chronico cap. 240. ex interpretatione Gallica Buchoni (librum hispanicum nondum vidi): *Langlo* (Angelus), *seigneur de la Blachie* (despota Thessaliae, Aetoliae et Acarnaniae). Quid? quod ipsa vox *Larta* pro *Arta* apud Hispanos occurrit. Moncada in Expedicion de los Catalanes etc. cap. LXX (p. 322. ed. Madrit.): *Al despoto de Larta.**) Et in hac

*) Turci in formis *Arta*, *Larta*, *Narda* ambigere videntur. Videatur Hadschi Chalfa pag. 130.

lectione acquiescere possumus, collato Beniamine nostro, qui Lartam dicit terram, non solummodo urbem. Fuit enim Arta medio aevo urbs et magnum territorium. Nicetas in Manuele 2, 1.: *Ἀχαρνᾶνας καὶ Αἰτωλοὺς, τοὺς νῦν λεγομένους Ἀρτινούς.* *) De principatu Artino vide quoque Cantacuzenum 2, 34. 35. 4, 43. Ramonem Muntanerum in chronico cap. 61. 62. 240. Denique noto, vocem *Arta* e nomine fluvii *Arachthi*, qui urbem praeterfluit, atque etiam *Aretho* dicebatur (Liv. 38, 3. 4.), contractam mihi videri.

Achilon] Constantino legendum videtur *Alcipum*, quod nomen alibi equidem non deprehendi. Verba Beniaminis sana sunt. Significatur Achelous, Aetoliae urbs, fluvio cognomini apposita. Eam diu ante Hispanum invenio apud Leonem Sapientem imp. (a. 886 – 912) in Indice episcopatuum. Videatur Leunclavii jus Graeco-Romanum I, 99.: *λς* (XXXVI). *Τῷ Ναυπάκτου Αἰτωλίας* **) (metropolitae Naupacti in Aetolia sequentes episcopi subjecti sunt): *ὁ Βουνδίτζης, ὁ Ἀετοῦ, ὁ Ἀχελῴου, ὁ Ῥηγῶν, ὁ Ἰωαννίνων, ὁ Φωτικῆς, ὁ Ἀδριανουπόλεως, ὁ Βοθρώτου* (l. *Βουθρώτου*), *ὁ Χιμάρας* (l. *Χειμάρας* s. *Χειμάῤῥας*). Ad annum 1355 lege Cantacuzenum 4, 44.: *Ἐπῆλθεν Ἀλβανοῖς, καὶ γενομένης συμβολῆς περί τι χωρίον, Ἀχελῶον προσαγορευόμενον..*

*) *Ἀρταίους* dicit Cantacuzenus 2, 35 – 37.

**) Librarius s. auctor indicis addit vocem antiquam *Aetoliae*, cum secundum medii aevi rationem dicendum fuisset *Nicopoleos*. Luitprandi legatio ad Nicephorum Phocam a. 968 (ad calcem Leonis Diaconi p. 368. ed. Bonn.): .. *Naupactum veni, quae est Nicopoleos civitas.* Quocum consentit Cedrenus histor. p. 747. ed. Paris.: *Τότε δὴ καὶ τὸ θέμα τῶν Νικοπολιτῶν, πλὴν Ναυπάκτου, προσεῤῥύη Βουλγάροις.* Catalogus episcopatuum ... (Bandurii regnum orient. libro VII. ed. Paris. p. 236 sq.): *λδ* (XXXIV). *Τῇ Ναυπάκτῳ Νικοπόλεως (τὸ νῦν λεγόμενον Τόρνοβον)*, sc. subsunt episcopi sqq. De Naupacto, quam veterum alii Locris Ozolis, alii Aetolis tribuunt, v. Krusium in Hellade II, 2, 149. 164.

E mente Beniaminis haec urbs juxta inferiorem Acheloum (Aspropotamum) quaerenda erit. Num hodie extet, me latet.

Aliam urbem Acheloum praestare videtur Ducas hist. cap. 37.: *Μεσημβρίαν, Ἀχελῶον, Βυζὸν κ. τ. λ.* Ibi tamen *Achelous* idem est quod *Anchialus*, coll. Niceta in Isaacio Angelo I, 8 (p. 505. ed. Bonn.): *Τὴν ἐπαρχίαν τῆς Ἀγχιάλου.* Ibi codex Augustanus: *Κεφαλὴ περὶ τὴν Ἀχελώ.* Eandem formam idem codex Nicetae ibidem habet cap. 4 (pag. 482). Vides, lingua vulgari dictum fuisse *Ἀχελὼ* vel similiter; unde scriptores, puriora sectantes, fecere *Ἀχελῶος*, coll. Duca modo allato. Hinc emendabis non unum tantummodo scriptorum Byzantinorum locum. Theophanes continuatus libro VI, 10. p. 389. ed. Bonn. (in Constantino Porphyrogenneto): *Μηνὶ δὲ Αὐγούστῳ, εἰκάδι, ἰνδικτιῶνος ε, ὁ πόλεμος μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Βουλγάρων πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ συγκεκρότηται ποταμῷ.* Ubi legendum *πόλει.* Apud Anchialum (Acheloum), ponto Euxino appositam, Graeci Bulgarique saepius certavere; numquam in Aetolia, quoad sciam. Theophanis continuati locum iisdem verbis repetit Symeon Magister in Constantino Porphyrogenneto cap. 10 (pag. 724. ed. cit.), ubi iterum *Ἀχελῶος ποταμὸς* de eodem bello occurrit, cum dicendum fuisset *Ἀχελῶος πόλις.* Namque praeter Acheloum Aetoliae fluvium alium in Thracia non inveni; Anchialusque, Thraciae urbs, thermas in vicinia habuit (Procop. aedif. 3, 7.) et salinas (Hadschi Chalfa pag. 25. ibique Hammer.), non fluvium cognominem. Corruptam vero Anchiali formam jam Nicephorus Cpolitanus habet in fragmento historiae (pag. 134. ed. Bonn.): *Μέχρι γὰρ καὶ τήμερον τὰ κατὰ τὴν Ἀχελὼν* (sic) *καλουμένην πόλιν κοῖλα καὶ πεδιάσιμα χωρία, ἃ τῶν εἰρημένων ἐδέξατο τὰ κῶλα, σαφῶς ἱποδείκνυσιν;* ubi spectatur seculum octavum, cujus aevi scriptor est is Nicephorus, coll. Petavio p. 132. ed. cit. Sic plane scribunt nautae Italorum, Siculorum et Hispanorum se-

culi XIV—XVII. Videatur Periplus Ponti Euxini octuplus, ad fidem tabularum mss. bibliothecae Caesareae Vindobonensis (Vindob. typis C. Geroldi 1836): *Axello, lasslo, axillo, lassillo, achilo, lasylo;* ubi una eademque urbs significatur, *Anchialus*, turcice *Ahjoli*, coll. Hadschi Chalfa in Bosnia et Rumelia pag. 25. *Achilo* dicunt Graeci hodierni.

Natolicum] Nunc *Anatolico*, in recessu sinus Missolongici situm: oppidum et insula. V. Melet. geogr. ed. Gaz. Vol. II. p. 308. Leake travels in north. Gr. Vol. I. p. 113. Vol. III. p. 529.

Patra] Quod Iudaeus de Antipatro Macedone narrat, etymologia quadam Patrensium niti poterat. Vetustiorum aedium Patrensium reliquias illustravit Leakius in Trav. in the Morea II. 131 sqq. De Iudaeis Patrensibus (ad sec. XV) intelligi poterit Georgius Phrantzes II, 4. His pauça addam de Iudaeis reliquae Peloponnesi. E Sparta pulsi dicuntur a. 982 (Baron. annal. ad annum cit., coll. Iost. in historia Israelitarum VIII. 9.). Glarentzae (in promontorio Cyllenes) Iudaeos invenio medio seculo XV (Georgius Phrantzes II, 3). Prope Spartam occurrit locus nomine *Ἑβραϊκὴ Τρίπη* (Georg. Phrantzes II, 19). Iudaeos Peloponnesiacos indistincte memorat Mazaris supra laudatus p. 456.

Lepanto] Veterum, ut volunt, Naupactus, cui haud absimilem formam medium aevum servavit. Chronicon barbaro-Graecum Moreae (p. 208. ed. Buchon.): *Τὴν θάλασσαν τοῦ Ἐπάχτου.* Neque aliter Graeci hodierni: Turcae *Aïnabachti* (Hadschi Chalfa p. 125). De Naupacti recentioris historia videatur Meletius geogr. ed. Gaz. Vol. II. p. 310. Hadschi Chalfa p. 125. Situm urbis et vetera monumenta illustrat Leakius in travels in North. Gr. Vol. II. p 607 sqq. Adde Krusii Helladem II, 2, 164 sqq. In nomine *Lepanto* litera *l* Italorum etc. articulus esse videtur.

Crissa] Hebraica: קורש. Lege קריש s. קרישה. Significatur Crissa Phocensium urbs in regione Delphica. Videatur Krusii Hellas II, 2, 49 sq. Leake trav. in North. Gr. II. 566. 585.

Thebae] Textores sericarios non habet Ariae Montani interpretatio latina, sed solos purpurarios. Sericorum vero texturam Beniaminis seculo Thebis maximopere floruisse, supra docuimus pag. 228. not. 52., ubi Athenienses quoque et Corinthios sericorum opifices memoravimus. Ab Iudaeis vero eam artem maximopere exercitam fuisse, quid est, quod dubites? Bis mille Iudaeos Thebis habitasse narrat Beniamin noster, incertum, fuerintne tot Iudaeorum capita, an familiae Iudaeorum bis mille, coll. Zinkeisenio in historia Graeca I, 779. not. 2. Utut statuas: inter Graeciae urbes maximum Iudaeorum numerum Thebae tum habuisse videntur. Denique Athenas in hoc indice omitti, mirum mihi semper visum est.

Egripus] Hebraica: ארגירפן. Lege אגריפן. Sermo est de Egripo (Euripo), veterum Chalcide in Euboea. *Egripum* vero ex *Euripo* corruptum esse apparet, cujus depravationis prima species mihi apud Constantinum Porphyrogenitum occurrit (de cerimoniis aulae Byzantinae II, 44. p. 657. ed. Bonn.): *Ἰστέον, ὅτι ἐδέξατο ὁ ἄρχων Χρήπου ἐν τῷ θέματι Ἑλλάδος καμεῖν σαγίτας χιλιάδας σ'* (200,000) *καὶ μεναύλια* (venabula) *χιλιάδας γ'*. Ubi *Ἐγρίπου* legendum esse, bene perspexit Reiskius; qui ibidem corruptionem vocis *Εὐρίπος* in *Ἐγρίπος* ab Arabibus derivat, vel a Graecis. Posterius haud male, siquidem Graeci istius temporis simili errore seu violentia syllabas *εὐ* et *ἐκ* confudisse dicuntur, coll. Reiskio ad Constantini locum cit. T. II. p. 779. ed. Bonn. Iam vero lingua populari *Egripo* tummaxime dictum fuisse, ego ostendam. Innocentius III. epist. libro XI, 256.: *Episcopatum Aegripontis.* Alibi summus papa voce magis vulgari *Nigropont*: tc. utitur. Denique ex

forma *Egripos* (Egribos), quam Turcae servarunt (Hadschi Chalfa in Rumel. et Bosnia pag. 105.), facillime per Italos alios, que occidentales oriebatur *Nigriponte* (*Nigroponte, Negreponte, Negroponte*), urbe primaria Euboeae ipsaque insula, habita simul ratione pontis, qui Boeotiam atque Euboeam ibi jungit. De ultimis vide quoque Schmelleri commentationem academicam: Urkunde vom Jahre 1275, die Insel Negroponte . . betreffend (Abhandlungen der philos. philol. Klasse der k. bayr. Acad. Vol. II. 1837. p. 184.)

Iabusterisa] Una statione ab Euripo remota est urbs haec maritima. Vox slavice sonat, ut *Bistriza* (sic lego pro ebraicis), praefixo articulo *la* Italorum, pro ebraico *ia*, coll. nobis ad vocem *Larta*. De hac urbe nil invenio. Iste autem Graeciae tractus, inter Euripum et Thermopylas, maximas, si quis alius, vastationes perpessus est. *)

Robinica] רוביניקה. Sic Constantinus. Aria Montanus: *Robinca*. Ubi locorum sita fuerit, e verbis Beniaminis non apparet: prope Thermopylas, puto. Lege ראבינקה (*Rabenica*), quem locum habent medii aevi monumenta. Chronique de Henri de Valenciennes (pag. 259. ed. Buch.): *Ensi comme jou devant vous dys, fu li parlemens ou val de Ravenique*. Ibidem pag. 260.: *Et que il au parlement qui estoit pris à Ravenique ne volrent venir . . Li empereres vint jesir à la Bondeice . . dont passent la closure*. Ubi locus *Bondeice* idem est quod *Μουνδονίτζα* (Chronique de la Morée p. 119) et *Modunisch* Turcarum (Hadschi Chalfa p. 109). Gallicum *closure* non aliud est quam *κλεισσούρα* Graecorum, angustiae (*στενὰ*), per quas ventum est in Boeotiam superiorem s. septentrionalem. Addo Innocentium III.

---

*) Obiter emendo Antonini Augusti itinerarium (p. 327.): *Chalcide M. P. XXIV. Opunte M. P. XLVIII. Demetriade M. P. XIV.* Penultimo loco scribe XIV.; ultimo XLVIII.

epist. 13, 137.: *Ravennicam cum omnibus pertinentiis.* Idem 14, 109.: *Castrum de Situm* (Zeitun) *super Ravenica.* Epistola Honorii III. (Innoc. epist. ed. Baluz. Vol. II. p. 835.): *Ampliata resignatione Ravenicae de assensu vestro.* Ibidem p. 836.: *Saepe dictam resignationem Ravenicae.* Ibid. pag. 837.: *Acta sunt haec apud Ravenicam anno Domini MCCX.* *)

*Κυνοποταμὸς*] Ebraica: שינון פטמן. Aria Montanus: *Sinon Potamon.* Constantinus *Κυνοποταμός.* Quaenam urbs hic lateat, non difficile est intellectu. Secundum itineris ordinem, qui ex sequentibus clarissime apparebit, non aliud esse potest, quam *Zitun, Zeitun, Isdin* Turcarum (Lamia veterum, ut quibusdam videtur), apud scriptores medii aevi vario modo scriptum. Innocentius III. epist. 11, 153.: *Larissiensi et Atheniensi archiepiscopis, et episcopo Sithoniensi.* Eadem scriptio est in libro 15, 75. 80. Idem 13, 6.: *Archiepiscopo Atheniensi, et Thermopilensi* (sic) *et Sidoniensi episcopis.* Idem 13, 47.: *Neopatrensi archiepiscopo, et episcopo Cithoniensi, et Avelonensi electo.* Ibid. 13, 104.: *Sydoniensi et Cardicensi episcopis.* Ibid. 13, 109.: *Episcopo Sidoniensi.* 13, 110.: *Sydoniensi episcopo.* Neque aliter 13, 111. 116. 192. Ibidem 13, 151.: *Episcopus Citoniensis.* Ibid. 13, 16. (coll. 169. 170.): *Episcopo Cithoniensi.* Ibidem 13, 136.: *Quendam locum, qui Sydonius dicitur.* 13, 136.: *Sidoniensis episcopi.* 15, 54.: *Sidoniensi episcopo.* Graeci dicunt *Ζητόνιον* (Leunclavii jus Graeco-Rom. I. 98.) et *Ζητούνιον* (*Ζητούνι*) Laonicus Chalcondylas II. pag. 35. ed. Par. Ducas cap. 18. 19. 28. Chronicon breve ad calcem Ducae p. 519. ed. Bonn. Adde

*) *Rebenicum* Annae Comnenae (libro V. p. 139. ed. Par.) cum nostro loco nolis confundere; id quod accidisse video Du Cangio ad Annam pag. 301. ed. Par. Fuit ista Rebenicus prope Larissam.

Michaelem Lequienium in Oriente christiano II. 113. Fuit Larisseno metropolitae subditum (Leuncl. et Mich. Lequ. l. c.) De Zituuio (Lamia) videatur Hadschi Chalfa p. 108. Pouqueville Voyage de la Grèce ed. II. Vol. I. 191. III. 375 sq. 406. IV. 62 sqq. Leake trav. in North. Gr. II. 1 sqq., qui vocem Arabibus deberi censet. — Ex antecedentibus apparet, pro Hebraico שיטון legendum esse שיטון (*Situn*). Quid illud פטמו significet, alii perspicient: vocem Constantini *ποταμὸς* admitti non posse, unusquisque concedet. Iudaeusne a Graecis audierat שיטון פוליס (Situn polis)?

Valachia] Memorabilis Ebraici viatoris narratio, de qua Iostius (Gesch. der Israeliten Vol. VI. 377.) non ridere debebat, sed scrutari. *) Primo videamus de historia horum Thessaliae incolarum, dein de sacris eorum. Vlachos Thessalos primo deprehendi in bello Alexii I. Thessalico-Normannico a. 1082. Anna Comnena libro V. p. 138. ed. Paris.: *Εἶτα καρτερῶς ὁπλίσας ἅπαντας, ἔξεισι τῆς Κωνσταντίνου, καὶ τοῖς μέρεσι τῆς Λαρίσσης ἐγγίσας, καὶ διελθὼν διὰ τοῦ βουνοῦ τῶν Κελλίων,* **) *καὶ τὴν δημοσίαν λεωφόρον* ***) *δεξιόθεν καταλιπων, καὶ τὸν βουνὸν τὸν οὐτωσὶ*

*) Iost. l. c.: *Mit den Walachen hat er Brüderschaft getrunken (?). Er behauptet, sie seien den Juden gewogener, als den Griechen, und will gehört haben, dass sie ursprünglich Juden seien.*

**) Innocentius III. Epist. 13, 42. (ed. Baluz.): ... *Archiepiscopus Larissenus, Vessinensi ac Damatriada* (Demetriadensi) *episcopatibus, et monasteriis Kelliae indebitas exactiones imponens* ...

***) Alexius I. cum exercitu, relicta Thessalonica, ad ostia Penei venerat. Dein non per vulgarem viam s. Tempe Larissam petebat (obstabant Normanni). Immo angustiis a dextra relictis per montanam regionem Celliorum atque Ossae (Cissavo) perrexit, ubi locum Vlachicum invenit, nomine Exeban, e vicinia Androniae. Dein perrexit ad oppidum fluviumque Plabitzam, lacui puto Karlas (Böbeïdi) assiguandum, hinc

ἐγχωρίως καλούμενον Κίσσαβον κατῆλθεν εἰς Ἔξεβαν· χωρίον δὲ τοῦτο Βλαχικόν, τῆς Ἀνδρονίας ἔγγιστα διακείμενον. Ἐκεῖθεν δὲ καταλαβὼν ἑτέραν αὖθις κωμόπολιν, Πλαβίτζαν συνήθως καλουμένην, ἀγχοῦ που τοῦ οὑτωσί πως καλουμένου ποταμοῦ ῥέοντος διακειμένην, τὴν σκηνὴν κατέθετο, ἀποχρῶντα τάφρον διωρύξας. Καὶ ἐγερθεὶς ἐκεῖθεν ὁ βασιλεὺς ἀπῆλθεν ἄχρι τῶν κηπουρείων τοῦ Δελφινᾶ, κἀκεῖθεν εἰς τὰ Τρίκαλα. Habitabant igitur Vlachi quidam seculo XI in Ossa, Thessaliae monte, item sec. XIV in Pindo (Laonicus VI. 168). Post Annam venit Ebraeus noster, qui Thessaliae meridionalis montes Vlachiae nomine ornat (sec. XII). Idque nomen ante ipsius iter institutum montibus Thessalicis impositum fuisse necesse est, atque ita quidem, ut lingua vulgari s. barbarorum dicerentur *Vlachia* (*Vlachia magna*), lingua doctorum *Thessalia*. Id plane consequitur e Nicetae narratione De capta urbe Cpli cap. 15.: Τὰ Θετταλίας μετέωρα, ἃ νῦν μεγάλη Βλαχία κικλήσκεται. Georgius Acropolita annal. 25.: Τῆς μεγάλης Βλαχίας. Idem cap. 38.: Ἐπὶ τὴν μεγάλην Βλαχίαν. Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo I, 30.: Τοὺς γὰρ τὸ παλαιὸν Ἕλληνας, οὓς Ἀχιλλεὺς ἦγε, Μεγαλοβλαχίτας καλῶν (l. καλουμένους) ἐπεφέρετο. Chronicon Moreae libro II. p. 206. ed. Buch. Adde (ad annum 1342) Cantacuzenum III, 53. (ed. Bonn. T. II. p. 320 sqq.), qui alibi quoque hos Blachos memorat, coll. indice ejusdem editionis. Unde parvam quoque Vlachiam ibi terrarum fuisse, sponte apparet, coll. seqq. Georgius Phrantzes IV, 19. 20. revera magnam Vlachiam (Thessaliam) et parvam Vlachiam (Aetoliam cum Acarnania, ubi montes sunt nomine *Vlacho-buni*, coll. Leak. trav. in North. Gr. II. 600. 602.) ibique oppidum Flamburi (prope *Prevesam*), distinguit. Cum Graecis in Blachiae Thes-

---

ad Delphinae hortos (ad urbem Velsinam s. Velestinam); postremo ad Tricalam (Triccam).

salicae regno et nomine scriptores Hispanici et Gallici, illis coaevi, consentiunt. Ramon Muntaner cap. 240 (p. 250. ed. Buchon.): *Langlo* (Angelus), *seigneur de la Blachie.* Adde Eundem cap. 261. 262. Henri da Valenciennes in chronico p. 213. (ad annos 1206—1216., s. imperium Henrici Cpolitani): *Et si vous otroi avoec Blaquie-la-Grant, dont je vous ferai signour, se Dieu plaist...*

Vides, Ebraeum nostrum non alia narrare, quam quae ipse audierat et viderat. Occurruntque in Thessalia oppida, Vlachorum nomen prae se ferentia. De Vlacho-Libado et Vlacho-Ianni, Perraebiae oppidis, v. Leakium in Trav. in North. Gr. I. 274. IV. 311. 313.; qui aliis libri sui locis (I. 274. 280. 347.) de Vlachis per Graeciam habitantibus eorumque lingua, quae matrem Latinam prae se fert, erudite egit. Colonorum Romanorum reliquias, cum Slavis aliisque Hyperboreis mixtas, *) in his Vlachis, deinde in ipsis Dacicis conspici, doctorum nemo jam negat. — Verum etiam de sacris horum Vlachorum videamus. Mirifica Judaeum narrare, nos quoque concedimus; quanquam falsa prorsus et fabulosa esse negamus. Quantum enim est, quod nescimus in historia Byzantina, tum quod statum reipublicae, tum quod sacra variarum gentium attinet! Harum plurimis quidem jugum suum ecclesia Cpolitana imposuerat. De omnibus vero

*) Vlachorum nomen *pastores* significat, coll. Adelung. in Mithridate II. 723. Diez. in Grammat. Rom. I. 39. His testibus *vlah* slavice est *pastor*, magyarice *vloh* idem. Id quod jam Byzantinorum scriptoribus bene gnarum fuit. Anna Comnena libro VIII. pag. 226. ed. Paris.: *Καὶ ὅπόσοι τὸν νομάδα βίον εἵλοντο· Βλάχους τούτους ἡ κοινὴ καλεῖν οἶδε διάλεκτος.* Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo I, 37.: *Τὸ . . Βλαχικὸν . . ἔθνος δυσχωρίαις χαῖρον καὶ βοσκήμασι προσανέχον.* Adde Nicetam in Isaacio I, 4. Gothicam vocis radicem nolis eligere cum Michaele Kogalnitchan in libro: Histoire de la Valachie cett. Vol. I. p. 14. De lingua vero Vlachorum Romana (ipsis *limba românésca*) vide Eundem ibid. pag. 14. 34.

vix hoc affirmaverim. Namque Thessalis (Graecis, Latinis, Sclavinis, Bulgaris, Albanis) una et altera hominum orientalium stirps intermixta esse poterat; quarum singulae quando in Europam transpositae fuerint, jam fere ignoramus.*) Unde praeter orthodoxam doctrinam alia sacra in montanis desertisque regni partibus manere defendique a gentibus fortioribus poterant, quum diu ante maxima incolarum pars, Bulgaros dico et Sclavinos, ad ecclesiae imperatricis signa transisset. Ejus rei luculentum testimonium Bogomili (Pauliciani et Massaliani) praestare mihi videntur, quos, orthodoxae ecclesiae maxime infensos, penitus a clero Byzantino oppressos non crediderim (Gieseler Lehrb. der Kirchengeschichte, ed. II. Vol. II, 2, 597.). Atque etiamnunc prope Novas Patras (Hypatam veterum, Turcarum Padradschik) Spercheumque (Helladam) inferiorem oppidum extat, nomine *Bogomilos,* coll. tabula geographica Franco-Galli Lapie. Bogomilos autem ab imperatore Io. Tzimisce (a. 969—976) ex Asia in Europam translatos fuisse constat, coll. Glycae historia parte IV. pag. 623. ed. Bonn. Denique qui Iudaeo nostro de Iudaeis Thessalicis narranti aliquid tribuit, ei Annae vox *Exeban* hebraice sonare videbitur, coll. voce *Essebon,* sc. nomine iudicis cujusdam in primordiis gentis Iudaicae, teste Cedreno p. 59. 83. ed. Paris.**) Deleta autem Hierosolyma multos Iudaeorum a Romanis (Tito, Hadriano, Constantino) per orbem antiquum sparsos fuisse, nemini incredibile videbitur; unde etiam Thessalia eorum particeps fieri poterat, ubi cum colonis Latinis (Vlachis) concrescebant.

Gardegi] Hebraica: גרדיגי (Gardigi). Montanus: *Gardeghi.* Est hodiernum *Gardaki* s. *Gardeki,* inter Zitunium et Armyrum, coll. tabula geographica Franco-Galli Lapie. Tu lege גרדיקי (*Gardiki*). Devastatam dicit Iudaeus,

*) De Bardariotis, stirpe Turcica, seculo nono in Europam translatis, v. nos supra p. 70 sqq.

**) Hunc virum in Ebraicis V. T. non inveni, sed urbem *Hesbon,* apud Iosuam 11, 10. al.

incertum, quando id evenerit, et qua calamitate. Episcopatum ejus Graecum in indice Leonis Sapientis non invenio. Sed postea (inde ab anno 1204 sqq.) occurrit episcopatus quidam Latinorum, Larissenae metropoleos suffraganeus, ubi in ambiguo relinquemus, num locus noster significetur; quanquam Innocentius jam afferendus de Gardikio inter Zitunium et Velestinam sito loqui videtur. Ergo de ultimo Gardicio videatur Innocentius III. epist. 11, 151 (non 195, ut falso habet Lequienius in Oriente Christiano III. 979): *Auctoritate praesentium inhibemus, ne quis super beneficio Cardicensi et Valestino* (sic, *) pro *Velestino*), *quod idem* (Larissenus) *archiepiscopus provida tibi liberalitate concessit, temere te molestare praesumat* (5 Oct. 1208). Inscriptio epistolae: *Bartholomaeo, Cardicensi episcopo.* 13, 41.: *Fermopilensi et Cardicensi episcopis.* 13, 37.: *Heracliensi* (sic) *archiepiscopo, et Cardicensi et Fermopilensi* (sic) *episcopis.* 13, 97. 101.: *Episcopo Cardicensi.* 13, 101.: *Cum Cardicensi castro.* 13, 117.: *Castro Cardicensi.* 15, 69.: *Cum castro Cardicensi.. castri Cardicensis.* 16, 115.: *Castro Cardicensi.* 15, 75.: *Cardicensi et Sithoniensi episcopis.* 16, 98.: *Sidoniensi et Cardicensi episcopis.* 16, 115.: *Ecclesia Cardicensis teneat, habeat ... casalia septem .. sc. Toliasiki,* **) *Jajadinami, Toalopocori, Olongos, Ica-*

*) More aevi medii, literas *a* et *e* miscentis; de quibus Nos alibi.

**) In quibusdam horum nominum praepositae syllabae *o*, *i*, *to*, articuli graeci esse videntur, nominibus s. barbaricis s. antiquis agglutinati. Nomen *Jajadinami* idem est quod Ἁγία Δύναμις (Hagia Dynamis). Locus *Stenas* (στενὰ) angustias quasdam cum pago cognomine significabit, prope Thaumacum puto (Liv. 32, 4.), vel inter Gardicium et Zitunium, ubi angustiae occurrunt, nomine *Furka* (Leake trav. in North. Gr. I. 461.). Cum loco *Toalopocori* (To Alopocori) confer locum *Alepuchori* (malim Alopecochorion) in Morea (Peloponneso), prope urbem hodiernam Pyrgos, ex adverso insulae Zacynthi. V. tabulam geogr. Lapiei fol. XI. De voce *Suppetusu* reliquisque vocum monstris nil iuveni.

*napiza, Iconzobi, Stenas . . tria* (molendina) *inaedificata in loco, qui dicitur Suppetusu.* Cardiciam, ut dixi, in indice Leoniano non invenio, sed in alio, sequioris aevi. Videatur *Catalogus episcopatuum, qui nunc ex parte supersunt, eorum vero plurimi exoluerunt* (Bandurii regn. orient. libro VII. ed. Paris. pag. 236 sq., ed. Ven. p. 201 sq.): λγ (33). *Τῇ Λαρίσσῃ τῆς Ἑλλάδος* (metropoli Larissenae subjecti sunt episcopi seqq.) *α. ὁ Δημητριάδος. β. ὁ Φαρσάλου. Νῦν ἐξαρχία ἐστί. γ. ὁ Θαυμακοῦ. δ. ὁ Ζητουνίου.* *) *ε. ὁ Ἐξεροῦ. ς. ὁ Λοιδοριχίου. ζ. ὁ Τριάνης* (l. *Τρικάλης* sive *Τρίκκης*). *Ἡνωμένη τῇ μητροπόλει. η. ὁ Ἐγχίνου* (l. *Ἐχίνου*). *ϑ. ὁ Κολύδρου. ι. ὁ Σταγῶν. ια. ὁ Βεσαίνης* (l. *Βεσσήνης*). *ιβ. ὁ Καπουλιανῶν. ιγ. ὁ Γαρδικίου. ιδ. ὁ Λεστίνου* (l. *Βελεστίνου*). *ιε. ὁ Χαρμαίνων. ις. ὁ Περιστερᾶς.* De sequioris aevi episcopis Cardicensibus latinis v. Michaelem Lequienium in Or. christ. III. 979 sqq. De alia Thessaliae Gardikia, quam in tabula geographica Franco-Galli Lapie apud fluvium *Fanari* invenio, Leakius agit in Trav. in North. Gr. I. 431. IV. 288. Nostram Gardikiam ab ista Leakii Gardikia distinguendam esse, itineris tenor et verba Innocentiana ostendere videntur.

Armylo] Armyrus veterum, prope ad sinum Pagaseticum (Volo), ex occidente. Leake Trav. in North. Gr. IV. 333. 367. Chronique de Henri de Valenciennes pag. 257. ed. Buch.: *Li empereres s'en vait al Amire* (sic). Ibid. p. 258.: *Dusques al Amiro.* Ramon Muntaner trad. par Buchon. pag. 235. (cap. 235.): *Le port d'Almiro.* Innocentius III. epist. 13, 34.: *Vissenam* (sic), *Dimitriatam* (Demetriadem), *Arcontocoru* (sic), *duo Almurus* (sic),**) *tibi et*

*) Thaumaci (Domoci) et Zitunii episcopatus graeci hodie juncti sunt. Leake trav. in North. Gr. I. 457.

**) Innocentii verba si sana sunt, duae Almyri medio aevo distinctae fuisse videntur, minor puto et major, vel superior et inferior.

*filiis tuis .. concessas.* 13, 101.: *Quandam in Armiro .. abbatiam.* 13, 102.: *Dominus de Armiro.* 15, 69.: *Domus de Armiro, quae Valestino* (sic, pro *Velestino*) *dicitur.* *) 16, 115 : *Cum Armiro venissemus.* Ibidem: *Proventus fori Armironensis.* Turcice nunc dicitur *Armijo.* Hadschi Chalfa pag. 103.

Bissina] Hujus loci nisi situm, tamen memoriam alibi quoque deprehendi. Innocent. III. epist. 13, 34.: *Vissenam, Dimitriatam, Arcontocoru, duo Almurus* etc. 13, 42.: .. *Archiepiscopus Larissenus, Vessinensi* (sic) *ac Damatriato episcopatibus et monasteriis Kelliae indebitas exactiones imponens.* Michael Lequienius (Or. christ. II. 131) Bezenae (*Βεζένης*) episcopum habet loco XVIII., Larisseno metropolitae subjectum; alia notitia ecclesiastica (Bandurii regnum orient. libr. VII. pag. 236 sq.) loco XI. Eam dedimus in antecedentibus. Hunc vero locum a Velestino (Thebis Phthioticis quorundam, coll. Leak. Trav. in North. Gr. IV. 400. 436.) distinguendum esse, Innocentii epistolae supra allatae demonstrant. Bessenam ego Magnesiae tribuo, ut fuerit Pelio monti supposita, prope ad mare, per quod Hispanus deinde Thessalonicam venit.

Vidimus in antecedentibus, Iudaeum non per ipsam stricti sensus Thessaliam iter fecisse, sed per Histiaeotida, Phthiotida, Magnesiam, via sc. breviore, quam quae ducit per Thaumacum, Pharsalum, Larissam, Tempe.

Seleucia] Thessalonicam significari, supra ostendimus pag. 224. Urbem enim *maximam* ibi locorum itinere maritimo nullam inveniri praeter Thessalonicam, inter omnes constat. Ceterum formam *Salonici* ab incolis audiverat; quam cum *Seleuci* Macedonis nomine ita jungit, ut ab eo conditam fabuletur simili errore, quo Patras Peloponnesi ad

*) Summus Pontifex de nobili familia Armironensi loqui videtur, quae simul vicinae urbi Valestino (Velestino) imperasse videtur.

Antipatrum Macedonem ab eo sive Patrensibus relatas supra vidimus p. 471. 486. Thebis exceptis Thessalonicam isto aevo maximum Iudaeorum numerum habuisse videmus, quod non mirabitur, qui egregium civitatis amplissimae situm ponderaverit. Quodsi vero Hispanus de Iudaeis exulibus (Montanus silet de his exulibus) ibi commorantibus loquitur, de eo equidem nondum a doctis quaesitum video. Erantne Hierosolymitani, quorum multi a. 1099. cum Sarazenis capta Hierosolyma a militibus cruciatis trucidabantur (Iost, Gesch. der Israeliten VIII. sq.)? Aliis erunt Iudaei Hungarici. Nam ibi quoque per medii aevi decursum vexationes passos esse constat, coll. Iostii libro citato Vol. VII. p. 275. 297. Cui verba Hispani nostri postero tempore interpolata videntur, is Iudaeos Benjaminis Thessalonicenses eosdem cum iis esse statuet, qui seculi decimi sexti initio saevitiam regum Hispanicorum elapsi Thessalonicam grandi numero venerunt, ubi etiamnunc prae ceteris incolis statu lauto beatoque gaudere dicuntur. Praestare tamen videtur, Iudaeorum exsilium eo sensu intelligere, quo alibi quoque statum suum post patriam eversam cum captivitate et exsilio comparant, coll. pag. 514. Unde talia fere abundant. De Iudaeis Thessalonicensibus egimus in Prolegomenis p. XV sq.; deinde in hac commentatione p. 6. 168 sq.

Mitrisi] Formam aliquanto meliorem praestat Montanus, sc. *Mitrici*. Significatur locus *Dimitritzi* prope Amphipolin lacumque Cercinitidem, coll. Nicetae loco deinde apponendo. Hoc oppidum Schaffarikius (Annal. Vindob. Vol. 46. p. 56.) idem esse statuit cum mutatione itinerarii Hierosolymitani, nomine *Domeros* (p. 604. Wessel.), coll. Niceta in Isaacio Angelo I, 2.: Ἦν δὲ οὗτος (sc. campus, prope Amphipolin, ubi Normanni VII Nov. a. 1185 a Graecis caedebantur) ὁ τοῦ Δημητρίζη λεγόμενος τόπος. Ubi noto, Hieronymum Wolfium revera legere Δημητρίζη; Venetam quidem Δημηρίζη (regiam non vidi), Bekkerianam vero (pag. 469.) Δημητρίζης; quod omnino tenendum videtur. De-

metritzam (Mitritzam), cujus ultimae syllabae diminutivo Slavicae linguae respondent, a S. Demetrio nomen traxisse puto non aliter, ac Pannoniae urbem *Mitrowitsch* (Sirmium veterum, ut quibusdam placet), S. Demetrii sacris antiquitus claram; cui civitati syllabam initialem *Di* ut nostrae Dimitritzae barbari abstraxerunt, *) Thessalonicae syllabam initialem *Thes* (p. 18 sqq.), et quae sunt hujus generis. Beniaminem oppidi Dimitritzae nomen e more barbarorum s. vulgari repetere, mihi persuasum est: isti dicebant *Mitritzi*, doctiores *Dimitritzi*. Denique noto, Beniaminem, unam stationem (mansionem) inter Dimitritzam et Thessalonicam interesse statuentem, aut ipsum errasse, aut librarium ejus. Inter Thessalonicam Amphipolimque, prope quam quaerenda Dimitritza, duorum dierum iter, vel plus intercedit. Verum Beniaminis narratio in stationum numeris magis videtur corrupta, quam in ipsis urbium nominibus et historia.

Darma] Male sic Montanus et Constantinus. Hebraicum דרמה sic lege: דְּרָמָה (*Drama*), turcice *Diramah* (Hadschi Chalfa pag. 73). Est urbs Macedoniae orientalis haud exigua, Philippis pridem eversis vicina ex septentrione; in quorum metropolitanam dignitatem successit. Hadschi Chalfa l. c. Cousinéry Voyage Vol. II. p. 6 sqq. Dramae nomen primo inveni in Actis S. Germani, abbatis in Cosinitra, ad 12. Mai cap. 12. (Acta Sanctorum ad mensem Maium Vol. III.): *Urbe Christopolitana* (quam eandem esse docti putant cum Neapoli veterum, Cavála recentiorum) *excedit . . ac Philippos praeteriens, ad montem quemdam devenit* (Sanctus), *ex adverso quidem Popoliae* (Amphipoleos) **) . . *ad Panacis* (Can-

*) Turcis est *Dimitrofdscha*. Hadschi Chalfa pag. 152.

**) Nicetas in Andronico II, 1.: *Τὸ δὲ μέσον* (media exercitus Normannici pars a. 1185.) *τὰ κατ' Ἀμφίπολιν καὶ Σέρρας ἐπενέμετο.* Ubi codex B.: *Μέσον τοῦ στρατεύματος περὶ τὴν Ποπολίαν καὶ τὰς Σέρρας ἐκαρτέρει.* Ibidem: *Τῶν ἀγγελλόντων, ὡς νῦν μὲν οἱ ὑπεναντίοι Ἀμφίπολιν παρεστήσαντο.* Codex B.: *Ποτὲ μὲν ἡ χώρα*

tacuz. 4, 45.) *ostia constitutum, et stadiis plus quam quinquaginta ab oppido quodam distantem, cui Dramati* (l. *Dramae*) *nomen.* Accedunt sequioris aevi scriptores Graeci: Nicetas in Isaacio Angelo 3, 2. Nicephorus Gregoras 7, 12. Cantacuzenus I, 52. III, 37. IV, 44. 45. Leakio (Travels in North. Gr. III.) eadem esse videtur cum *Drabesco* Thucydidis I, 100 (*Darabesco* tabulae Peutingerianae). De his v. Nos in via Egnatia.

Canistolin] Aria Montanus: *Canisthol.* Constantino (p. 163. ed. mai.) Canistolis videtur esse, „quam vulgo *Canistro* dicant: ubi Ptolemaeus habet Canastreum promontorium.“ Ita Iudaeus ab urbe Drama Philippisque retro per Dimitritzam Amphipolinque profectus est ad occidentem, unde venerat, et Pallenen peninsulam cum Canastraeo promontorio petiit magno itinere insanoque temporis dispendio. Nolis haec somnia credere Constantino, literarum historicarum et geographicarum plane rudi. Immo Hispanus, relicta Drama, per Philippensium vallem montesque mari Aegaeo imminentes brevi unius diei itinere, plane meridionali, duas urbes petiit, quarum altera medio aevo dicebatur *Chrysopolis*, altera *Christopolis;* quam posteriorem a quibusdam eandem esse putari cum Neapoli veterum, Cavála recentiorum, nota res est.

Sed de his diligentius inquiremus, ut errores doctorum inveteratos refutemus, Amphipolin, Eïonem, Christopolin Chrysopolinque unam eandemque urbem esse opinantium, *) cum fuerint quatuor urbes, non una. Primo de Chrysopoli Christopolique videndum, ut diversas fuisse monstretur, atque unam alteramve in voce Iudaei corrupta latere doceatur.

---

τῆς Ποπολίας ὅλη προσεκύνησε τοῖς Φράγγοις. Idem in Isaacio Angelo I, 1.: Τῶν Ἰταλῶν . . οἳ Θετταλίαν τε εἶχον ἤδη, καὶ Ἀμφίπολιν παρεστήσαντο. Codex B.: Καὶ μέχρι Ποπολίας καὶ Βολερου ἐλθόντων.

*) Ortelius in thesauro geogr. s. v. *Amphipolis.* Michael Lequienius in Oriente Christiano II. 83.

Utramque antiquitas reapse distinxit, quamquam Chrysopoleos nomen multo rarius deprehendi, quam Christopoleos, coll. seqq. Fulcherius Carnotensis in Gestis peregrinantium Francorum ad annum 1097. cap. 4. (Gesta Dei per Francos pag. 386. ed. Bongars.): *Mora autem per quatuor dies ibi* (in planitie Thessalonicensi) *facta, deinde Macedoniam* *) *transigentes, per vallem Philipensium* (sic), *postque per Lucretiam et Crisopolim atque Cristopolim* (sic), *ceteras quoque urbes, quae sunt in Graecia,* **) *Constantinopolim pervenimus.* Innocentius III. epist. 15, 56 (Vol. II. pag. 621. ed. Baluz.): *Wilhelmo, Philippensi archiepiscopo .. Philippensis ecclesia .. metropolin Philippensem .. Philippensem ecclesiam .. casale, quod dicitur Candaka .. et vineas, quas habet apud Chrysopolim; casale, quod dicitur Stravo; casale, quod dicitur Pravicaresta* (l. Pravi Caresta) .. *domus, quae dicitur Platon; casale, quod dicitur Caresta .. ecclesias, quas habet in castro Christopoli..* Situm Chrysopoleos in maris litore testatur Guilielmus Tyrius 22, 13. (Gesta dei per Francos ed. Bongars.): *Sed et galeas alias a prioribus circa Chrysopolim, urbem Macedoniae, dicuntur reperisse* (piratae Latini, Graecis infensi ob caedem populaium ab Andronico Cpoli patratam anno 1181). De situ Christopoleos item maritimo nota sunt omnia, coll. nostro libro pag. 71. nota 59. Chrysopolin autem et Christopolin maxime vicinas fuisse, nullus equidem dubito, et sic quidem, ut Chrysopolin ex occidente Christopoleos ponendam existimem. Harum igitur urbium alterutra eligi poterit ad emendandam formam Beniaminis depravatam קניטהולי. Aut enim leges קרישופולי (*Chrysopoli*, aut קרישתופולי (*Christopoli*).

His praemissis, de Amphipoli atque Eïone Thraciae vi-

*) Macedoniam veteris sensus, Thessalonicam et Thessaliam medio aevo dictam.

**) I. e. *Romania* Byzantinorum.

deamus, quas docti quidam, id quod vix credibile, unas easdemque esse putarunt, deinde cum Christopoli Chrysopolique easdem confuderunt.

Confusio Amphipoleos et Chrysopoleos. Ansam erroris praebuit *Index urbium, quae nomen ultimo mutarunt* (ad calcem Codini de officiis aulae Byzantinae pag. 404. ed. Paris.): *Ἀμφίπολις, ἥ νῦν Χρυσόπολις.* Praeierat Tzetza ad Lycophronem v. 417—420. (ed. Müller. pag. 589.): *Ἡ Ἠϊὼν ἥ ἡ Χρυσόπολις, ἥ Ἀμφίπολις, πόλις τοῦ Στρυμόνος* (*Eïon, quae Chrysopolis est, aut Amphipolis..*). Talia commenta Britanni Francique repetunt, ut taceam de popularibus. Clarkius in travels II, 3. pag. 399 (ed. mai.): *The name of Chrysopolis was still retained in the sixteenth century. Belon mentions its ruins at the mouth of the Strymon; and he says the peasants called them Chrysopoli* (Belon, les observations de plusieurs singularitez etc. Paris. 1555. fol. 55[b]). Belonium aliosque aperte refutant scriptores historiae Byzantinae. Scylitza pag. 866. ed. Paris.: *Τῆς δὲ ἀγγελίας καταλαβούσης τὸν βασιλέα, προστάξει αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται* (Basilacius rebellis, fine seculi XI) *ἔγγιστα τῆς Χρυσοπόλεως.* Iamque de eadem plane re videatur Anna Comnena libro I. pag. 22. ed. Paris. (coll. Nicephoro Bryennio 4, 28.): *Οἱ δὲ πρὸς τοῦ βασιλέως πεμφθέντες, μεταξὺ Φιλίππων καὶ Ἀμφιπόλεως τῷῳ πατρὶ* (Alexio I.) *συναντήσαντες, τὰς περὶ αὐτοῦ ἐγγράφους προστάξεις βασιλικὰς αὐτῷ ἐγχειρίσαντες, παραλαβόντες τὸν Βασιλάκιον περί τι χωρίον, Χλεμπίναν* (Niceph. Bryenn. l. c. *Χεμπίναν*) *καλούμενον, ἀπαγαγόντες, ἐγγὺς τῆς ἐν αὐτῷ πηγῆς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐξορύττουσιν. Ἐξ οὗ καὶ μέχρι τῆς δεῦρο ἡ πηγὴ Βασιλακίου κέκληται.* His addo Michaelem Glycam in imperatorum libro IV. (pag. 617. ed. Bonn.): *Κατ' αὐτὴν τὴν Χρυσούπολιν ἐκτυφλοῦσιν αὐτὸν* (Basilacium), *ὡς ἔκ-*

ποτε τὸν τόπον ἐκεῖνον τὴν βρύσιν τοῦ Βασιλακίου λέγεσθαι.*)

Habes clarum Amphipoleos et Chrysopoleos discrimen, coll. simul locis scriptorum Latinorum allatis p. 500.

Confusio Amphipoleos et Christopoleos. Utriusque discrimen nemo negabit, qui geographiam medii aevi vel summis labiis degustavit. Videatur, quod sufficiet, Cantacuzenus in indice editionis Bonnensis s. vv. *Amphipolis* et *Christopolis*. Adde Eiusdem locum modo afferendum.

Confusio Amphipoleos atque Eïonis, coll. Tzetza supra allato. Post Kutzenium **) harum literarum intelligentibus nil aliud admonitionis admoveo, quam insignem Cantacuzeni locum 4, 17.: Ὁδοῦ δὲ πάρεργον καὶ τῆς Ἠϊόνος, πόλεως παραλίου κατὰ τὴν Θρᾴκην, ἣ νῦν Ἀναχτορόπολις καλεῖται, τῶν τειχῶν ἀπεπειρᾶτο, ἧς ἦρχεν Ἀλέξιός τις .. ὃς .. οὐ τὴν Ἠϊόνα μόνον δὴ ταύτην ἑαυτῷ περιεποίησε κρατήσας, ἀλλὰ καὶ Χριστούπολιν ἑκάκου .. καὶ Θασίοις καὶ Λημνίοις λυπηρὸς ἦν .. Δι' ἃ βασιλεὺς καταπλέων ἐπέθετο τῇ Ἠϊόνι .. Βασιλεὺς δὲ ἐχώρει τὴν εἰς Θεσσαλονίκην, ἐκ τῆς Ἠϊόνος ἅρας, καὶ τὴν νύκτα ἐκείνην ὡρμίσατο ἐπ' ἀγκυρῶν Ἀμφιπόλεως ἐγγύς.

Abidus] Montanus: *Aabidos*. Urbs aevi veteris mediique clara, *Abydus*, litori Asiatico Hellesponti imposita,

---

*) Chlempinam (Chempinam) supra Chrysopolin sitam statuo, in descensu puto montium. Fons esse poterit caput rivi cujusdam amoeni, cujus laudes habet Cousinerius in itinerario Maced. Vol. II. pag. 116. Extatque ibi locorum secundum Cousinerium locus *Vaslac*, voci Byzantinae *Basilacii* valde similis. Postremo inter Philippos Neapolinque (s. Christopolin s. Chrysopolin) tabula Peutingeriana locum habet nomine *Fons Co*, textu, ut apparet, corrupto, cujus medelam nemo doctorum tentavit.

**) De Atheniensium imperio Cimonis atque Periclis tempore constituto p. I sqq. Amphipoleos, Eïonis et Neapoleos geographiam in via Egnatia uberius tractabo.

Sesto Europeae opposita. Ad eam tribus diebus, per mare puto, nisi toto itinere, tamen per partem venit Hispanus; namque inter Christopolin (Caválam) Abydumque terra continenti per Thraciam est iter sex dierum vel amplius. Ab urbe Abydo itinere quinque dierum terrestri Beniamin Cpolin delatus est, populares Asiaticos visitans; quod cur rideat Constantinus, equidem non perspicio. Alii Cpolin ex Abydo per terram continentem proficiscuntur, Asiam peragrantes; alii per Hellespontum et Propontidem, via breviori.

## CONSTANTINOPOLIS. *)

*Hinc tridui spatio ad Abidum civitatem in littore sitam conficitur iter: unde ulterius inter montes quinque dierum iter est magnam usque Constantinopolin. Quae regni caput est in universa ditione Graecorum, quos Graecianos vocant: regiaque est imperatoris Emanuelis, cujus imperio parent reges duodecim; quibus singulis suum est Constantinopoli palatium. Turres habent et urbes, dominiumque in totam terram obtinent, quorum caput rex. Primo nomen Praepositus magnus; secundo Μέγας δομεστιχὸς sive domesticus major; tertio dominus; quarto Μέγας δοῦκας sive magnus Dux; quinto Οἰκονόμος μέγας, id est, magnus oeconomus: reliquaque illorum nomina hisce sunt similia.*

*Caeterum Constantinopolis in circuitu octodecim patet milliaria, idque ea ratione, ut medietas una mari alluatur, altera vero in continenti haereat: imminetque duobus maris brachiis, quorum unum e Russiae, alterum ex Hispa-*

*) Hebraica repetere nolui. Ubi textus emendandus videbitur, suo loco per me emendabitur.

*niarum mari oritur. Huc etiam cujusvis generis mercatores conveniunt e Babylonia totaque Mesopotamia, Media, Persia, totoque Aegypti regno, Cananaea, regno Russiae, Hungaria, Pesiinki et Buria, Lombardia denique et Hispania.*

*Hic ingens hominum strepitus, quum eo negotiationis ergo ex omnibus regionibus conveniant, qua mari, qua terra: adeo, ut huic urbi nulla, excepta maxima Ismaelitarum civitate Bagded, par uspiam reperiatur.*

*Hic etiam templum Sophiae, et Graecorum Papa; quia religioni Papae Romani non consentiunt. Fana ibidem dies anni numero aequant. Et tam ingens est, ut ratio iniri nequeat, pecuniae summa, quam eo quotannis ex utraque regione, arcibus munitisque locis illius ditionis conferunt, ut in nullis totius orbis templis tantae divitiae reperiantur. In medio templo conspiciuntur aureae et argenteae columnae, aureaque ac argentea candelabra plura, quam quisquam dinumerare possit.*

*Est quoque locus, in quo se oblectare rex solet, isque aulae muro proximus, dictus hippodromus: ubi rex quotannis die natalitio Iesu Nazareni magnum edit spectaculum. Nam in isto loco coram rege et regina omnia hominum totius mundi genera suis imaginibus exhibentur quolibet praestigiarum genere. Producere etiam solent leones, ursos, pardos atque onagros, quos emittunt, ut inter se concertent; ut et aves. Nec ullibi par visitur spectaculum.*

*Ipse autem rex Emanuel in regiam suam magnum in littore aedificavit palatium, praeter illud a majoribus extructum: idque Blachernas vocavit: et columnas ac earum ornamenta auro et argento probato obduxit; iisque cum bella ab antiquis, antequam nasceretur, gesta, tum, quae ipse gesserat, insculpsit. Ibidem solium suum ex auro et gemmis paravit: solioque aurea corona ex aurea catena impendet, aequali cum inferiori sedili ambitu. In ista mar-*

*garitae, quarum pretium nemo facile aestimet: etenim noctu nullis ibi lucernis opus habent, siquidem omnes margaritarum luce fruantur, quae ipsos admodum illuminant. Sunt et alia, quae nemo recensere facile queat. Atque eo annuatim e tota Graecia omnia tributa inferunt, ut turres inde impleantur; cum vestibus sericis et purpureis, tum etiam auro. Nec structura, nec divitiae tantae in ulla regione reperiuntur.*

*Ipsius civitatis tributum singulis diebus viginti aureorum millia conficere ajunt, cum ex locatione tabernarum, tum ex foris venalitiis et mercatorum vectigalibus, qui mari ac terra eo confluunt.*

*Porro regionis incolae Graeci sunt divites, cum auro, tum margaritis abundantes: ideoque vestibus incedunt sericis, quibus alias ocellatas auro intextas et acupictas superinduunt. Ita equis vecti regum filiis videntur persimiles.*

*Regia latissime patet, praestantissimis omne genus fructibus dives; pane etiam, carne et vino plenissima: nec illorum divitiis pares est invenire in orbe universo. Sunt etiam in omnibus Graecorum libris versatissimi, comedentes et bibentes quisque sub vite et ficu sua. Atque ex omnibus gentium nationibus, quas Barbaras vocant, milites conducunt, qui cum Sultano, rege Togarmanorum, quos Turcas dicunt, praelia ineant: quia nullo animi ardore ad praeliandum imbuti, mulieribus habentur similes, quum viribus ad retundendum hostem destituantur.*

*In ipsa urbe nulli sunt inter illos Iudaei, quia trans aquarum ingentem alveum ablegati sunt; et maris Sophiae brachium ipsos cingit a parte altera, et nonnisi via maris egredi permittuntur, ut mercaturam cum civitatis incolis exerceant. Illic ferme bis mille Iudaei, iique magistrorum doctrinae observatores; alii quoque discreti quingenti, iique Karaïtae: inter quos et priores sapientum discipulos est intergerinus paries. Horum primores sunt magnus R. Abta-*

*lion, R. Obadias, R. Aaron Cuspus, R. Ioseph Schargi-nus et R. Eliakim, synagogae moderator. In iis artifices sericarum vestium, multi mercatores hominesque ditissimi. Sed ibi Iudaeo fas non est, ut equo vehatur, excepto R. Salomone Aegyptio, regis medico: cujus opera Iudaei magnum in suo exilio experiuntur levamen: gravi enim in exilio versantur, magnumque sustinent odium coriariorum, qui pelles praeparant, adeoque conspurcatam suam aquam in plateis ante illorum portas effundunt, et Iudaeos inquinant. Similiter Graecis omnes Iudaei invisi sunt, nullo bonorum et malorum discrimine: siquidem contra Iudaeos mundum concitant, eos in plateis verberant, et dura premunt servitute. At Iudaei opibus abundantes viri boni sunt, benignitatis et praeceptorum observantes, qui exilium aequo animo ferunt. Loco, ubi Iudaei habitant, nomen Pera.*

*Inde bidui itinere maritimo distat Rodoston: ubi Israëliticus coetus quadringentorum ferme; quorum primates R. Moses, R. Abia et R. Iacob. Unde duabus stationibus Gallipolin veni, ubi ducenti fere Iudaei: primores R. Elias procurator, R. Schabtaeus parvus et R. Isaac μέγας: Graecis turris (potius magnus) vocatur μέγας. Postea itinere bidui Calas: Iudaeosque fere quinquaginta inveni, quibus praeerant R. Iuda, R. Iacob et Rab. Schemaja. Hinc biduo Mitylenen devenitur, unam ex maris insulis: in qua decem locis Iudaei suas habent synagogas.*

---

## COMMENTARIUS.

**Constantinopolin]** Ebraica: קושטנדינה (*Costandina*). In his ד falsum est loco ט. Et initio vocis deesse videtur נ inter ו et ש. Quanquam Franco-Gallorum unus et alter eodem plane aevo literam *n* in voce nostra omisere. Videatur Chronique métrique de Philippe Mouskes

pag. 382. ed. Buchon.: *Autresi de Coustantinoble, L'empérial, la cité noble* etc. Ibid. p. 383.: *Pour garder l'empire de Grese, Quar Coustantinoble ert remesse A Baudouin* etc. Vide idem poema pag. 387. 392. 393. 400. 402. Ibidem p. 390. occurrit forma *Costantinoble*. Adde librum: Chanson de Roland ed. Franc. Michel. Paris 1837., stropha 169, 18.; ubi occurrit forma *Costentinoble*. Formam *Costantine* pro *Constantine* habes in Travels of Charlemagne, an anglo-norman poem of the XII century, ed. Fr. Michel, pag. 15, 366.

Graecianos] Ebraica Constantini: גירזאינוס. Monstrum typothetarum s. Constantini somnoleuti. Edi saltem debebat גריגיאנוש, ubi posterius ג respondet literae *g* in Hispanico *Griego*, unde Theotiscum *Grieche*. Ultima vero (וס) hispanice sonant; unde ego malim גריאגוס (*Griegos*).

Reges duodecim] Hos imperatori Byzantino parere dicit, colore dicendi petito, sic arbitror, ex XII tribubus Israel; ni forte numerus duodenarius Byzantinae cuidam traditioni vel superstitioni respondet, cujus tamen vestigia alibi nondum deprehendi. Certe in aulae Byzantinae officiis similia de hoc numero non vidi. Quomodo vero hi reges intelligendi sint, id e sequentibus optime apparebit, ubi nomina dignitatis eorum narrantur. Significantur majores aliquot magistratus imperii Byzantini, cum ecclesiastici, tum seculares. Primo videamus de eorum palatiis; dein de eorum imperio, s. potestate; postremo de nominibus.

Palatia sua in urbe regia habuisse, nullus equidem dubito; quanquam mihi non liquet, num habitaverint aedificia (palatia) publica, ut hodie magistratus majores Turcarum, an privata. De palatiis Cpoleos imperatoriis v. Du Cangium in in Cpoli Christiana libro II. cap. IV. V.

Deinde si reges dicit, iisque palatia assignat, hinc consectaneum erat, eosdem totius terrae dominos praedicare; non

quidem imperii Byzantini (ei praeerat Manuel imperator), sed totius orbis terrarum. Talia Hispano narraverat vaniloquentia popularium ebraicorum ibi degentium aliorumque mercatorum Christianorum. Quid? quod imperante Manuele omnium fere civitatum exterarum legati in urbem Cpolin confluebant; id quod Graeci jure quodam ita interpretabantur, ut exteras gentes (Turcicas et Christianas) imperatori se subdere gloriarentur. De his repeto memorabilem Eustathii locum, quem supra edidi pag. 418.: *Ἢ τί ποτε ἄλλο παθόντες οἱ πανταχοῦ γῆς διεσπαρμένοι περίκλυτοι ἀρχηγοὶ ἀεὶ στέλλονται παρ' ἡμᾶς, καὶ τὰς ἑαυτῶν διασπορὰς ἐνταῦθα συνάγουσι, χεῖλος μὲν ὄντες οὐχ ἕν, οὐδὲ γλῶσσα μία, συμπνοίᾳ δὲ νοερᾷ ταὐτὸν ἐννοοῦντες καὶ φρονοῦντες ἀλλήλοις, καὶ εἰδότες, τίνα δεσπότην μετὰ θεὸν ἕνα καὶ μόνον ἐπιγράφονται, καὶ οὕτω λαμπροῖς θριάμβοις ἑαυτοὺς διδόντες, καὶ τὴν κατὰ πάντων καὶ ἔνθεον νίκην σοὶ* (Manuel imperator) *ἐπιμαρτυρόμενοι*; Non aliter Byzantini interpretabantur sultani Turcici, Kilidsch-Arslan, iter Cpolitanum, coll. Eustathio supra edito pag. 417. 418. Adde Eundem in Opusculis a me editis pag. 201, 24 sqq.; ubi eadem occurrit talium legationum interpretatio Byzantina. Neque aliter de Byzantino Turcici sultani itinere Cinnamus judicat 5, 3. pag. 204 sq. ed. Bonn.

In dignitatum nominumque enumeratione Hispanus parcus est, et dignitatibus secularibus immiscet unam clericalem, magni Oeconomi, de qua videatur Du Cangius in *Οἰκονόμος μέγας*. Reliqua munera sunt secularia. Tertio eorum loco collocat *Dominum*, qui idem esse poterit quod *Δεσπότης*, sc. primum omnium officiorum aulicorum. De hoc legatur Codinus offic. p. 17. ed. Paris., ubi (p. 36 sqq.) alius auctiorque index occurrit. Adde Du Cangium in *Δεσπότης*. Primo loco memorat *Praepositum magnum* (אפריפוס), cujus nominis ℵ initiale illustrat Constantinus. Is magistratus (*πραι-*

πόσιτος), sive Praepositus sacri cubiculi, erat dignitas perillustris, ut quae praefectoriam haberet dignitatem, et similem gradum ac praefectus praetorio, praefectus urbis et magister militum praesentum. V. Du Cangium in *Πραιπόσιτος* et *Praepositus*. Sequitur apud Beniaminem *Magnus domesticus*, i. e. dux summus exercituum terrestrium (Du Cang. in *Δομέστικος*); deinde *Μέγας δοῦκας*, s. dux summus classis maritimae (Du Cang. s. v.).

Octodecim milliaria] Ambitum Cpoleos Christianae scriptores varie tradunt. Vide Gyllium in topographia Cpolitana I, 5. Adde Iosephum de Hammer in libro: Constantinopolis und der Bosporos I, 57 sqq.

Mari] Significatur Propontis. Omittuntur sinus Ceratinus et Bosporus Thracicus, ut aquae minores.

Pesiinki] Ebraica: פסיונקי. Aria Montanus: *Psianki*. Scribe lenissima mutatione פסינקי (*Pasinaci*, s. *Pazinaci*), omissa altera litera י. Sunt *Petschenegri*, Byzantinorum scriptorum *Patzinacitae*. De horum sedibus videatur Stritterus in Memorr. II. 1042. III. 566. 567. 575. 576. Idem eorum historiam illustrat III. 773—932. — *Buria* (בוריא) est corruptum e *Bulgaria* (בולגריא vel בוגריא). Certe apud Franco-Gallos medii aevi Bulgari audiunt *Bougres*, eorum terra *Bougrie*, omissa littera *l*. Vide Godofredum de Ville Hardouin in Chronico p. 80. rell. ed. Buchon. Bulgarorum et Hungarorum mercaturam Byzantinam, medio aevo exercitam, attigit Hüllmannus in Geschichte des Byz. Handels pag. 73 sq. Adde Nos supra pag. 222 sq.

Fana] Ecclesias Cpolitanas egregie illustravit Du Cangius in Cpoli Christiana. Ebraeus non mentitur, immo modestus est. In urbe Cpoli ecclesiae, monasteria et alia sacella amplius erant CCCLXV. Quodsi vero pro ebraico במות cum Constantino legis בבות (*portae*), veterem fabu-

lam habebis, templum Sophiae tot habere portas, quot sunt dies anni. Et hoc probandum videtur.

Candelabra] S. Sophiae lucernas fere innumeras non praetermittit Du Cangius in S. Sophia c. 48. De Turcicae Sophiae candelabris v. Josephum de Hammer in libro: Constantinopolis etc. I. 364 sq. Aurum et gemmas S. Sophiae attigit Du Cangius l. c. cap. 53 sqq. Varia donativa summi pretii, undequaque oblata, Sanctam Sophiam prae aliis ecclesiis ornasse, per se probabile est, quanquam haec Du Cangius omisit in sua S. Sophia.

Hippodromus] Eum illustrat Du Cangius in Cpoli Christiana II, I. Nunc dicitur *At Meidan*, coll. Iosepho de Hammer in libro: Constantinopolis und der Bosporos I. 128 —149. Huic campo ea spectacula assigno, quae Manuel imperator Turcarum imperatori, Kilidsch-Arslan, Cpolin adeunti, a. 1159 edidit (Wilken, Comnen. pag. 588.) De hoc Turcae itinere Cpolitano v. quoque Eustathium a me editum cap. 16 (pag. 417 hujus libri). Hos ludos Ebraeus tribuit festo Iesu Christi natalitio, incertum, quo usus teste. Certe apud Constantinum Porphyrogenitum (in libro de cerimoniis) et Codinum (de officiis) talia legere non memini; et habet, si quid video, narratio Beniaminis aliquid cavillationis atque irrisionis, quae sacra Christiana tangere videtur. Quanquam Byzantini, ut veteres Graeci, ludicra seriis miscebant; quae mixtio eam ludorum pomparumque partem spectare poterat, quae agebatur sub dio, non in Palatio, coll. Hammero in Constantinopoli I. 149. De Iesu Christi natalitiis in Palatio Cpolitano actis vide Codinum l. c. c. VI. ibique Goarum.

Palatium] Hispanus duo Byzantii palatia potiora s. primaria rite distinguit, Palatium *κατ' ἐξοχήν*, et Blachernas. Posteriores aedes Manuel ita auxit et muniit, ut earum conditor dici posset, coll. du Cangio in Cpli Christiana libro II. cap. V. Adde Hammerum in Constantinopoli I. 204. Imagines ab Hispano memoratas in Palatio collocat Cinnamus IV, 14

(p. 171. ed. Bonn.), in Blachernis et Palatio *) Nicetas (in Manuele Comn. VII, 3): et hic quidem earum formam et materiem breviter delineat. His scriptoribus alium addo, paulo vetustiorem, Eustathium a me editum (supra pag. 419. cap. 18.), ubi sermo est de imaginibus, quas Manuel imperator in palatio suo Cpolitano (Hispanus Blachernas dicit) efformari jussit propter victorias suas, de Neemano, Serborum zupano, reportatas. De ultimis, unde historia Serbica aliquid augmenti nanciscitur, vide quoque Cinnamum 6, 11. ibique Du Cangium.

Solium suum] Manuelis imperatoris thronum pretiosissimum, cum Turcarum Iconiensium sultanus Cpolin venisset, reliquumque ornatum imperatorium exponit Cinnam. 5, 3. Quae Ebraeus de gemmis narrat, tenebras nocturnas fulgore suo illuminantibus, ea mercatorem spirant, cui numi gemmaeque noctem suam ita quasi collustrant, ut inde dies clarissima emergat.

Cum vestibus sericis] Ebraeos sericorum textores supra habuimus pag. 487.

Regio.. praestantissimis fructibus..] Constantinus male: *Regia*. Agrum Cpolitanum egregie illustravit Iosephus de Hammer in libro: Constantinopolis I. 1—56.

Versatissimi] De schola Byzantina videatur Augustus Bernhardius in *Grundriss d. griech. Literatur* I. 472 sqq. Studia Thessalonicensium literaria nos attigimus pag. 93 sqq. Alia quandoque dabimus, ubi de vita studiisque Eustathii Thessalonicensis agemus.

Milites .. Turcas] Turcas, non alios hostes Byzantini regni, recte memorat. Isti enim cum alio tempore Graecis infesti erant, tum eo, quum occidens minus turbidus esset, et cum Graecis fere in gratiam redisset; quod factum est parte posteriori vitae Manuelis Comneni. Turcae, Ico-

*) Palatium illustravit Du Cangius l. c. libro II. cap. 4. Adde Hammerum l. c. pag. 194.

nienses dico, numquam quievere, honoresque Kilidsch-Arslano, eorum sultano, cum Cpolin adiisset, a Graecorum imperatore collati (pag. 508.), parum fecere ad pacem firmandam. Nihilominus Graeci de bellis suis Turcicis jure quodam suo gloriari poterant, coll. Eustathio, quem supra edidi pag. 401 sqq. Ubi legas velim capp. 4. 5. 14. — Militibus barbarorum conductitiis exercitum imperatorum Byzantinorum constitisse, bene addit Hispanus. Isti erant Alani potissimum, Russi, Chazari, Patzinacitae, alii: in aula imperatoria Barangi, Bardariotae, alii. Hellenes (Helladici) in re Byzantinorum militari rarissime memorantur, eosque copiis maximopere nauticis adscripserim; ut vel hodie, post regnum quoddam Graecorum restauratum, magna pars nauticorum Sultani militum Graeci esse feruntur. Barbaris primo loco memoratis addere debeo Bulgaros, Cumanos, Sclavinos, Vlachos (hos omnes in legionibus Byzantinorum Thracicis et Macedonicis invenisse mihi videor); quamquam incertum mihi est, hine barbari mercede conducti libereque et ad tempus militaverint (erant Graecis tum utcunque subjecti), an stipendia diuturna et coacta meruerint. Vernaculam domesticamque Byzantii militiam deinceps videbimus. Postremo hanc Byzantinae militiae conditionem nemo mirabitur, qui statum regni diligentius ponderaverit. In eo scilicet ante imperatores iconoclastas et post summa potestas inter imperatorem clerumque, maximopere monachos, divisa fuit; ut, qui Byzantinorum imperium civitatem monasticam dixerit, a vero non aberrasse videatur. Quid vero ex istis cleri praerogativis et privilegiis sequebatur? Crescebat cum monasteriis aliisque sacellis numerus clericorum. Ita evenit, ut major juventutis pars in aedes sacras se abderet, ibique militiam quandam umbratilem atque amoenam quidem militaret, reipublicae vero perniciosam; de qua calamitate vide libere ingenueque lugentem Eustathium multis Opusculorum a me editorum locis, coll. indice rerum pag. 399 — 402. In hac potissimum lue monasti-

ca princeps omnium causa quaerenda est, quare Byzantini imperatores e solis fere extraneis copias suas terrestres conflaverint. Neque jam mirum cui videbitur, quod eo die, quo Byzantium in Turcarum manus venit (29 Maii a. 1453), numerus militum, urbem defendentium, fere minor fuisse traditur, quam ecclesiarum et monasteriorum ejusdem regiae civitatis et agri vicini.

Imbelles] E Byzantio, incolis semper fere abundanti, copias militares satis magnas Graecorum imperatores contrahere poterant. Sed eae raro memorantur in exercitibus Byzantinis; unde simul exigua earum utilitas consequi videtur. Afferam unum alterumque veterum scriptorum testimonium. Cedrenus pag. 711. ed. Paris.: *Καὶ μίαν μὲν μερίδα τοῖς συμμαχοῦσι Ῥὼς* (Russis mercenariis), *ἑτέραν δὲ Ῥωμαίοις, καὶ ἄλλην ἑαυτῷ παρακατασχὼν, ἐχώρει προσωτέρω.* Ibid. pag. 852.: *Στράτευμα .. συγκείμενον ἔκ τε Μακεδόνων καὶ Ῥωμαίων καὶ Φράγγων.* Ibid. pag. 865.: *Συναγηοχὼς δὲ στρατιὰν ἀξιόλογον ἔκ τε Φράγγων καὶ Βουλγάρων, Ῥωμαίων τε καὶ Ἀρβανιτῶν . .* Zonaras 18, 20.: *Σύμμικτον πλῆθος ἐκ Θρᾳκῶν τε καὶ Μακεδόνων καὶ Ῥωμαίων ἄλλων καὶ βαρβάρων συνεστηκός.* Ii *Ῥωμαῖοι* (Romani) quinam fuerint, non difficile erit intellectu. Hellenes non fuere, cum Byzantini scriptores Helladis terram ejusque incolas (Graecos veteris sensus) et imperium Romanum (i. e. Byzantinum) semper distinguant, coll. Nobis p. 221. Unde ego vix errabo, si has copias scriptorum Byzantinorum Graecas (Romanas) fere soli Constantinopoli vicinisque urbibus maritimis tribuero. Adde Cantacuzenum 3, 41. 68.; ubi copiae Byzantii urbis juxta Thracicas memorantur. Verum de militia Byzantinorum satis dictum est ad illustrandam et confirmandam Hispanici scriptoris narrationem. Totam quaestionem uberius tum persequar, quum gravissimas mutationes illustrabo, quas geographia Byzantinorum politica pas-

sa est, postquam Bulgari stabiles in Europa sedes fixerant.

Exilium] Captivitatem sive exilium Iudaei vitam suam dicunt, quam patria eversa et amissa exteris gentibus interspersi agunt. Hinc lux oboritur alii loco Hispani nostri, quo sermonem habet de Iudaeis Thessalonicae exulantibus (pag. 497.); ubi istam vocem fere abundare dixi. Iam quod Iudaeus copiose narrat de vexationibus et cavillationibus Christianorum, quibus populares ipsius obnoxii erant in urbe regia, id magnam (si quid aliud) veri speciem prae se fert, atque ingenio istorum Graecorum bene respondet, qui sc. viros fortes, potentes, nobiles timebant, immo etiam reverebantur; inermes vero, et qui essent aliorum auxilio destituti, pueriliter vexabant. Quosnam populos primo loco oderant ista mancipia ecclesiae, quam dicunt, orthodoxae? Non gentes Latini ritus, sed Turcas. Num vero Venetos, Pisanos, Genuenses, Cpoli (sc. Perae Galataeque) magno numero habitantes, ita tractare solebant, ut Ebraeos? Non alio, inquam, tempore, quam eo, quo ipsis per imperatores suos adversus Francos grassari licebat. Istique inquilini erant viri fortes, patriam habentes, ipsos, si opus esset, defensuram. Primo odii loco veniebant Ismaelitae (Turcae). De horum vexationibus Cpolitanis nil equidem legi; id quod nemo mirabitur, qui istam Turcicae historiae partem non summis labris attigerit. Vicinus erat, immo imminebat, Turcarum Iconiensium sultanus, Kilidsch-Arslan, princeps non plane contemnendus, qui popularibus nisi amplam, tamen tutam et honestam sedem Cpoli procurare valebat. Secundo loco veniebant Latini. Tertium minimumque odii gradum, si sacra spectes, Ebraei habebant. Nihilominus ut inermes, nullius regis vel reipublicae tutela gaudentes, velut alibi vexabantur. *)

*) De ordine istius odii a nobis statuto vide Nos in Prolegomenis p. XVII.; ubi etiam synagogam Turcis medio aevo

De Pera, Byzantii nobilissimo suburbio, adi Du Cangium l. c. 4, 10, 2. Hammerum l. c. II., 111 sqq.

Rodoston] רודוסטו. Ob mensuras in sequenti parte itineris (inter Cpolin et extrema Chersonesi Thracicae prope Sestum) Iudaeum notat Constantinus. Quidni meliora ipse substituit ex Meliensi Antonio, quae legimus apud Leunclavium in Pandecte rerum Turcicarum pag. 411. ed. Paris.? Ea Nos apponemus (intervalla sunt inverso ordine designata): *A Rumeliae vel Romaniae Graeciaeve castello, quod extremum est in Europa propter Hellesponti angustias, ad arces faucium sive Dardanellos, milliaria Graeca sunt* 18. *A Dardanellis Maïtum usque M.* 3. *A Maïto Chiridocastrum M.* 2. *Chiridocastro Calliupolim M.* 22. *Calliupoli Hexamilium M.* 6. *Hexamilio ad S. Georgii promontorium M.* 6. *A S. Georgio Peristasin M.* 6. *Peristasi Arachlizam M.* 7 *Arachliza Myriophytum M.* 7. *Myriophyto Coram M.* 6. *Cora Gainum M.* 4. *Gaino Rhodostum M.* 25. *Rhodosto Arachleam M.* 30. *Arachlea Silyvream M.* 20. *Silyvrea ad Pontem Grandem M.* 15. *A Ponte Grandi ad Pontem Parvum M.* 10. *A Ponte Parvo ad S. Stephanum M.* 10. *A S. Stephano ad Heptapyrgium* (VII turres Cpolit.) *M.* 5. Iudaeus dicere debebat, bidui triduive itinere *terrestri* (non maritimo, quod multo brevius) Cpoli veniri Rodostum, coll. Hadschi Chalfa in Rumelia et Bosnia pag. 61. Clarke travels (ed. IV. formae octonae) Vol. 8. pag. 459. *Turkmale* (a Rodosto) 6 *hours*. *Eski Eregli* $3\frac{1}{2}$. *Selivria* 3. *Crevatis* 2. *Bûyûk Tchekmadjeh* 4. *Kûtchûk Tchekmadjeh* 3. *Constantinople* 3. Dein Rodosto Gallipolin venitur uno die et dimidio, eodemque fere tempore Sestum et Maïtum (Ma-

---

in urbe Cpoli concessam attigimus. Synagogam suam Ebraei quoque eodem tempore ibi habebant. V. Du Cangium l. c. De eorum fatis Cpolitanis nil fere apud Iostium invenio in historia Israelitarum (Berol. 1820 sqq. IX Voll.).

dytum). Verum talia in Hispani libro secundarii momenti sunt. Rodostus autem est Graecorum urbs maritima, Ῥαιδεστος (Bisanthe Thracum), ad Propontidem, coll. Wesseling. ad Antonini itiner. pag. 176. 332. Adde Tzschuckii notas exegeticas ad Pomponium Melam 2, 2, 6. Gallipolis, ad fauces Hellesponti boreales, est *Καλλίου πόλις*, Callipolis, coll. Wessel. l. c. p. 333.

Turris] Ea Montanum notant, qui haec habet: *Significat autem Migas turrim ea lingua, quae nunc Graecis materna est.* In hebraicis est מגדל (turris), quod a Constantino mutandum erat in גדול (magnus).

Calas] Hebraica: קלש. Significantur *Κοῖλα* aliorum, sc. sinus portusque quidam Hellesponti circa Sestum Madytumque (Maïto). Anna Comnena libro XIV. pag. 429. ed. Paris.: *Τοῖς λιμέσι Μαδύτου καὶ Κοίλων.* Nicetas in Manuele Comneno 5, 4 (pag. 209. ed. Bonn.): *Κατάγεται εἰς τὰ Κοῖλα, ταῦτα δὴ τὰ περὶ Σηστόν τε καὶ Ἄβυδον.* Apud Pomponium Melam 2, 2, 7. est *Coelos*, ubi v. Tzschuck. (III, 2, 19). Constantino significari videtur *Κύλλα* Ptolemaei (geogr. 3, 12.), quod eodem redit. Praeter Tzschuckium l. c. confer Michaelem Lequienium in Oriente Christ. I, 1121 sq. Wesseling. ad Hieroclem pag. 634. Turcice locus nunc dicitur *Kilia*.

Mitylenen] Sequentium insularum (Chii, Sami etc.) nomina faciunt, ut hoc nomen de Lesbi novitio nomine, Mitylene, intelligam, non de Mitylene, antiqua ejusdem metropoli. Et Lesbus diu ante Hispani iter Mitylene dicebatur. Theophanes continuatus libro IV (in Michaele, Theophili filio) cap. 30. pag. 194. ed. Bonn.: *Κατὰ τὴν νῆσον Μιτυλήνην.* Idem libro VI. (in Constantino Porphyrogenito) cap. 3. pag. 438.: *Ἀπὸ δὲ Προικοννήσου εἰς Ῥόδον, ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Μιτυλήνην .. εἰς Τένεδον .. εἰς Σαμοθράκην* (relegabantur

quidam rebelles). *) Symeon Magister in Michaele et Theodora cap. 28. p. 668. ed. cit.: *Μιτυλήνην τὴν νῆσον*. Anna Comnena libro 7. p. 205 sq.: *Φώκαιαν εἷλε .. ἐξ ἐφόδου τὴν Μιτυλήνην κατέσχεν* (Tzachas Turca). *Ἐπειδὴ δ' ἡ Μήθυμνα, περὶ τὸ ἄκρον* (*τὸν ἄρκτον?*) *ταυτησὶ τῆς νήσου διακειμένη, οὐ προσεληλύθει, ὁ βασιλεὺς* (Alexius I.) .. *κατωχυρώσατο ταύτην* (Methymnam). Ubi urbem et insulam eodem nomine comprehendi vides. Nicetas in Manuele Comneno 2, 2 (p. 103. ed. Bonn.): *Εἶχε τοίνυν τὰς τριήρεις ἡ τῶν Φαιάκων πάραλος, ἣν διαμερίζονται πρὸς ἐνόρμισιν αἵ τε τῶν Βενετίκων συμμαχίδες νῆες καὶ αἱ Ῥωμαϊκαὶ αὐταὶ, ἵν' εἶεν οὕτως οἱ ναύσταθμοι τοῖς γένεσιν ἀμφοτέροις ἄμικτοι, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀναμὶξ ἀναστροφῆς ἄγευστοι διαφορῶν.* Horum verborum loco longe alia narrat codex Nicetae B (mixobarbarus), in quo libro inest alia historiae Nicetianae recensio, ab ipso Niceta profecta, vel saltem eodem aevo facta: *Φθάσας γοῦν ὁ στόλος περὶ τὸ μόλιβον* (l. *Μόλιβον*), *ἐν γῆ* (l. *γῇ*) *μιτυλήνης* (l. *Μιτυλήνης*), *διαμερίζονται τὰ τῶν Βενετίκων κάτεργα εἰς λιμένα ἴδιον τὰ εἰς συμμαχίαν ἐλθόντα.* Ceterum Nicetas quoque secundum codicem modo allatum de insula Mitylene (Lesbo) loquitur, non de urbe. Namque Molibum (hodie *Molivo*), quod primus hic codex patefecit, non in agro urbis Mitylenae quaerendum est, sed procul ab eo, in septentrione insulae, prope Methymnae **)

---

*) Utrumque Theophanis continuati locum repetunt: Symeon Magister in Constantino Porphyrogenito cap. 2. (pag. 753. ed. cit.). Georgius Monachus in Constantino Porphyrog. cap. 3. (pag. 922).

**) Eius nomen antiquum deprehendo apud Annam Comnenam l. c. Cantacuzenus 2, 29.: *Ἐρεσσοῦ δὲ καὶ Μηθίμνης* (sic) *ἀπεπείρασαν μὲν κ. τ. λ.* Ducas cap. 45 (pag. 338. ed. Bonn.): *Καὶ δὴ ἐς Μήθυμναν ἐλθὼν* (Turca Ismael) *κ. τ. λ.* Ubi tamen *Μιτυλήνην* legendum esse, Ducae coaevus interpres italicus docet (pag. 508. ed. cit.): *Ha-*

vestigia, Lecto et Polymedio, Asiae promontoriis, oppositae. De Nicetae loco vide nos uberiora tentantes in fine. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 5, 26.: *Χίῳ .. Λήμνῳ .. Μιτυλήνῃ ..* Alii scriptores Byzantini antiquo Lesbi nomine utuntur. Io. Cinnamus 6, 10. 7, 2. Nicephorus Gregoras 6, 10. 9, 9. 11, 1. 2. 14, 3. 5. Cantacuzenus 1, 51. 2, 29. 30. 31. 3, 56. 63. 4, 45. Ducas cap. 7. 13. 44. Georgius Phrantzes 1, 32. 2, 17. 18. 4, 20. Laonicus Chalcondylas libro X. pag. 279. 280. ed. Paris.

Urbs Mitylene nomen suum nunquam deposuisse videtur, quod in alia quoque Lesbi urbe, Ereso s. Eresso, deprehendi. Videatur Novella Leonis Sap. imperatoris de thronis (Leunclavii Ius Graeco-Rom. Vol. I. pag. 100.): *ν* (50): *Τῷ Μιτυλήνης Λέσβου* (subsunt seqq. episcopi)· *ὁ Ἐρισσοῦ* (in margine: *γρ. Ἱερεσσοῦ*)· *ὁ Στροργύλης· ὁ Τενέδου· ὁ Βερβίνου· ο Περπερίνης· ὁ Μαρμαριτζάνων.* *) Anna

---

*vendo inteso el tyranno la preda delle insule, imponendo tutta la colpa al signor de Lesbo, fece grande armata contra lui, e con exercito de terra mandò Hismael capitaneo allo assedio de Mitilino.* Lesbus vix tum aliud castrum munitum habuit, quam Mitylenen.

*) In Leonis indice edi debebat *Ἱερεσσοῦ*, emendari vero *Ἱερισσοῦ* ex mente librarii, cui obversabatur *Ἱερισσος*, urbs montis Atho, de qua vide Nos pag. 63 sq. De Ereso supra dedi locum Cantacuzeni; nomen (Eresso) etiamnunc servat (Leake, Asia minor, ibique tab. geogr.). Strongylen Lyciae insulam invenio apud Plinium N. H. 5, 31 (35), unde emendabis Stephanum Byzantium s. v.: *Ἔστι καὶ ἄλλη* (Strongyle) *πρὸς τῇ Λύκτῳ* (Cretae); ubi legendum *Λυκίᾳ*. Sed Leonis index Aeolidem spectat, non Lyciam; quanquam ibi Strongylen nunc non invenio. Fuisse vero Aeolicam quoque Strongylen, ex insulis Siciliae Aeoliis conjicio, quarum una Strongyle dicebatur; quanquam religio Graecorum has insulas Aeolo adscribit, non Aeolicae coloniae. Berbinus me latet. Scribendumne *Περγάμου*? Perperene est in terra Aeolidis continenti, ex oriente Lesbi, e meridie Pergami, in Teuthrania regione (Leake l. c. ibique tab.

Comnena l. c. Nicephorus Gregoras 11, 1. 2. Cantacuzenus 2, 29. 30. 31. 4, 11. Ducas cap. 21. Adde Episcoporum Mitylenae subscriptiones apud Michaelem Lequienium in Oriente Christiano I. 953 sqq.

Mitylenes nomen nunc variis sonis formisque pronuntiatur. Videatur Plehnius in Lesbiacis pag. 85 sq. Hammer ad Hadschi Chalfam in Romel. et Bosnia pag. 196. Praeter Plehnium historiam Lesbiorum et geographiam explanavit Meletius in Geogr. ed. Gaz. Vol. III. pag. 209—212. Adde Mannertum in Geogr. der Griech. u. Römer VI, 3, 433 sqq. Urbem a Gallis *Castro* dici refert Plehn. l. c. Verum Graeci hodierni quasvis urbes *κάστρα* vocant, *πόλιν* vero solam Constantinopolin. De his videatur Du Cangius in *κάστρον*.

Absoluta nostra de Lesbo medii aevi narratione, ad Nicetae locum supra allatum recurrendum videtur.

Nicetas secundum textum receptum et codicem mixobarbarum, cujus minima pars ad nos venisse videtur, miram narrandi discrepantiam prae se fert. Nicetas vulgaris s. receptus Graecae Venetaeque classi, Corcyram missae, diversas ibi stationes assignatas narrat, ad vitandas utriusque gentis contentiones; quocum aliquantisper consentit Ioannes Cinnamus 3, 5 (p. 98. ed. Bonn.), qui simultatem quandam (*στάσιν*) inter Graecam Venetamque classem tum ortam narrat, quum Corcyram utraque oppugnaret. Aliter Nicetas secundum codicem B. Is utriusque classis diremtionem iam apud Lesbum ac-

---

geogr.). De Perperene, postea Theodosiopoli, vide Wesselingium ad Hieroclem p. 651. Mannert. Geogr. der Griech. u. Röm. VI, 3, 226. Nomen hodiernum ignoro. Marmaritzana ibidem locorum fuisse patet. Episcopum *Μαρμαριτζίων* invenio apud Georgium Pachymerem in Andronico Palaeologo 4, 33. Verum ista *Μαρμαρίτζια* Europae assignanda videntur; atque in magna nominum copia, quae hunc sonum habent in historia Byzantina, satius erit, aliorum conjecturas de Marmaritzanis nostris exspectare.

cidisse refert. Utrumque ita quidem conciliare poteris, ut Lesbi in itinere, Corcyrae in obsidione utramque classem separatam stationem habuisse dicas. Verum ora Phaeacum apud Nicetam receptum aliquid dubii movet. Nicetas voces quidem veteris Graecorum geographiae passim repetit, sed multo rarius aliis scriptoribus, atque ita, ut usum medii aevi interpretationis causa adjicere soleat. Ulterioris (epicae) antiquitatis formas alibi non admittit. Sic Phaeacum (Corcyraeorum) mentio frigere videtur. Quare non Corcyraeos dixit, imo *Κορφιώτας*, ut alibi? His rationibus motus codici B ta faveo, ut apud Nicetam *Φαιάκων* corruptum esse putem ex *Φωκαιέων*; quorum terra, Lesbo opposita e meridie, apud scriptores Byzantini imperii vergentis cum Lesbi historia saepe ungitur. Anna Comnena supra cit. p. 517. Nicephorus Gregoras 11, 1 (ubi occurrit *τὴν παραλίαν Φώκαιαν*). Ibidem cap. 2. Cantacuz. 2, 29. 31. 3, 63. 4, 11. Ducas cap. 17 (ubi distinguitur inter veterem et novam Phocaeam, coll. Cantacuz. 2, 13). Idem Ducas cap. 44. Nicetae igitur discrepantiam ita concilio, ut classis, cum in sinum Adramyttenum venisset, partim Lesbi, partim Phocaeae stationem habere jussa fuerit. Spectatur autem bellum Normannicum a. 1147 sqq., de quo vide Wilkenium in Comnenicis pag. 552 sqq.

# CAP. VI.

## CODEX BAROCCIANUS CXXXI.

Bodleiana Oxoniensium bibliotheca inter alios codices Baroccianos unum habet, nr. 131., formae quaternariae, foliorum circiter 550., lectu difficillimum, situ et vetustate valde corruptum. Tergo libri inscribitur: *Meletius, Tzetzes etc. Barocc.* 131. Legentium commodo egregie consultum video, quod hujus codicis apographum, lectu facile, eadem bibliotheca habet, Langbaenianum, nr. 2.

Operae pretium duxi, argumentum libri Barocciani, ex quo supra quaedam Eustathiana et Euthymiana evulgavi, sequentibus paginis e Catalogo codicum mss. Graecorum bibliothecae Baroccianae publici juris facere.

Meletius de constructione hominis. *Ἡ παροῦσα σύνοψις.*

Io. Tzetzis Paraphrasis Homeri, ad Irenen. *Ἐπεὶ Φαίδρα.*

Mich. Pselli versus politici. *Καιρὸς μὲν ὕπνου.* Fol. 62.

Alexandri Aphrodisiensis quaestiones nonnullae et solutiones. *Διὰ τί τῶν ἀλόγων ζώων. Ibid.*

Cornuti sive Phurnuti Perlustratio doctrinae Graecorum. 64.[b]

Formularium Epistolarum. *Χρυσοβούλλιον.* 67. [b]

Symeonis Magistri Logothetae Alphabetarium. *Ἀπὸ Χ(κ?)λέων λόγους.* 70.

Nicetae Choniatae comparatio hyemis et aestatis, et quod hyems sit melior. *Πάλαι ποτέ.* 71.

Eiusdem Epistolae sex. 72.

Prophetarum singulorum vita ac mors. *Ἡσαΐας τῶν ἐξ Ἱερουσαλήμ.* 73.[b]

Fragmentum sermonis Anastasii de mystica metalepsi seu communione. *Τὴν μνήμην τῶν. Ibid.*

Declaratio Synodi CCCXVIII Patrum contra Paulum Samosatenum. *Ὁμολογοῦμεν τὸν κύριον. Ibid.*

Definitiones Platonicae. *Ἔστι τῶν ὄντων.* 74.[b]

Pselli laudatio Symeonis Metaphrastae. *Τὸν μέγαν ἐν βίῳ καὶ λόγῳ.* 76.

Synesii epistolae aliquot, omnes editae. 78.

Germani patriarchae Constantinop. sermo habitus in electione sua. *Πάλιν ἐπ' ἐμὲ χρίσμα.* 82.

Eiusdem sermo in principio Indictionis. *Χαίρετε ἐν Χριστῷ πάντοτε.* 82. b

Eiusd. Epistola ad populum Constantinop., postquam Episcopus factus esset. 84.

Eiusd. Epistola ad Nicolaum Grammaticum, qui ad partes Musulmanorum transierat, et scripta blasphema contra Orthodoxam fidem vulgaverat, postea vero ad sanam mentem redierat. 85.

Eiusd. Sermo in Annuntiationem B. Virg. 85. b

Eiusd. Sermo de sepultura Domini. 93.

Eiusd. Sermo contra clericos quosdam, et hortatio ad patres, ut liberos suos studiose educent. 101.

Eiusd. Homilia de collectione fidelium intra septa Ecclesiae, quodque etiamnum miracula eduntur tum spiritualia, tum corporalia. *Τί ἂν ἄνθρωπος.* 103.

Michaelis, Metropolitae Atheniensis, Protheoria. *Φιλολόγος ὁ τοῦ βιβλίου.* 106.

Eiusdem Epistolae quinque.

Eiusd. Contra reprehendentes, quod aegre adduceretur ad specimen ingenii sui edendum. 109.

Eiusd. Encomium Nicetae Choniatae. *Κωφὸς μὲν ἀνήρ.* 113.

Oratio rhetoris cujuspiam in Michaelem Patriarcham. *Ἔστι που.* 129.

Eiusdem Michaelis oratio habita Athenis. *Τὸν μὲν δὴ προσήκοντα.* 136.

Eiusdem Catechesis prima. *Τοὺς τά.* 141.

Eiusd. Sermo in media Quadragesima. *Καὶ ὁδοιπόρος ὀρθίαν.* 147.

Ejusdem Sermo in festo Palmarum. *Ὁ μὲν προφητικώτατος ἐν βασιλεῦσι.* 148.

Eiusdem Alloquium Nicephori praetoris. *Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας.* 150.

Eiusdem Sermo, cum primum inviseret Euripum Euboicum. *Οἱ μὲν πολλοί.* 152.

Eiusdem epistolae aliquot. 154.

Eiusdem Homilia de creatione hominis. *Ἀσπάζομαί σε.* Sequuntur variae epistolae a fol. 158. ad 170.

Nicephori Blemmidae epistolae tres, et versus aliquot politici. 170.

Theodori Prodromi epistolae aliquot. 172.

Constantini Manassis et Symeonis Metaphrastae epistolae quaedam.

Epiphanius de lapidibus in pectorali sacerdotis, sed mutilus. 178.

Io. Chrysostomi fragmentum de indumentis sacerdotum. *Ἐνεδιδύσκετο δὲ ὁ ἱερεύς.* 178. b

Michaelis, Metropolitae Atheniensis (ut videtur ex mentione Adyepti, cujus in superioribus epistolis meminerat), lamentatio demortui Adyepti. *Ἀκέφαλος.* 179.

Manasses de venatione gruum. *Ἱππηλασία δὴ ἄρα καὶ κυνηγεσία.* 180.

Eiusdem ad Manuelem Comnenum Epistola. 182.

Pselli Encomium reginae. *Ἔδει ποτὲ τὸν εὐδαίμονα.* 184.

Alani Oratio in Germanum Patriarcham. *Ἐγκαινίζεται μὲν ἡ σκευή.* 185.

Michaelis Anchiali Oratio in Imperatorem Manuelem Comnenum. *Εἶτα ὁ μὲν ὄρνις ὁ ἀετός.* 186.

Eustathii, Archiepisc. Thessalon., Oratio in eundem Imperatorem. 190.

Eiusdem, ut videtur, supplicatio ad eundem Imperatorem nomine civitatis, cum siccitate laboraret. *Τολμηρὰ μέν.* 195.

Epistolae Anonymi cujuspiam XXI. *Ὁ τοῦ μύθου κάμηλος περί.* 196.

Philostrati Iconés. *Ἐν Λιβύῃ.* Et quae deinceps sequuntur Icones in lib. 2. 205.[b]

Eustathii, ut licet conjicere, lessus in fratris sui obitu. *Ὦ πονηρᾶς τυφ.*

Michaelis Choniatae controversia judicialis inter animam et corpus. *Τὴν τοῦ λογικοῦ μέρους.* 214.

Anonymi cujuspiam oratio in Michaelem praepositum Occae (?). *Γάμος ἐστὶ μὲν σωματικός.* 224.

Anonymi cujuspiam *τροπάριον* jamb. *Θείῳ καλυφθεὶς ὁ βραδύγλωσσος.* 228.

Monodia in Andronicum Imperatorem. *Ἀπολέλοιπε μέχρι μέν. Ibid.*

Ad Imperatricem Irenen *τὴν Δούκαιναν. Οὐχ ὡς ἁπλῶς ἀγαναχτ.* 229.[b]

Epistola super obitu S. Theodoreti. *Ἡ μὲν ἐπιστολή. Ibid.*

Epistola ad Theodorum Prodromum. *Ἡ μὲν Ἀτταλία.* 230.[b]

Lamentatio mortui perdicis. *Τῷ πέρδικι ὁ μὲν Θρᾴκιος. Ibid.*

Oratio sub persona Annae Porphyrogennetae. *Θανάτου.* 231.

Monodia in obitu Actuarii medici. *Ἀνὴρ ἰατρὸς πολλῶν.*

Monodia in obitu Andronici Imp., filii Iohannis Porphyrog. *Πενθοῦμεν καὶ τόν.* 232.[b]

Oratiuncula in nativitatem Christi. *Νῦν καιρός.* 233.[b]

Simocattae Epistolae scholasticae XXII., quarum prima sic incipit: *Τέττιξ ὁ μουσικὸς, ἥρος φανέντος.* 234. Postrema sic: Socrates Melanippidi: *Γυμνασταὶ μέν.* 235.[b]

Oratio encomiastica, habita ab Anonymo quopiam, qui *ῥήτωρ τῶν ῥητόρων καὶ διδάσκαλος τῶν διδασκάλων* appellatur. 236. Consule fol. 244. Exinde videtur esse Michaelis Palaeologi.

**Simocattae** Expositio in illud Evangelii: *Ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε* etc. *Ἔθος ἔκειτο πάλαι.* 240.

**Intervalla** annorum inter septem synodos, et librorum Veteris Testamenti recensio, et Expositio nominum hebraicorum in S. Scriptura. 243.

**Rhetoris** eiusdem, qui prior, **Oratio** ad **Michaelem** Palaeologum in festo nativitatis Christi. *Βασιλεῦ αὐτοκράτορ, θεομεγαλώτατε.* 244.

**Pselli** oratio in exaltationem Crucis. *Τὸν τοῦ σταυροῦ λόγον.* 250.[b]

**Tactica** Anonymi. Primum caput sic incipit: *Περὶ κάστρα πολέμου ἂν γένηται βουλή.* 262(?). Postremum caput sic: *Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς καβαλλαρίους.* 285.

**Michaelis Pselli** epistolae 109. Prima ad Michaelem patriarcham: *Τὴν κεφαλήν μου.* 287. VIII. ad Cyritzen: *Πολλάκις σου τὴν ἐπιστολὴν ἀνελίξας.* 289.[b]

**Eiusdem** oratio ad Imp. Constantinum Monomachum. *Οἱ μὲν ἄλλοι. Ibid.*

**Alia** oratio **eiusdem**. *Ἐδόκει τοῖς.* 291.

**Epistolae** aliquot **incerti** auctoris. Prima ad Eustathium, patriarch. Antiochenum (?) *Τὴν ὁδοῦ τὸ μῆκος.* 300.

**Formulae prooemiales** supremarum tabularum. *Τοῖς ὑπὸ γένεσιν οὖσι καὶ φθοράν.* 301.[b]

**Iustiniani** Imp. georgicae leges. *Χρὴ τὸν γεωργόν.* 302.

**Basilii** Magni epistolae aliquot ad Libanium. Prima: *Αἰσχύνομαί σοι προσάγων.* 304. Secunda: *Ἰδοὺ καὶ ἕτερος.* 304.[b] Tertia: *Τί οὐκ ἂν εἴποι σοφιστής.* Quarta: *Οἱ πρὸς τὸν Ῥόδον ἔχοντες.* 305.

**Libanii** Epistolae ad Basilium. Prima: *Διὰ χρόνου πρὸς ἡμᾶς.* Secunda: *Οἶδα, ὅτι τοῦτο πολλάκις.* 304. Tertia: *Εἰ πάνυ πολὺν χρόνον.* Quarta: *Οὔπω μοι τῆς λύπης.* Quinta: *Εἰ ταῦτα γλώσσης. Ibid.* Inveniuntur inter Basilii epistolas impressas n. 142. 143. 144. 146. 149.

Gregorii Nazianzeni Epistolae sex: 159. 189. 190. 70. 198. 80. (iuxta Edit. Paris.). Fol. 305.

Excerpta quaedam, ut coniicere licet, ex aliquo antiquo patre. Primus titulus est iste: *Ἐλευθερία εἰς οἰκεῖον ῥηθεῖσα οἰκέτην.* 306.

Leonis diaconi oratio ad Basilium imp. *Ἔδει μὲν τό.* 306.b

Basilii et Libanii Epistolae aliquot, quae inter impressas Pariss. sunt num. 153. 154. 155. Fol. 307.b

Menandri Rhetorica. Caput primum: *Περὶ λόγου ἐπιβατηρίου* etc. 308. Caput postremum: *Περὶ προπεμπτικῆς λαλιᾶς. Ἡ προπεμπτικὴ λαλιά.* 318.

Himerii sophistae *λαλιαὶ*, sive orationes septem. *Ἰδοὺ δὴ τὰ νῦν.* 319. Septima: *Ἰώνων οἱ ξένοι* etc. 323.b

Pselli tractatus de Iride. *Ὁ μὲν περὶ τῆς Ἴριδος λόγος.* 324.b

Iustiniani Imp. Novellae. *Νέον νόμον τίθησι Ῥωμανὸς ἄναξ.* 325.b

Metropolitae Naupacti epistolae ad Archiepiscopum Bulgariae et alios. 326.b

Euthymii monodia in sepultura Eustathii Thessalonicensis. *Ἐμὲ δὲ καί.* 333.b

Michaelis Choniatae epistolae ad Naupacti metropolitam. 334.b Post paucas epistolas sequitur illa Georgii Bardanis, metropolitae Corcyrensis, ad Germanum, patriarcham Constantinop. *Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω.* 335.

Epistolae quaedam *ἀνεπίγραφοι*, circiter triginta, theologicae, philosophicae et mathematicae. Sub finem adtexuntur formulae quaedam, spectantes ad Episcopum recens electum. 338.b

Galeni fragmentum protheoriae de causis variorum morborum. *Ἀρχὴ οὖν καί.* 348.

Nicephori Blemmidae philosophica quaedam. *Φαντασία, δόξα, λόγος.* 348.b

Prognostica tempestatum, a luna desumpta, fortassis ab eodem auctore. 350.

Pselli oratiuncula: *Ὥσπερ εἴ τι δεινόν.* 355.b

Eiusdem laus vini: *Οὐκ οἶδα, πότερον ὡς ἀνθοσμίαν ἐπαινέσω τὸν οἶνον. Ibid.*

Machetae cuiusdam oratio ad Paulum *κατωτικόν*, eiusd. argumenti. *Ὁ οἶνος, τοῦ ἰώτα παραξεσθέντος.* 356.b

Nicephori Blemmidae Encomium S. Iohannis Evangelistae. *Εὐαγγελιστῇ θεολόγῳ προσήκοι.* 357.

Eiusdem Epistola ad Theodorum Lascarim. Sequuntur deinceps XVIII epistolae ad alios. *Εὖ ἔχοις.* 360.

Eiusdem versus in Imperatorem Ioannem, ut videtur. *Ἰδεῖν καὶ πρότερον καλῶς.* 363. Post alias sequuntur epistolae quinque in Gregorium Nazianzenum. — *Ἦχοι δ' πρὸς τό· κατεπλάγη Ἰωσὴφ ταῖς τοῦ λόγου πλοκαῖς.* 365,

Deinceps, post tres epistolas, sequitur ejusdem hymnus in Gregorium Thaumaturgum. 367. Ad Theodorum Lascarim paucula. 367.b

Manuelis, Archiep. Constantinop., epistola ad Innocentium Papam. *Οὐκ ἔστιν οὐδὲν εἰρήνης τὸ ὄντως ἐρασμιώτερον.*

Nicephori Blemmidae epistola ad Theodorum Lascarim de processione Spiritus sancti. *Ὁ αἰτ.* etc. 368.

Nicolai Sophistae Progymnasmata. *Γήρας ἐλύπει τὸν λέοντα.* 370.b

Michaelis Choniatae Oratio in Isaacium Angelum imperatorem, qui coepit imperare A. D. 1185. *Εἰ ἡ βασιλ.* 373.

Eiusdem oratio funebris in Neophytum, monachorum Atheniensium archimandritam. *Εἰ Σολομῶν ἔφη που γνωματεύων.* 382.

Monodia in Eustathium Thessalonicensem. *Ὦ στυγνὸς αἰών. Ibid.*

Epistolae aliquot, quales extant in editione Graecanicarum, ut Eratosthenis ad Aeschinem, Platonis ad Axiochum, meretriciae rusticaeque.

Ethopoeiae Nicephori Basilacae. I. David, cum in Saulum incidisset in spelunca, sic loquitur: *Ἔχω σε* etc. 386.b II. *Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Δαβὶδ — Ἀβσαλώμ.* III. *Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Ἰωσὴφ, ὅτε τῇ ἀκολάστῳ δεσπότιδι* sqq. IV. *Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Ἰωσὴφ* etc. 387. Princ.: *Οὐκ ἦν* etc. V. *Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Σαμψών.* 387.b VI. *Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Ζαχαρίας.* 388. VII. *Τίνας ἂν εἴποι λόγους ἡ θεοτόκος, ὅτε μετέβαλεν ὁ Χριστὸς τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον.* Ibid.: *Ὡς παῖδα σὲ περιπτύξομαι, ἢ ὡς θεὸν σεβάσομαι.* VIII. *Τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς ἀναβλέψας.*

Nicolai Sophistae *ἀποσπασμάτιον*, verisimilia esse, quae de Niobe feruntur. *Ibid.*

Severi Sophistae Alexandrini Ethopoeiae sex. I. *Τίνας ἂν — Βρισηΐς.* VI. *Τίνας ἂν — Αἰσχίνης ἐν τῇ φυγῇ, Δημοσθένους.*

Anonymi Explicatio quarundam vocum, et quaestiones nonnullae cum earum solutionibus. 389.

Nicetae *Σεΐδου πρὸς Λατίνους περὶ γενέσεως τοῦ Ἀδὰμ, τῆς Εὔας, τοῦ Σὴθ, καὶ περὶ τὰ κατ' εἰκόνα.* 389.b

Severi, ut licet coniicere (fol. 388.b), loci communes, encomia et vituperia variarum rerum. *Ἄνδρες οἱ πατέρες.* 392.

Gregorius, Metropolita Corinthi, de Dialectis. *Διάλεκτός ἐστιν ἰδίωμα γλώττης. Ἰὰς ἐκλήθη.* 395.

Anonymus de metris. *Τὸ ἡρωϊκὸν μέτρον.* 401.

Ioannis Tzetzis versus politici de metris. *Τὸν περὶ μέτρων.* 402.b

Anonymi fragmentum de Mensibus Romanorum, de Calendis, Nonis ac Idubus. *Τρεῖς εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι.* 403.b

Plutarchi de placitis Philosophorum quatuor libri priores. 404.b

Anonymus de partu septimestri ac octimestri. *Ἐρωτήσας τὴν αἰτίαν.*

Idem, ut videtur, de quatuor Humoribus. 411.b

Aristotelis de virtutibus. *Ἐπαινετά ἐστι τὰ καλά.* 412.b

Anonymus de differentia et similitudine utriusque sexus, et de fabrica Oculi. 413.

Quaestiones aliquot Medicae, ac earum solutiones. 413.b De Urinis Compendium. 414. De semine humano. 415. De sensu et sensibili. 415.b De accessu et recessu solis. 416.

Varia Graecorum Placita circa Animam. *Ibid.*

Varii Tractatus Miscellanei: theologici, philosophici, medici, astronomici et rhetorici. 424—454.

Anonymi Metaphrasis s. Compendium *φαινομένων* Arati. *Ἄξων ἐστὶν* etc. 429 sqq.

Expositio allegorica Psalmi 59. 454.

De tabula geographica. 454.b

De paradiso et ligno vitae. 455.

In titulos psalmorum. 455.b

Varii theologici tractatus. 456—458.

Collectanea varia, medica plerumque, et philosophica. 458.b

Constantini Manassis Chronicon, versibus politicis.

Anonymi collectanea quaedam medica. 492—498.b

Cyrilli fragmentum de fide orthodoxa. 497.b

Anonymi tractatus *ἀκέφαλος* de Syntaxi. 498.

Formulae prooemiales supremarum tabularum. 501.

Constantini Manassis Alloquutio in transitu Imperatoris. *Ibid.*

Formularium oratiuncularum et epistolarum. *Ibid.*

Eustathius de Ismenes amoribus. 487(?)—507.

Narratio fabulosa de Stephanite et Ichnelate, dicta lingua Saracenica Calile va Dimne. *Ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεύς.*

Nicetas, Archiep. Thessalonicensis, de miraculis Demetrii Martyris. *Εἰς τὸ τῶν θαυμάτων.*

# INDEX.

Digitized by Google

# INDEX

## NOMINUM, RERUM ATQUE VERBORUM.


### A.

Abraamitae (hospitalitae) Thessalonicenses 156.; Cpolitani *ibid.*
Acatonii (S.) monasterium Thessalonicense 143.
Achelo. V. Achelous.
Achelous, Aetoliae urbs, 484.; Thraciae *ibid.*
Achelous Atticae 460.
Achilles, Vlachorum Thessalicorum dux, 491.
Achris (Okri) ibique Turcae 77.; Achridensis (Bulgarica) diöcesis non fuit Thessalonicensis diöceseos pars 50.
Ac-Punar. V. Lete Macedonica.
Acropolita (Georgius) emendatur 113. 301 sq.
Ἀκρόστιχον 465.
Acrullii (S.) monasterium Thessalonicense 137.
Acta synodi Chalced. emendantur VII.; Acta Sanctorum emendantur 163. 164. 167. 168.
Actorum S. Demetrii summum momentum historicum LVI sq.
Aegae Macedonicae 310 sq.
Aegripons. V. Negroponte.
Aegyptii. V. Zigeni (Zigeuner).
Aegyptiorum mercatores Thessalonicam adeunt 229.
Aelianus de lacu quodam Paeoniae 261.; de Astraeo fluvio emendatur et illustratur 312 sqq.
Aenea urbs eiusque situs 217. 218. 235. 256.; ejus ager 9.; promontorium 235.; incolae Thessalonicam transponuntur XXIV.; est sinus Thermaei initium 213.
Aeneas Trojanus in Macedonia habitat 10. 218. 255.
Aenus, Thraciae urbs, 301.
Aeschines orator emendatur 8.
Aestraeum. V. Asterium.
Aetoli et Acarnanes medio aevo dicuntur Artini (Artaei) 484.
Agapae, Chionae, Irenae, Matronae (SS.) monasterium Thessalonicense 137.
Agaris filii. V. Turcae.
Agathopus (S.) Thessalonicensis, martyr 144.
Ager Cpoleos 511.; Thessalonicae 232 sqq.
Agricultura Thessalonicensis 96. 217. 232 sq. 315 sq.
Ainabachti. V. Naupactus.
Albanitae (Arbanitae, Arnabitae, Arnaútae), milites conductitii imperatorum Byz., 513.
Alexander (S.) Thessalonicensis 145.
Alexandri (S.) ecclesia Thessalonicensis 144.
Alexius I. Comnenus imp. Italos reprimit 417.
Alluviones Axii fluvii 219.
Alphei (S.) martyris ecclesia Thessalonicensis 144.
Amalfi 477 sq.
Ambitus Byzantii 509.

Ambrosius (S.) 146.; pro Thessalonicensibus intercedit XLVIII.
Ammites, Macedoniae fluvius, 24.
Amphaxitis 35. 235.
Amphipolis medio aevo Popolia dicitur 498.; ab Eïone, Christopoli et Chrysopoli distinguenda 499 sqq.
Amuleta S. Demetrii 136.
Amyntae Macedonis *βασιλικὰ* 309.
Anactoropolis (Eïon Thracica) 502.
Anagnosta (Jo.) de laudibus Thessalonicae 259.
*Ἀναγραφαὶ* 466.
Ananias (S.) Thessalonicae colitur 147.
Anaselitza Macedonica 83.
Anastasiae (S.) monasterium prope urbem Maced. Galatz 139.
Anastasius Dicorus imp. multas urbes reficit 179 sq.
Anatolicum 486.
Anchialus Thraciae i. q. Achelo (Achelous) 485.
Anconam obsident Veneti 412. 432.
Andreae apostoli ecclesia Thessalonicensis 137.
Andronia Thessalica 491.
Angelica (*Ἀσωμάτων*) ecclesia Thessalonicensis 104. 317.; angelica porta Thess. 104.
Angites fluv. prope Philippos, a Strymone distinguendus, 243.
Anguillae Strymoniae 247.
Anna Comnena emendatur 30 sq. 517.
Annus conditae (auctae) Thessalonicae XXIV.
Anonymus Ravennas emendatur 186.; de fluminibus Macedoniae 287.; Anonymus Graecus Tubingensis emendatur 122 sqq.
Anthemus fluvius 255.
Anthemus urbs et regio e meridie Thermae 255 sq. V. quoque Kalameria (Kalamari).
Antigonia Crusidis 236.; Mygdoniae 236.; Paraxiae (Paractiae) 237.
Antiquitas Thessalonicae (Thermae) 24 sqq.
Antonini (imp.) itinerarium de via inter Thessalonicam et Amphipolim 273 sq.
Anysia (S.) Thessalonicensis, martyr, 146.
Apollo Mygdonum. V. Apollonia Mygdoniae.
Apollonia montis Atho. V. Hierissus.
Apollonia Mygdoniae 238.; eius dii et heroes 240.; viarum distantiae 273.
*Ἀπόσπασμα Ἀξίου* 311.
Appia via medii aevi scriptoribus cognita fuit 479.
Appiani locus de Thessalonica illustratur XXVIII.
Aqua Cpolitana 436.; aqua Iordanis sive baptismatis 402. 434.; jungitur cum sacro unguento *ibid.*
Aquaeductus Thessalonicensis 207.
Aquilae castellum prope Thessalonicam 67. 282. 284.
Arachthus. V. Arta.
Archiepiscopi titulus, praesuli Thessalonicensi datus, 47.; archiepiscopi (metropolitae) aedes Thessalonicenses 155.
Arcus triumphales Thessalonicae 170 sq.
Ardamerium 62.
Ardyaei (Bardiaei), Illyrici gens, a Romanis in Dardaniam transmoventur, 305.
Arethusa Macedonica 36.
Argilus, Bisaltiae urbs, 241.
Aristoteles de terrae motibus 26.; emendatur 286 sq.
Armenii Thessalonicenses XVIII sq.

Armorum fabrica Thessalonicensis 184.
Armylo. V. Armyrus.
Armyrus Thessaliae 495.; ejusdem varia scriptio apud scriptores medii aevi *ibid.*
Arrianus de situ lacus Cercinae 262.
Arta 481 sqq.
Artaei (Artini) 484.
Artemisium Macedoniae castellum 15. 274.
Arx Thessalonicensis 202 sqq.; eius situs 203 sq.; historia *ibid.*; eius portae *ibid.*; carcer 44. 206.; cisterna 206.; nomen hodiernum *ibid.*; porta Thessalonicae ad arcem ducens 105.
Asculum Italiae duplex 478.
Ἀσώματος, nomen locorum in Thracia et regno Trapezuntino 105. V. quoque Angelica ecclesia.
Asterium Macedoniae 314.
Astraeus fluvius, prope Berroeam Macedonicam, 312 sq.; piscatio ibi exercita *ibid.*
Athenarum exiguitas medio aevo 450 sq.
Athenis inclusi exules quidam Byzantini 44.
Athos mons, ubi Aeneae portus, 256.; eius monasteria 95 sq. 317. V. quoque Hierissus.
At-Meidan. V. Hippodromus Cpolitanus.
Atracium marmor 440 sq.
Atrax Thessalica 440.; marmoris viridis Thessalici patria *ibid.*
Attica medii aevi 468 sq.
Aulon, Macedoniae urbs, 363.
Aurea porta Thessalonicae 102 sq.
Auri metalla Macedonica 268 sq. 286 sq.
